



Journal of



ANALECTA HYMNICA

MEDII AEVI.

Herausgegeben

von

Clemens Blume und Guido M. Dreves.

XLIV.


SEQUENTIAE INEDITAE.

Liturgische Prosen

des

Mittelalters.

Neunte Folge.



Leipzig.

O. R. Reiland.

1904.

SEQUENTIAE INEDITAE.

Liturgische Prosen

des

Mittelalters

aus

Handschriften und Frühdrucken.

Neunte Folge

herausgegeben

von

Clemens Blume

S. J.



Leipzig.

O. R. Reiland.

1904.



JUN - 8 1958

10824

VORWORT.

Wie der vorige Band die Publikation der Hymnen, so führt der vorliegende diejenige der Sequenzen zum Abschluss. Eine kleine Bereicherung werden dieselben noch durch jene Bände erfahren, worin die Dichtungen bekannter Autoren gesammelt sind. Es soll nun keineswegs behauptet werden, daß jetzt alle Sequenzen, sofern dieselben nicht durch Elementarkräfte oder durch Ungeschick und Mißverständnis der Menschen vernichtet wurden, aus dem Dunkel der Bibliotheken ans Licht gebracht sind. Aber jenes Ziel dürfte erreicht sein, daß nach sorgfältiger und wiederholter Durchforschung der verschiedensten Bibliotheksschätze keine derartige Bereicherung des nun bekannt gewordenen Sequenzenbestandes mehr möglich ist, wonach das geschichtliche Bild von der Entstehung, Entwicklung und Verbreitung der Sequenzen erheblich anders zu gestalten wäre. Was etwa von unedirten Sequenzen uns noch in den Weg kommen wird, kann füglich in jenem Bande untergebracht werden, der eine neue Ausgabe der durch Daniel und seine Nachfolger publizierten Sequenzen bieten soll.

Es erübrigt noch eine Reihe von Sequenzen, die nur in Bruchstücken sich vorfanden. Bisher habe ich dieselben durchweg zurückgestellt, um die Möglichkeit einer glücklichen Ergänzung offenzuhalten. Bei mehreren ist es geglückt; andere blieben als Trümmer liegen, ohne daß ich das Ganze fand, dem sie einzufügen sind. Fehlt bei solchen Bruchstücken auch der Anfang der Sequenz, so ist mit der Publikation derselben der Hymnologie schwerlich gedient; ich lasse sie daher vorläufig noch in meiner Mappe liegen. Ist wenigstens der Anfang intakt

geblieben, so kann unter Umständen selbst ein solches Bruchstück dienlich sein. Letzterer Art sind folgende vier verstümmelte Sequenzen:

1. De Beata Maria V.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Ave, virgo, praegnans prole,
Divino amicta sole,
Lunam tenens pedibus;</p> | <p>1 b. Coronata de bis senis
Serto stellis luce plenis,
Caeli princeps sedibus.</p> |
| <p>2 a. Ave, civitas divina,
Maria, quam bis ter bina
Gemma dat munditiae.</p> | <p>2 b. Tu smaragdus castitatis,
Chrysopassus pietatis,
Tu iacynthus gratiae.</p> |

Dieses Bruchstück findet sich in zwei Quellen, einem Collectan. ms. Gotwicense saec. 15. Cod. Gotwicen. 291, und in einem Collectan. ms. saec. 15. Clm. Monacen. 14190. Auffallenderweise haben beide Quellen das Mißgeschick, in ganz gleicher Weise unvollständig zu sein; das eine dürfte demnach das Apographum des anderen sein. — Eingewoben ist der Sequenzentext in einen Kommentar des Magisters **Conrad von Megenberg** über die Unbefleckte Empfängnis der Gottesmutter: „Incipit tractatus magistri Conradi de Monte puellarum, Canonici ecclesiae Ratisponensis disputans de mundo ingressu virginis in hunc mundum.“ Der ganze Traktat selbst ist nur eine ausführliche Interpretation des Sequenzentextes, von dem Conrad ausdrücklich sagt: „Ista est sequentia, quam in floridioribus annis edidi pro neuma illius Alleluia, quod in prioribus iam exposui ad honorem virginis gloriosae.“ (Gemeint ist der Tropus super Alleluia: O flos, dis dos mulierum, den ich im Bande der Gradual-Tropen mitteilen werde). So ist es doppelt zu bedauern, daß wir von dieser Sequenz eines bekannten Autors nur den Anfang besitzen. Der Traktat endet innerhalb der Erklärung der Strophe 2 b mit den Worten: „Et comprehenditur haec pars duodecim particulis secundum duodecim gemmas, quae omnes quattuor versibus clauduntur et quilibet versus tres continet gemmas.“ Unter „versus“ sind sichtlich „Strophen“ verstanden; die Strophe 2 b spricht ja von den drei ersten Edelsteinen. Drei weitere Halb Strophen werden die Symbolik der neun übrigen Gemmen behandeln; ob damit die Sequenz schließt, läßt sich durch nichts erraten. Der Dichter derselben lebte bekanntlich in den Jahren 1309—1398.

2. De Beata Maria V.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Salve, rosa puritatis,
Liliumque castitatis,
Origo virginitatis
Atque cella sanctitatis,
Ornamentum gloriae.</p> | <p>1 b. Salve, sedes deitatis
Et totius trinitatis,
Vas electum honestatis,
Thalamusque pietatis,
Incrementum gratiae . .</p> |
| <p>2 a. [Audi, virgo,] te precantes
Et te semper invocantes,
In hac valle conversantes
Contra Deum et errantes
Excusa in gloria.</p> | <p>2 b. Ad te, pia, suspirantes,
Fructum tuum adorantes,
Ipsium quidem venerantes,
Fac eosdem exultantes
Sanctorum laetitia.</p> |

So im Sequent. ms. Marianum s. Roberti (Casae Dei) saec. 14. Cod. Parisin. 5247. Nach Strophe 1 b folgt noch: „Ave, tu Dei gaudium | Trinitatis triclinium | Gemmaque . . .“ Dann fehlt ein ganzes Blatt. Da die folgenden zwei Halbstrophen — von mir unter 2 a u. b mitgeteilt — den gleichen Vers- und Strophenbau aufweisen, so sind sie sichtlich der Schlufs der umfangreichen Sequenz.

3. De sancto Antonino.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. In caelesti mansione
Et terrestri statione
Vox auditur iubili.</p> | <p>1 b. Canunt angeli „Alleluia“
Hominesque dicunt sua
Carmina laetitiae,</p> |
| <p>2 a. Odas sanctas virginales,
Et depromunt triumphales
Antonino praesuli.</p> | <p>2 b. Mundum carnemque vicisti
Et errantes docuisti,
Ut in</p> |

Dieses Bruchstück findet sich im Sequent. ms. Praedicat. Cracoviensium saec. 15/16. Cod. Praedicat. Cracovien. s. n.

4. De sancto Michaelē.

Laudat Christum plebs sua; ter trina celebremus agmina,
Quorum decima pars in laude clares divina.
Quae . . us in saecula sine

Soviel im Trop. ms. Narbonnense saec. 12. Cod. Parisin. 778. Der Rest ist in der Handschrift ausradiert, um der Sequenz „Laetabundus Franciseo“ Platz zu machen.

Den Sequenzentexten sollte, wie früher bereits in diesen Analecta angekündigt wurde, die Publikation der **Melodien**

folgen und so den Abschluß und die Krone bilden. Ohne die Melodien sind namentlich die Sequenzen der 1. Epoche, ihr symmetrischer Aufbau und der Parallelismus der einzelnen Strophen und Kola, oft unverständlich. Daher auch hat mein teurer Kollege Dreves von Anfang an stets sein Augenmerk darauf gerichtet, aufer den Texten die Melodien der Sequenzen zu sammeln. Das über Erwarten reiche Material für die Texte der Sequenzen und der Hymnen überhaupt legte allerdings den Wunsch nahe, unsere Publikation von jeder Zugabe so viel als eben möglich zu entlasten, damit der Umfang der *Analecta Hymnica* nicht ein allzu großer werde und sich Muse gewinnen lasse für die Abfassung einer Geschichte der Hymnodie. Und doch können wir, wenn auch in etwa für die Hymnen, so doch keineswegs für die Sequenzen der Melodien entraten. Da fügte es ein guter Stern, daß in unserem Freunde und Mitarbeiter Henry M. Bannister sich der Mann fand, der wie kein zweiter geeignet erscheint, mit großer Sachkenntnis und liebevollem Interesse die Sequenzenmelodien weiteren Kreisen zugänglich zu machen. Seit mehr als einem Jahrzehnt (cfr. *Anal. Hymn.* XL, p. 5) hat er seine Kräfte dem Nachforschen und dem Studium der Sequenzenmelodien gewidmet. Sein freundliches Entgegenkommen machte es möglich, daß Dreves darauf verzichten konnte, die Frucht seiner eigenen langjährigen Sammlung der Öffentlichkeit darzubieten. Wir überlassen somit voll und ganz die Publikation der Sequenzenmelodien unserem sachkundigen Freunde; sie ruht in anerkannt guten Händen. In Anbetracht seiner vielen und langen Vorstudien können wir daher die freudige Mitteilung machen, daß in nicht gar langer Zeit, separat von den *Analecta*, jedoch mit Beziehung auf die dort gebotenen Texte, eine vortreffliche und möglichst vollständige Ausgabe aller erreichbaren Sequenzenmelodien aus der Feder unseres bewährten Mitarbeiters Henry Marriott Bannister erscheinen wird.

Dem gleichen, allzeit dienstbereiten Freunde habe ich an dieser Stelle abermals meinen Dank auszusprechen für manchen wertvollen Beitrag zu diesem Bande. Welche Textabschriften oder Kollationen er mir besorgte, ist jedesmal bei den betreffenden Sequenzen vermerkt.

Als Anhang biete ich einige Sequenzen des Frater N.

Hamelius Victorinus, die in Cod. Parisin. 14872 niedergeschrieben sind und außer der Chiffre des Verfassers die Jahreszahl 1574 oder 1575 aufweisen. Die aus den Buchstaben D, H und V zusammengesetzte Chiffre wäre nicht leicht zu deuten gewesen, träte nicht an ihre Stelle einige Male der ausdrückliche Vermerk: „Frater N. Hamelius“ oder „Auctor N. Hamelius Victorinus.“ — Diesen Codex Parisin. hat der Schreiber des Codex Classensis 360 benutzt, von dem im Bande XLII unserer Analecta (Vorwort S. 5 ff. und Nachtrag S. 323) die Rede war. Letzterer hat ganz getreu auch die Chiffre aus seiner Vorlage abgezeichnet, und dieser Umstand, den ich damals noch nicht nach seinem wahren Ursprunge durchschaute, hat mich zur Ansicht verleitet, die Chiffre bezeichne den Schreiber des Codex von Ravenna als den Verfasser der eigenartigen Sequenzen. Die Chiffre selbst glaubte ich durch „Adam“ interpretieren zu müssen. Beides war irrig. Der völlig unbekannte Kompilator des Codex Classensis 360 hat mehrere Sequenzen des Victoriners Frater N. Hamelius in seine Sequenzensammlung aufgenommen; weil aber dieselben eine ungebührliche Länge aufweisen, hat er sie vielfach gekürzt und umgeändert. Die Kürzung und Umänderung entstellte die an sich schon sehr minderwertigen Produkte des Victoriners fast zur Unverständlichkeit. Die gleiche Kürzung im gleichen unglücklichen Stile wagte der Kompilator an anderen Sequenzen, deren ursprünglichen Wortlaut wir nicht kennen, vorzunehmen. Dadurch erhielten viele Sequenzen des Codex Classensis ein gleichartiges, e i g e n t ü m l i c h e s Gepräge und verleiteten mich zum Irrtume, alle diese Sequenzen stammten aus der Feder eines und desselben Autors. Es mag wohl sein, daß mehrere Sequenzen wirklich vom bezeichneten Kompilator verfaßt sind; aber es bleibt unsicher, da ich nicht den Nachweis bringen kann, ob es in jedem Falle sich um solche Umarbeitungen handelt, wie sie tatsächlich an den Sequenzen des Victoriners Hamelius vorgenommen wurden. Daher darf ich mich schon aus dem Grunde damit begnügen, nur einige Proben aus der bezeichneten Sequenzenserie des Codex Classensis beizufügen. Sowohl diese Sequenzen als auch jene des Frater N. Hamelius haben nur ein kulturhistorisches Interesse; sie zeigen, wie herzlich schlecht man im Zeitalter des Humanismus dichten konnte, und das in

einem Lande und einem Kloster, dem wir die herrlichsten Perlen der geistlichen Lyrik verdanken.

Zum Schluß noch etwas Erheiterndes. Welch eigenartige Kenntnis von den Prosen des Mittelalters ein Referent für die „Jahresberichte der Geschichtswissenschaft“ besitzt, zeigt folgende Notiz: „Ferner gehört hierher Band X der von dem Jesuiten Dreves herausgegebene [sic!] *Analecta hymnica medii aevi*, enthaltend Sequenzen und liturgische **Possen** [sic!], entnommen teils aus Hdss., teils aus Incunabeldrucken.“ Man möchte an einen Druckfehler denken; doch weit gefehlt; in der Fußnote tauchen abermals die „liturgischen **Possen**“ auf. Genau so zu finden in den „Jahresberichten der Geschichtswissenschaft“ XIV. Jahrgang 1891. IV. S. 88. Jedenfalls sind die Herausgeber der *Analecta* an dieser außerliturgischen Posse unschuldig.

München, 17. November 1903.

Clemens Blume.

SEQUENTIAE INEDITAE.

SERIES NONA.

BQ
5253
.A5
v. 44

1. In Nativitate Domini.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Divino balsamo
Mundus inungitur,
Dum sacro thalamo
Sponsus egreditur,
Quod David calamo
Veloci scribitur. | 1 b. Nectar angelicum
In terris bibitur,
Et manna mysticum
De caelis mittitur,
Gratiae canticum
Ubique canitur. |
| 2 a. In nostro vespere
Oriens oritur,
Vera de palmite
Vitis progreditur,
De suo opere
Opifex editur. | 2 b. De patris solio
Sputum emittitur,
In terrae medio
Lutum conficitur,
Tali collyrio
Lux caelo redditur. |
| 3 a. Miranda saeculo
Res summa geritur,
Dum sine masculino
Partus concipitur
Et clauso vasculo
Pudoris nascitur. | 3 b. Ineffabiliter
Deus ingreditur
Et mirabiliter
Homo efficitur,
Nec sic nec aliter
Pudor amittitur. |
| 4 a. Sub nube latuit
Sol veri luminis,
Dum formam induit
Humani tegminis,
Quem Deus genuit,
Consors est hominis. | 4 b. Non novit ratio
Conceptum virginis
Aut, quae sit unio
Dei et hominis,
Totum est actio
Superni numinis. |
| 5 a. Pastor pastoribus
Natus apparuit,
Et de caelestibus
Hymnus innotuit,
Quo nihil dulcius
Audiri potuit. | 5 b. Complutum caelitus
Vellus immaduit,
Ros sancti spiritus
Virginem compluit,
Et sic divinitus
Venter intumuit. |

- | | |
|--|---|
| <p>6 a. Latet in angulo,
 Qui regit aethera,
 Vagit in stabulo,
 Quo gaudent supera,
 Nutritur pabulo,
 Quo vivunt cetera.</p> | <p>6 b. O virgo virginum,
 Nova puerpera,
 Precare Dominum
 Et nato impera,
 Dei et hominum
 Fac in te foedera;</p> |
|--|---|

7. Ad patrem luminum
 Nos fer post funera.

Collect. ms. Aureliense saec. 15. in. Cod. Archiv. Lemovicen. D 1221. A. — Miss. ms. Franciscano-Romanum anni 1451. Cod. Univer. Padovan. 2203. B. — 1 a, 5 Quo B. — 1 b, 2 terra B. — Str. 2 a u. 2 b umgestellt B. — 2 a, 2 Sol oriens B. — 2 b, 6 Opifex nascitur A. — 6 b, 5 homini B. — 6 b, 6 Fac idem B. — Melodie vielleicht „Mittit ad virginem“. — Aus A konnte ich im Bande XXXIX (Vorwort, S. 9) nur die drei ersten Halbstrophen mitteilen; unser Freund H. M. Bannister entdeckte in B glücklich die vollständige Sequenz.

2. De Corpore Christi.

1. Est hic panis gloriosus,
 Summus, summe gratiosus,
 Mira dans solamina.

- | | |
|--|--|
| <p>2 a. Panis cenae praesentatus
 Fuit nobis, et donatus
 Manu sapientiae.</p> | <p>2 b. Panis felix, triumphalis,
 Titulus caelestialis,
 Res misericordiae.</p> |
| <p>3 a. Panis animas defendens
 Nostras semper et protegens
 Ab hoste superbiae.</p> | <p>3 b. Panis, cibus angelorum,
 Toto coetu beatorum
 Dat regina gloriae.</p> |
| <p>4 a. Panis obvians ruinae,
 Turris plebis peregrinae
 Adversando daemioni.</p> | <p>4 b. Panis, qui sanas languores
 Et aufers nostros dolores
 Huius mundi miseri.</p> |
| <p>5 a. Panis, qui ducis ad portum
 Et praeparas nobis hortum
 Optimi delicii.</p> | <p>5 b. Panis, qui das paradisum
 Et ostendis Deum vivum
 Superni palatii.</p> |

6. Iste panis tres aequales
 In se continet vocales
 Trinitate numine.

Ordinar. ms. Casinense saec. 14. Cod. Vatican. 9340. — Mit Melodie. — 2 b, 3 Rex. — 5 b, 2 l. Dei visum? — 6, 2 contines. — Der Anfang scheint zu fehlen, wohl auch der Schluss. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

3. De Beata Maria V.

Dominica 1. Adventus.

1. Salve, lumen,
quod ex Maria

- 2 a. Sine semine est natum 2 b. Salva per adventum tuum
nobis sancto ventre. praesentem catervam.

Miss. ms. Stabulense saec. 15. Cod. Bruxellen. 1818. — 1, 1 Salva. —
2 a, 2 in orbis sancto. — „Prosa de B. Maria.“

4. De Beata Maria V.

Feria 2. Paschae.

- 1 a. Ave, virgo quam beatam, 1 b. Stella maris, radix Iesse,
dicunt regum filiae, aurora iustitiae,
2 a. Placa nobis solem verum, 2 b. Et quos culpa facit reos,
spes misericordiae, solvat munus gratiae,
3 a. Ut educas, quos redemit, 3 b. Praestet locum prece tua
de lacu miseriae. in sanctorum requie.

Grad. ms. Cameracense saec. 12. Cod. Cameracen. 62 (61). add. saec. 13.

5. In Visitatione Beatae M. V.

- 1 a. Salvae virginis Mariae 1 b. Fecunditas virginea
Et matris clementiae Sterili congregitur,
Veneretur in hac die Et alti regis filia
Unicornis gratiae, Mater clam efficitur,
Festum domus Zachariae De una stirpis linea
Honor sit ecclesiae. Insigne progreditur.
- 2 a. Venerabilis persona 2 b. Sine voce exsultavit
Praeminens non latuit, Verbi vox praeconio,
Quae non, aliena bona Et Elisabeth expavit
Ut videret, adfuit, Viso mox mysterio,
Digne quoque sua dona „Benedicta tu“ clamavit
Audire promeruit. „Cum fructu in gremio.“
- 3 a. „Unde mihi, caeli rore 3 b. Non in gloriam erexit
Quae concepit Dominum, Haec oblata gloria,
Virginali cum pudore Vera humilis reflexit
Paritura filium, Sed in eum omnia,
Meae proli Iesse flore Ad ancillam qui respexit
Intulisti gaudium?“ Fecitque magnalia.

- | | |
|---|---|
| <p>4 a. Pio placet demorari
 Insuper officio,
 Post Rachelem famulari
 Liae exercitio
 Nec personam minorari
 Putat ministerio.</p> | <p>4 b. Stella, luce aeternali
 Quae immersa crederis,
 Quantum sine personali
 Unione pateris
 Et in mari mundiali
 Iugiter aspiceris.</p> |
|---|---|

5. Inconsuta non scindatur
 Filii tunica,
 Tempestate non mergatur
 Simonis navicula,
 Contra cuncta dirigatur
 Per te hic pericula

Antiphon. et Grad. ms. Vigorniese saec. 13. Cod. Capit. Vigornien. 160. add. saec. 14. — 1a, 4 Uniformis. — 3b, 5 ancillam quae. — Anscheinend war, nach dem Metrum zu schliessen, diese Dichtung ein Hymnus, der als Sequenz verwendet wurde und dementsprechend eine eigene Sequenzenmelodie erhielt. In der Quelle nämlich sind stets je zwei Verse zu einer Strophe mit Gegenstrophe vereinigt. Gegen diese Abteilung spricht aber der Reim. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

6. In Assumptione Beatae V. M.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Salve, dies gloriosae
 Matris Dei, gratiosae
 Quando salus redditur.</p> | <p>1 b. Salve tu, flos clericorum,
 In hoc loco conventorum
 Cuius festum colitur.</p> |
| <p>2 a. Pompam, famam matris Dei,
 Splendorem huius diei
 Nemo posset promere;</p> | <p>2 b. Virtutes de caelo motae
 Sunt pro hac hodie totae
 Cum coepit ascendere.</p> |
| <p>3 a. Natus pro matre descendit
 Et cum ipsa mox ascendit
 Ad sanctum palatium.</p> | <p>3 b. Et sic est virgo beata
 Super choros exaltata
 Angelorum omnium.</p> |
| <p>4 a. Haec pro nobis intercedat,
 Ut nos nulla culpa laedat,
 Apud suum filium.</p> | <p>4 b. Sine ipsa nil valemus,
 Nam in ipsa spem habemus,
 Sit nobis praesidium.</p> |

Atti della Societa Ligure di Storia Patria. XIX, p. 656. aus „Liber ms. Ianuarii de Predano anni 1230—1252. Archivio notarile di stato Genoa, car. 230 v.“ — 1a, 2 Manus. — 1b, 3 Quos festum. — 2a, 1 matri. — 2a, 2 Splendore. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

7. In Dedicatione Ecclesiae.

1. Laudes Deo modulemur,
Nos qui Deo confitemur,
Quia fecit omnia.

- | | |
|---|---|
| 2 a. Vox dulcescat
Nec lassescat,
Vox sublimis
Nos ab imis
Levet ad sublimia. | 2 b. Inconcinnus
Non est hynnus,
Cum vox mentem
Concinentem
Habet in symphonia. |
| 3 a. Reddat Deo, quod est Dei,
Quisquis digna novit ei,
Et hoc in ecclesia;
Extra certe
nostram catholicam
Victimaret labem haereticam
Et contemptibilia. | 3 b. Unus unum habet gratum,
Quod in una est oblatum,
Et haec placet hostia,
Si te prius voveas
Et talem exhibeas,
Ut sis dignus gratia. |
| 4 a. Unam domum habet Deus,
Ad quam fugit quisque reus
Actus paenitentia; | 4 b. Illa domus est et sponsa,
Nec est brevis sed protensa
Per terrarum spatia. |
| 5 a. Unam Deus sponsam amat,
Unam suam esse clamat,
Uni dat sponsalia; | 5 b. Sexaginta sunt reginae,
Octoginta concubinae,
Uni cedit regia. |
| 6 a. Illam Deus praesignavit,
Cum per Evam reformavit
Lateris dispendia; | 6 b. Eva viro dormiente,
Nostra Christo moriente
Processit ecclesia. |
| 7 a. Hanc in petra dormientis
Et de scala pavescentis
Prophetabant somnia; | 7 b. Iam tunc lapis ungebatur,
Iam haec domus dicebatur
Et caelestis ianua. |
| 8 a. Haec est arca salutaris
Quae per aquas acta maris
Conservavit omnia, | 8 b. Cuius portam habet latus,
Per quod Christus lanceatus
Vitae pandit ostia. |
| 9 a. Hanc ditandam et ornandam
Veris bonis Salomonis
Dicebant mysteria, | 9 b. Cum rex idem fecit pridem
Ad exemplum huius templum
Et eius sollempnia. |
| 10 a. Haec est pacis urbs et vitae,
Cuius portae margaritae,
Cuius forum sine lite,
Cuius Deus gloria. | 10 b. Cuius agnus est lucerna,
Per quam imis ad superna
Fecit viam lex aeterna
Pro sua clementia. |

- | | |
|---|---|
| <p>11 a. Urbs sublimis, urbs serena,
Felix sedes et amoena,
Expers mortis, vitae plena,
Vitae vera gaudia,</p> | <p>11 b. Tu servatae castitatis,
Tu cruore purpuratis,
Tu utroque consecratis
Reddis vera praemia.</p> |
| <p>12 a. Nos a valle, qua ploramus,
Sub hoc fasce, quem portamus,
Te a longe suspiramus,
Suspirando salutamus,
Esto nobis patria.</p> | <p>12 b. In te regem videamus,
Sub quo bene militamus,
In quo pacem habeamus
Et in pace concinamus
Iucundum Alleluia.</p> |

Collect. ms. S. Lupi Trecensis saec. 10 et 11. Cod. Trecen. 1170. add. saec. 12/13. — Mit Mel.: Laudes crucis.

8. Dominicis Diebus.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Sacrosanctae trinitati
Ac divinae unitati
Hoc die dominico</p> | <p>1 b. Laudem demus et honorem,
Confitentes creatorem
De corde purissimo,</p> |
| <p>2 a. Creatorem confitentes,
Redemptorem asserentes
Corde, voce, opere.</p> | <p>2 b. Nam haec duo fidem veram
Continent atque sinceram
De Deo et bomine.</p> |
| <p>3 a. Ipsi soli serviamus
Atque ipsum extollamus
Psalmis, bymnis, canticis.</p> | <p>3 b. Proximorum caritate,
Mentis, carnis castitate,
Moribus egregiis.</p> |
| <p>4 a. Praestet nobis sacrum munus
Deus trinus atque unus
De superna gratia.</p> | <p>4 b. Huius vitae mala flere,
Post hanc vitam congaudere
In caelesti gloria.</p> |

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentin. 65. Bis.; mit Melodie.

9. Pro Defunctis.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Lux aeterna beatorum
Animabus defanctorum
Lucaat, ut in aeternum
Requiescant in pace.</p> | <p>1 b. Sancte Deus, tu sanctorum
Miserere miserorum,
Ut cum sanctis in aeternum
Requiescant in pace.</p> |
| <p>2 a. Sancta virgo virginum,
Ora semper Dominum,
Ut defuncti in aeternum
Requiescant in pace.</p> | <p>2 b. Sancti quoque spiritus,
Exorate caelitus,
Ut vobiscum in aeternum
Requiescant in pace.</p> |

- | | |
|--|---|
| <p>3 a. Patriarchae cum prophetis,
Oro, Deo supplicetis
Pro defunctis, ut in caelis
Requiescant in pace.</p> | <p>3 b. Apostoli Iesu Christi,
His solutis loco tristi
Obtinetes, ut in caelis
Requiescant in pace.</p> |
| <p>4 a. Martyrum exercitus,
Expugnatè penitus
Horum hostes, ut in caelis
Requiescant in pace.</p> | <p>4 b. Confessores, precibus
Et vestris virtutibus
Subvenite, ut in caelis
Requiescant in pace.</p> |
| <p>5 a. Omnes sanctae virgines,
Ascendentes homines
Vestra prece in aeternum
Requiescant in pace.</p> | <p>5 b. Omnes sancti pariter,
Supplicatè iugiter,
Ut hi simul in aeternum
Requiescant in pace.</p> |
6. Amen, Amen dicimus,
Vota, sancti, fundimus,
Subvenite, ut in caelis
Requiescant in pace.

Miss. ms. Montis Serrati anni 1408. Darau: Villanueva. Viage Literario VII, p. 149 sq., ohne Angabe des Fundortes. A. — Manuale Nannetense imp. Parisiis (Ioh. le Blanc) s. a. B. — 2 a, 2 Ut vobiscum B. — 5 a, 1 Sanctae prorsus A. — 5 a, 2 Transcendentes A. — 5 b, 3 simul et in caelis A. — 6, 2 sanctis A. — 6, 3 Christi passionibus.

10. Die Festo Omnium Sanctorum.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Rex aeternae, pie pater,
Pia nobis virgo mater
Te patrem et filium</p> | <p>1 b. Nobis pium ac placatum,
Nobis mitem, non iratum,
Nobis det propitium.</p> |
| <p>2 a. Petre pastor, praeco Paule,
Et caelestis omnis aulae
Patres apostolici,</p> | <p>2 b. Nobis sitis adiutores
Et benigni defensores
Et caelestes medici.</p> |
| <p>3 a. O Laurenti, o Vincenti,
O vos omnes, in praesenti
Saeculo martyrium</p> | <p>3 b. Qui pro Christo pertulistis
Et victores exstitistis,
Praebete praesidium.</p> |
| <p>4 a. O beate Nicolae,
Nos ad portum pacis trahe
De mundi naufragio.</p> | <p>4 b. Omnes sancti confessores,
Sitis nobis in tutores,
Sitis in subsidio.</p> |
| <p>5 a. Sacer chorus virginalis,
Coniugalis, vidualis,
Matrum munda castitas,</p> | <p>5 b. Omnes simul sanctae, sitis
Adiutrices, ut possitis
Dare sedes debitas.</p> |

- | | |
|---|--|
| 6 a. Hornm pia prece patrum
Et sanctarum sacris matrum
Precibus et meritis, | 6 b. Pie Christe, sis placatus
Miserator miseratus
Nobis, tuis subditis. |
|---|--|

Missale Nannetense imp. Venetiis 1482. A. — Miss. Nannetense imp. Rotomagi 1520. B. — 5 b, 2 et possitis A.

II. De Omnibus Sanctis.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Ut sequamur pari zelo
sanctorum vestigia, | 1 b. Nobis horum vitam, mores
proponit ecclesia. |
| 2 a. Offert nobis tria: rosam,
violam et lilium, | 2 b. Ut ostendat nobis viam
ad caeleste bravium. |
| 3 a. Rosa signat martyres
per colorem rubeum, | 3 b. Confessores viola
per florem purpureum, |
| 4 a. Virginalem candidatum
attestatur lilium. | 4 b. Per hoc ergo sequi Denm
nos oportet trivium. |
| 5 a. Nos mactet ut martyres
vera patientia, | 5 b. Confessores faciat
iugis abstinencia, |
| 6 a. Nos conservet virgines
iugis castimonia, | 6 b. Aut lapsos aliquando
firma continencia. |
| 7 a. Adiuvent nos sancti, quorum
colimus sollempnia, | 7 b. Ut borum prece possimus
assequi caelestia. |

Miss. S. Martini Maioris Monasterii imp. Turonibus 1508.

12. De sancto Achatio.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Martyres stabant
in agone
Spe mercedis et coronae,
Virili andacia, | 1 b. Nec mutabantur
nec fugerunt,
Mundi cuncta proiecerunt
Blandimenta spuria. |
| 2 a. Procerum milia dena
Spreta gaudent mortis poena
In Dei militia, | 2 b. Vanos deponunt errores
Ad vitae currentes fores
Felici industria. |
| 3 a. Universa ergo viva
Voce clamant rediviva,
Depromunt mirantia | 3 b. Proceres bi tam praeclari,
Inbari pares solari
Fidei constantia. |
| 4 a. Eupbratenses, Cadarenos,
Errore gentili plenos
Colentes daemonia, | 4 b. Valenter quidem vicerunt,
Triumpbantes exstiterunt
Dei passim gratia. |

- | | |
|--|---|
| <p>5 a. Triumphantes iucundantur,
Iucundantes admirantur
Dei mirabilia.</p> <p>6 a. Regum iussu lapidantur,
Flagris diris flagellantur,
Foedantur sermonibus.</p> <p>7 a. Margaritae porcis dantur,
Canibus sancta iactantur
Dictata sententia.</p> <p>8 a. His ergo festis laetemur
Martyrum et hunc precemur
Felicem denarium,</p> | <p>5 b. Arrarat conscendunt montem
Vitae sitientes fontem,
Laudis dantes munia.</p> <p>6 b. Clavi tergo vi parantur,
Martyrum ut infigantur
Sanctis horum pedibus.</p> <p>7 b. Crucibus sic affiguntur,
Animae caelo redduntur
Sollemni cum gloria.</p> <p>8 b. Nobis ut Deus deorum
Meritum praestet ipsorum
Sacrum septenarium.</p> |
|--|---|

Miss. ms. S. Margaretae Novae Civitatis saec. 14. Cod. Vindobonen. 1790. A. — Miss. ms. S. Nicolai ad Strudem anni 1458. Cod. Hilarien. 10. B. — 1 a, 3 Spei B. — 1 b, 3 Mundi gloria cuncta B. — 1 b, 4 spurcia B. — 3 b, 1 his B. — 4 b, 3 Dei passi B. — 5 b, 1 conscenderunt B. — 5 b, 3 Laudes B. — 6 b, 1 Clavi terrogoni B. — 8 a, 1 laetemur festis B. — 8 a, 2 et nunc precemur B.

13. De sancto Achatio.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Contio trabeata,
Agminibus stipata,
Dena militum milia,
Undas dum fudit san-
guinis,</p> <p>2 a. Dei nutu Hermolaus
Et inclitus Achatius
Totusque exercitus
Spectant agones.</p> <p>3 a. Antidoti sempiterni
Prius spinis coronati,
Columnis flagellati,
Exsultantes in Domino.</p> <p>4 a. Omnes, qui sollemnitatem,
Ieiunii sanctitatem
Et dici puritatem
Devotius celebrarent;</p> | <p>1 b. Hos fovebat angelica
Turma caelorum florida
Ministrante solacia
Virtute sancti flaminis.</p> <p>2 b. Furit tunc Maximianus,
Ferox tamquam insanus
Truculentas mittit manus
Suscipientes coronas.</p> <p>3 b. Stipitibus iam confixi
Poenas sumunt crucifixi
Caelestibus et innixi,
Recommendantes supremo</p> <p>4 b. Profectuum ubertatem,
Animarum suavitatem
Et operum pietatem
Spondentes, ut congre-
narent</p> |
|---|--|

5. Sanctis. Amen.

Miss. ms. Cracoviense anni 1438. Cod. Capit. Cracovien. 2. — 2 b, 2 Ferax. — Die Diction, wie gewöhnlich bei den slavischen Dichtungen, dunkel und schwerfällig.

14. De sancto Adalberto.

1. Concertu melodiae
caeli iubilemus Domino,

- | | |
|--|---|
| 2 a. Astrorum qui caeli,
terrae, marisque
conditor | 2 b. Omnia proprio
iure potenter
condidit. |
| 3 a. Nam ipsi sunt cuncta
subiecta quaeque sunt
permanentia, | 3 b. In terris quod exstat
in caelisque, cuncta
sibi iubilant. |
| 4 a. Hunc Dominum
caelorum colimus
hic nos sui famuli, | 4 b. Qui subditi
fuimus legibus
hostis atrocissimi. |
| 5 a. Per gratiam Christi
perspicue lucidam,
Confuso tyranno,
ovantes regredimur
nos ab exsilio
ad patriam; | 5 b. Erectis ad caelum
luminibus geminis,
Terrena linquentes
caelicis cum civibus
Christo semper [laete]
astantibus. |
| 6 a. Inter quos, Adalberte,
nostras, inclite,
laudes cum canticis
suscipe, | 6 b. Hic tua in aula
pius visitans
nos reconcilia
Domino. |
| 7 a. Tu namque
fulgens aurea
dignitate,
spernens gloriam
temporalem,
nobiliter
quaesisti patriam
lucidam. | 7 b. Tu splendens
signis variis
et doctrinis,
docens populos
illuxisti,
hunc loculum
tibi assignasti
iugiter. |
| 8 a. Ergo tibi
famulantes
~~~~~
auxilio
pio pacifica
Domino. | 8 b. Plebem tuae
adunatum
devotioni
conserva ab
incursu cunctorum
hostium, |

9. Ut tuo auxilio
Christo dante Domino
vitam capiant aeternam.

15. De sancto Adalberto.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Hac die festa tota
gratuletur Polonia, | 1 b. Martyrem Adalbertum
digna colens memoria, |
| 2 a. Cuius opere
Sclavorum gens ab idolis
Deo est tradita, | 2 b. Suo munere
Gnesnensis est metropolis
Honore praedita. |
| 3 a. Nam sprevit sanctum prae-
sulem
Sua natalis patria, | 3 b. Quem acceptavit exsulem
Boleslai clementia. |
| 4 a. Ille rex optimus
Dei famulo
Praestat obsequia, | 4 b. Hic vir sanctissimus
Terraie populo
Fidei praemia. |
| 5 a. Sed Pruscis postea
Fert vitae munera; | 5 b. Prusci propterea
Ruunt in crimina. |
| 6 a. O genus delirum,
Gens incredula, | 6 b. Damnans morte virum
Sine macula! |
| 7 a. Corpus sanctum pii
Referunt Poloni | 7 b. Congaudentes sui
Meritum patroni. |
| 8 a. Cuius laudes debitas
Canit omnis
fidelis ecclesia. | 8 b. Tua nobis sanctitas,
Adalberte
sancte, sit propitia. |
| 9 a. Conserva tuos de
tua Polonia, | 9 b. Qui tibi devote
canunt Alleluia. |

Miss. Gneznense imp. Moguntiae 1555.

16. De sancto Adalberto.

- | | |
|--|---|
| 1. Mane pueritiae
Fulsit donis gratiae,
Protectorum gloria, | |
| 2 a. Adalbertus inclitus,
Martyr, praesul praeditus
Ex magnis natalibus. | 2 b. Infans fit oblatio
Claroque prodigio
Redditur parentibus |

- | | |
|---|--|
| <p>3 a. Scholis ut apponitur,
Virtutum efficitur
Lucerna Saxoniae;</p> <p>4 a. O beatus pontifex,
Quem supernus artifex
Astans somno suscitatur
Et se vendi clamat.</p> <p>5 a. Lapsu actum vas confractum
Cum sincero levat mero
In nullo deperditis.</p> <p>6 a. Adalberte pie, per te
Languor cedit, paret, edit
Ignara septennio.</p> <p>7 a. Caelo decus destinatum
Auro legis exaratum
Munis tibi, egregia
Quod praestat sponsa filia.</p> <p>8 a. Transis tandem in Prussiam
Verbo parans Dei viam,
Ubi morte laeta sorte
Crucem fundas corpore.</p> | <p>3 b. Daemon prodit pessimus,
Quod pastor sanctissimus
Sanctus fit Bohemiae.</p> <p>4 b. Romae in monastica
Vita laus mirifica
Visu caelum patuit,
Vox dulcis intonuit.</p> <p>5 b. Imperator fit amator
Sancti viri, erudiri
Suis suetus monitis.</p> <p>6 b. Culpae iure moriturae
Te impendis, dum intendis
Irae et martyrio.</p> <p>7 b. Gregem sequi te nolentem
Linquis, Hungarorum gentem
Vocas ab idolatria
Sclavos cum Polonia.</p> <p>8 b. O patrone, o benigne,
Throno Christi consors digne
Te precantes naufragantes
Salva mundi aequore.</p> |
|---|--|

9. Amen dicant omnia.

Miss. ms. Pragense saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XIII E 8. A. — Miss. ms. Vissegradense saec. 15. Cod. Capit. Vissegraden. V B 7. B. — Miss. ms. Nissense saec. 15. Cod. Wratislaviensis. I F 357. C. — Grad. ms. Praedicat. Cracoviensium saec. 16/16. Cod. Praedicat. Cracovien. s. n. D. — 1, 3 Bohemorum gloria C. — 3 b, 3 Factus C. — 4 a, 3 Constans C — 4 a, 3 excitat A. — 6 a, 3 sepimio B. — 6 b, 3 Reae AB. — 8 a, 3 Ubi mercedica sorte B. — 8 b, 2 consors fehlt B. — 8 b, 3 precantes navigantes A. — Melodie: Mane prima sabbati. — Die Collation von D ist übersehen.

17. De sancto Aegidio.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Laus Mariae filio
In patre Aegidio,
Glorioso confessore,</p> <p>2 a. Splendet, inquam, cum decore
Quasi Seraphim ardore
Dei fervens plenius,</p> <p>3 a. Sonat semet abnegando,
Crucem suam baiulando,
Salvatorem imitando,
Relinquendo omnia;</p> | <p>1 b. Qui virtutum radio
Splendet in tripudio
Angelorum in decore.</p> <p>2 b. Fervens virtutum ardore,
Christum corde, Christum ore
Sonat abundantius.</p> <p>3 b. Sonat signis coruscando,
Sanitates operando,
Tribulatos liberando
Per terras, per maria.</p> |
|--|--|

- | | |
|---|---|
| <p>4 a. Patet hoc in naufragatis,
Patet daemone vexatis
Viduaeque filia;</p> | <p>4 b. Patet terris fecundatis,
Patet claudis restauratis
In pedum officia.</p> |
| <p>5 a. Signis tantis declaratus
Coenobitis est praelatus
Et sacerdos consecratus
Exhibet se hostiam;</p> | <p>5 b. Regis extergens reatus
Caelitus est denotatus,
Quibus erit miseratus,
Consequuntur veniam.</p> |
| <p>6 a. O Aegidi, pater clare,
Quem pro reis exorare
Designavit
Et firmavit
Superna clementia,</p> | <p>6 b. Tu pro nobis deprecare,
Tu digneris adiuuare,
Ut surgamus
Et tergamus
Perpetrata vitia.</p> |
| <p>7 a. Dulcis pater et patrone,
In extremo nos agone
Tuere ab hostibus;</p> | <p>7 b. Da nos in confessione
Et cordis contritione
Uniri praesentibus.</p> |

Grad. ms. Trevirense saec. 15. Cod. Treviren. 178. — 5b, 3 erit minoratus. — Melodie: In caelesti ierarchia, mit kleinen Änderungen.

18. De sancto Aegidio.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Hodiernae lux diei,
In qua festum celebratur
Beati Aegidii.</p> | <p>1 b. Natione fuit Graecus,
In Athenis eruditus,
Plenus Dei gratia.</p> |
| <p>2 a. Pater eius christianus
Fuit mitis, mansuetus,
Nomine Theodorus,</p> | <p>2 b. Mater vero christiana
Fuit casta et pudica,
Nomine Pelagia.</p> |
| <p>3 a. Quadam die iste sanctus
Quendam aegrum in platea
Invenit Aegidius,</p> | <p>3 b. Cui dedit vestimentum
Quo erat ipse indutus,
Quem sanavit citius.</p> |
| <p>4 a. Post intravit quoddam antrum
In quo vixit per tres annos
Aqua sola, herbis crudis;</p> | <p>4 b. Sed miraculo divino
Quaedam cerva nutrit eum
Suo lacte proprio.</p> |
| <p>5 a. Fama eius est exorta
Et miraculis ornata
Per totam provinciam.</p> | <p>5 b. Scelus regis propalavit,
Mortuum resuscitavit
Et fugavit daemones.</p> |
| <p>6 a. O Aegidi, tu confessor,
Sis pro nobis intercessor
Apud Christum Dominum,</p> | <p>6 b. Ut possimus tecum esse
Et in regno congaudere
In aeterna saecula.</p> |

7. Amen dicant omnia.

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentini 65. Mit Melodie. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

19. De sancto Aegidio.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Exsultet felix Graecia,
Quae natum stirpe regia
Docet Christi monita; | 1 b. Gloriose recolamus,
Ore cordeque pangamus
Clara docti merita. |
| 2 a. In templum it Aegidius,
Iacentem aegrum citius
Tegens curat vestibus; | 2 b. Derelinquens patris aedem
Christum statuit heredem
Mortuis parentibus. |
| 3 a. Toxicato a serpente
Virus refugat repente,
Mox obsessum liberans, | 3 b. Ventos maris et sedavit,
Cum ereptis perfretavit
Arelaten properans. |
| 4 a. Saluti cum Caesareo
Insudat hic biennio
Febres trimas abigens, | 4 b. Gliscens eremum discedit,
Veredemio consedit
Ubertatem dirigens. |
| 5 a. Praesumens iter latius
Fontem, antrum obscurius
Cervae carpit alitu; | 5 b. Exeuntes regis natos
Ad venandum tunc paratos
Prohibet ab aditu. |
| 6 a. Cervae suae, quam sequuntur,
Canes stare compelluntur,
Accidit hoc triduo; | 6 b. Vocans rex archimandritam
Cari patris strictam vitam
Intuentur mutuo. |
| 7 a. Senex sagitta laeditur,
In cervam quae detenditur,
Vulnus morti retinet; | 7 b. Claustro regis fabricato
In collegio beato
Sacer abbas eminent. |
| 8 a. Orantique pro Carolo
Carta datur ab angelo
Noxam delens abditam. | 8 b. Defunctum inde suscitatur,
Post moram Romam visitatur,
Bullam defert traditam. |
| 9 a. Bina cypressi ostia
Mire locat per maria
Plasmatoris viribus. | 9 b. Contracto gressum porrigit,
Ostia demum erigit
Laetum palans fratribus. |
| 10 a. Turma sonans angelorum
Eius animam ad cborum
Aevo fert gaudentium. | 10 b. O Aegidi, vir sacrate,
Nos post necem indilate
Thronis duc viventium. |

Sequent. ms. S. Petri Salisburgensis anni 1603. Appendix post Miss. Romanum imp. Venetis 1513 in Bibl. S. Petri Salisburgensis S II 14 a. — 3 a, 1 Intoxicato. — 3 a, 2 fugat. — 10 b, 3 Thronos.

20. De sancto Aegidio.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Salve, dies, quam sacrauit
Morte sua et dotavit
Beatus Aegidius. | 1 b. Chori voce vocum melos
In hac die tangat caelos
Solito devotius. |
| 2 a. Huic caelum gratulatur,
In hoc festo iucundetur
Mundus voce melica. | 2 b. Per caelestis plagae clima
Condescendat huc ad ima
Virtus patris caelica. |
| 3 a. Morsus anguis hic curavit,
Solo verbo qui sanavit
Arreptum daemonio. | 3 b. Rectores concussae ratis,
Liberavit exsul gratis
A maris naufragio |
| 4 a. Extra mundi suetum morem
Iste fecit successorem
Christum patrimonii. | 4 b. Hic telluris reddens fructum
Terraе sepelivit luctum
Gratus in viciniis. |
| 5 a. Ex quo vestis est induta,
Aegri salus est secuta
Meritis Aegidii. | 5 b. Hunc Nemacensis principis
Celebrem fecit populis
Suscitatis filii. |
| 6 a. Aqua mota in divina
Prece sua cupressina
Mare tulit ostia. | 6 b. Febris curator anhelae,
Quem pavit silvestris ferae
Lactis alimonia. |
| 7 a. Carolo quoddam peccatum
Nulli unquam revelatum
Dimitti obtinuit, | 7 b. Si ab eo abstineret;
Propter quod, ne repeteret,
Salubriter hunc monuit. |
| 8 a. Est etiam nobis datum
Huius prece donum gratum,
Quod, si quis deliquerit, | 8 b. Sit commissum condonatum
Paenitenti, si peccatum
Ultra non commiserit. |
| 9 a. Multa quidem et alia
Fecit iste prodigia,
Quae nota sunt pententibus. | 9 b. Quod rogamus, ut praemia
Nobis dari perennia
Impetret in caelestibus. |

Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?] A. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. B. — 2a, 3 mellica AB. — 3b, 1 concusserat is AB. 4a, 1 Extra consuetum morem A. — 4b, 2 lutum AB. — 6b, 1 hanele AB. — 6b, 2 quam AB.

21. De sancta Afra.

- | | |
|---|--|
| 1 a. O quam felix dies iste,
In quo nomen tuum, Christe,
Declaratur dulciter, | 1 b. Praesul dignus dum Narcissus
A te caelitus est missus
Augustam feliciter. |
|---|--|

- | | |
|---|---|
| 2 a. Hic ad Afram dum intrabat,
Impudicum hunc putabat
Colens deam Venerem; | 2 b. Sed vir Dei banc reduxit
Cum puellis et instruxit
Vera fide celerem. |
| 3 a. Satan cedens clamitabat,
Totis pelli eiulabat
Suis cum sodalibus; | 3 b. Afra crevit cum cognatis
Illustrata veritatis
Luce stans vitalibus. |
| 4 a. Propter Christum concre-
mata
Hinc et palma coronata,
Gaudens nunc perenniter | 4 b. In amplexu veri Dei,
Nos attende, nam et rei
Te vocamus iugiter. |
| 5 a. Nunc pro nobis deprecare,
Ne nos mergat fallax mare
Hostis, mundi, corporis, | 5 b. Sed post huius finem vitae
Dicat nobis rex <i>Venite</i>
Pace frui aetheris. |

Miss. ms. Augustanum saec. 14. Cod. Mus. Germ. 22929.

22. De sancta Agatha.

1. Omnis chorus

- | | |
|---|--|
| 2 a. Ecclesiae
praeclara festa
celebret Agathae | 2 b. Atque eius
laudes modulo
dulcisono proclamet, |
| 3 a. Quae sustinens
mundi tormenta
penetravit
caeli sidera. | 3 b. Namque propter
opprobria nunc
in caelesti
splendet patria. |
| 4 a. Ad huius festum Agathae
sanctorum chorus iubilat
hodie magno
tonanti Domino,
qui rex est aeternae gloriae. | 4 b. Ergo omnes voce alta
nos personemus acriter
canticum atque
insimul organa
melodia dulcissima. |
| 5 a. Deo dicata Agatha
non fuit solum ingenua,
sed ex spectabili
prosapia. | 5 b. Praeceptis Dei subdita,
ornamenta reliquit insig-
nia, ac petiit
caelestia. |
| 6 a. Nam Christi sequens
vestigia
obtulit illi se hostia,
cuius
persensit merita. | 6 b. Per eius unde
obsequia
claruere miracula
occupato Quintiano
morte turpissima. |

- | | |
|---|---|
| <p>7 a. Post anni vero
circulum, Aethneus
mons cum emittebat
incendium,
pars ex illo (magna
fugiens) paganorum
ad Agathae
veniens sepulcrum,</p> <p>8 a. Christo reddamus
gratias,
qui haec fecit miracula,</p> <p>9 a. Sit tota iubilatio
<i>patri et eius filio</i>
flaminique paraclito,</p> | <p>7 b. Ad civitatem
Catanensium ignis
pervenit minime,
periculum
velamine
opposito
illud, unde
erat opertum.</p> <p>8 b. Qui est corona
martyrum
sanctarum quoque virginum.</p> <p>9 b. Qui regit et caelestia
~~~~~
per infinita saecula.</p> |
|---|---|

Grad. ms. Vercellense saec. 11. Cod. Capit. Vercellen. CLXI. add. saec.
11/12. — 5 a, 2 ne fuit. — 5 b, 4 terrestria. —

23. De sancta Agatha.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Voto pari gratulemur,
Agathaeque veneremur
Mira gesta, ut tenemur,
Immani de victoria.</p> <p>2 a. Martyr, florem castitatis
Speculumque honestatis
Deo non vovisti gratis,
Sed ob frugem virtutis.</p> <p>3 a. Ut ditati tua prece,
Purgati peccati faece,
Tyranni exempti nece
Fruamur pollicitis,</p> | <p>1 b. Pompas mundi renuisti
Vesanas, vires subisti,
Virgo, tyrannum sprevisi
Caelesti utens gloria.</p> <p>2 b. Sponsa sponsum elegisti,
A quo exordium sumpsisti,
Cuius regnum introisti
Opem ferens salutis.</p> <p>3 b. Te precamur, ut sis prona,
Ne serpentis stringat zona,
Beatorum, tu corona,
Nos adiunge gaudiis.</p> |
|--|---|

Miss. ms. Voraviense saec. 14. Cod. Voravien. 35. — 1 a, 2 u. 3 um-
gestellt. — 1 a, 2 que fehlt. — 1 a, 3 Miraque. — 2 a 1 Martyrum. — 2 a,
3 fovisti. — 3 a, 2 Perquam a peccati. — 3 a, 3 Tyranni quod excentis. —
3 b, 1 deprecamur. — 3 b, 2 nos stringat. — Melodie: Verbum bonum.

24. De sancta Agatha.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Virgo fortis
Stirpis ingenuae,
Minas mortis
Et poenas strenue
Tolerasti.</p> | <p>1 b. Nefas sortis
Fraudisque nocuae
Et cohortis
Turpis et fatuae
Superasti.</p> |
|--|--|

- | | |
|---|---|
| <p>2 a. Inconcuſſa
Cunctis terroribus
Dei iuſſa
Complens operibus
Inveniris.</p> | <p>2 b. Poſt percuſſa
Servorum ictibus
Et excuſſa
Lignorum faſcibus
Stabiliris.</p> |
| <p>3 a. Aduſturam
Corporis pateris
Et torturam
In mammis teneris;
Gens miratur,</p> | <p>3 b. Senis curam
In antro carceris,
Sepulturam
Dignam in ceteris
Veneratur.</p> |
| <p>4 a. Deprecetur
Agatha Dominum,
Ut purgetur
A labe crimium
Praeſens chorus,</p> | <p>4 b. Detestetur
Sordes peccaminum,
Ut ſalvetur
Purus poſt terminum
Et decorus.</p> |

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585-87. Cod. Classen. 360 (139. 5. 8).
 A. — Miſſale Rutheneuſe imp. Lugduni ca. 1540. B. — Miſſale Pariſienſe
 imp. Pariſiis 1585. C. — 1 a, 2 Prolis B. — 1 b, 1 ſordis ABC. — 1 b, 2
 Fraudis aſſiduæ B. — 3 a, 3 Sed B. — 3 a, 5 Mens B. — 4 a, 1 Intercedat
 B. — 4 a, 2 ad Deum B. — 4 a, 3 Quod recedat B. — 4 b, 1 ſqq. Sic in-
 cedat | In viis hominum | Ut accedat B. — 4 b, 4 Purus ad B.

25. De ſancta Agatha.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Chriſto laudes concinamus,
Nos, qui ſanctæ celebramus
Agathæ ſollempnia;</p> | <p>1 b. Virgo clara ſtirpe nata,
Mundo placens, Deo grata
Per morum inſignia.</p> |
| <p>2 a. Florens vultus honeſtate
Et ſermouis venuſtate
Placuit hominibus.</p> | <p>2 b. Sed plus Chriſto complaceret
Atque bonis præpolleret,
Studuit operibus.</p> |
| <p>3 a. Huius fama redolebat
Et in cunctis recurrebat
Saeculorum finibus.
Quintianus, ſervus pecuniae,
Totus ſtudens idololatriæ
Suis tribunalibus</p> | <p>3 b. Illam iubet præſeutari,
Ut diverſis conſummari
Poſſit cruciatibus;
Sed prius inflectere
Tentat et ſeducere
Mentem malis artibus.</p> |
| <p>4 a. Illam ergo deludendam
Sed a vero dimovendam
Tradit Aphrodiſiæ,</p> | <p>4 b. Sed nec Chriſtum abnegare
Nec conſentit violare
Iura pudicitiae.</p> |
| <p>5 a. Eius quippe mens fundata
Et in Chriſto ſolidata
Verbis nescit cedere.</p> | <p>5 b. Tunc immitis Quintianus
Duros parat cruciatus
Ac educit carcere.</p> |

- | | |
|---|--|
| 6 a. Nec terrores nec tormenta
Expavescit insueta
Anhelans martyrrium; | 6 b. Per promissa, per terrores
Non nutavit in errores
Pertingens ad bravium. |
| 7 a. Huius verba tamquam umbra,
Velut ventus, velut unda,
Nec tamen inflectitur, | 7 b. Mentem habens roboratam
Supra petram solidatam
Nec alluvione teritur. |
| 8 a. Sursum fixam mentem tenens
Nec a Christo est recedens,
Perstat in constantia; | 8 b. At profanus Quintianus
Est turbatus ut insanus
Prae cordis insaniam. |
| 9 a. O impie ac crudelis,
Cur sic manes infidelis?
Ambas mammas amputari
Tuo damno praecepisti. | 9 b. Cur sic manes inhumanus,
In feminam inferis manus,
Cum tu parvus esses natus,
Quod in matre suxisti? |
| 10 a. Christum mones abnegare
Atque diis sacrificare,
Quos colit gentilitas. | 10 b. Virgo deos respuit,
Nec illam deterruit
Poenarum acerbitas. |
| 11 a. In catasta sublevatur,
Et mamilla cruciatur
Amputanda penitus; | 11 b. Sed perstat immobilis
Puella praenobilis,
Roborata caelitus. |
| 12 a. Iubet illam mox recludi
Et ieiunam diu trudi
Sub arcta custodia; | 12 b. Sed hanc Petrus visitavit
Et mamillas restauravit
Visus nocte media. |
| 13 a. Medicamen et solamen
Christus illae dat ancillae
Praesens in periculis, | 13 b. Sed insanus Quintianus
Necdum cedit atque credit
Tot visis miraculis. |
| 14 a. Testas atque prunas dari
Iubet ac mox volutari
Super istis et cremari
Nuda carne virginem. | 14 b. O quam dire cruciatur,
Dum hinc testis laniatur,
Inde flammis ustulatur,
Pium spargens sanguinem! |
| 15 a. Non intrabit quippe lucem,
Nisi Christum sequi ducem
Et post eum ferre crucem
Totis optet viribus. | 15 b. Virgo, bene tu certasti
Et agonem consummasti,
Esto tandem, quod rogasti,
Cum sanctis spiritibus. |
| 16 a. Gratulantes tuae laudi,
Virgo sancta, nos exaudi
Et in malis constitutos
Huius vitae redde tutos
Per tua suffragia. | 16 b. Tu, qui flammam exurentem
Aetnae montis et crepantes
Globos ignis repressisti,
Fac nos coram Christo sisti
Post mundi naufragia. |

Collect. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisiu 14872. — 3a, 5 et idolatriae. — 13a, 2 Christus suae. — 16b, 2 Et hinc montis. Verfasser dieser Sequenz ist vielleicht der Prior Godefridus von St. Victor, worauf auch die beigegefügte Chiffre Θ mit durchgeschlungenem C (= Canonicus?) hinweist. — Die gekürzte Form dieser Sequenz: Anal. XLII, Nr. 154. — Melodie: Laudes crucis.

26. De sancta Agnete.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Sacra sacris concinentes
Sponso psallant occurrentes
Christo Sion filiae; | 1 b. Sonet melos vox cauorum
Ante virginale thorum,
Assunt agni nuptiae. |
| 2 a. Agnes agno copulatur,
Foederanda perornatur
Sponsa sponsi sanguine; | 2 b. Argumentum dat amoris,
Pro cruore dum cruoris
Rubricatur flumine. |
| 3 a. Fide Christi subarrhata
Prece, donis est pulsata
A praefecti filio; | 3 b. Sponsam Christi se allegat
Et coseusum prorsus uegat
Carnali commercio. |
| 4 a. Furit puer et tabescit
Et amoris vi languescit
Lectoque prosternitur; | 4 b. Causa morbi patri nota
Ad complenda nati vota
Rabidus devolvitur. |
| 5 a. Fit Agnes mox comprehensa
Et hortatur, ut incensa
Immolet daemoniis. | 5 b. Virgo constans hoc refutat
Et colentes hoc confutat
Aptis testimoniis. |
| 6 a. Hinc puellam spoliari
Iubet iudex et scortari
Iufami ludibrio. | 6 b. Crine tecta scorto datur,
Missa stola confortatur
Angeli solacio. |
| 7 a. Currens leno stimulatus
Mox exspirat suffocatus
Ad contactum virginis; | 7 b. Prece fusa suscitatur
Et iu plebe roboratur
Fides Christi uomiis. |
| 8 a. Post haec ignes et ardores
Passa vicit et tortores,
Vindex flamma torruit; | 8 b. Sic fit tosta sed nou laesa,
Decollatur ense caesa,
Et mors fidem astruit. |
| 9 a. Eia, martyr, agonista,
Age, ne tuos sophista
Complantet fallacia, | 9 b. Sed absorpta morte vita
Te sequamur via trita
Ad sponsi palatia. |

Miss. Gemblacense saec. 16/18. Cod. Bruxellen. 5237. — 4 a, 1 Furit poenis et. — 9 a, 3 Complamet. — 9 b, 2 via vita.

27. De saucta Agnete.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Psallat corde laetabundo
Plebs fidelis in hoc mundo
Agnētis praeconia, | 1 b. Quae puella Deo grata
Est iu caelis houorata
De superna gloria. |
| 2 a. Divina freta gratia
Huius mundi solacia
Spreuit ab iufantia; | 2 b. Christi florens iu amore
Lac et mel ex eius ore
Sumpsit cum prudentia. |

- | | |
|--|---|
| <p>3 a. Quae a scholis dum rediret
Patris aedes et adiret,
Puella fit agnita</p> | <p>3 b. Per praefecti urbis natum,
Ei qui misit legatum
Dona dante[m] inclita.</p> |
| <p>4 a. Christo sponso desponsatam
Ait et se subarrhatam
Arrha sacrae fidei.</p> | <p>4 b. Ut audivit haec insanus,
Tota mente fit vesanus
Vi amoris carnei.</p> |
| <p>5 a. Sed nec virgo blandimentis,
Non terrore nec tormentis
A Christo seducitur.</p> | <p>5 b. Quae, dum spernit immolare
Diis vanis et inclinare,
Per praecones ducitur.</p> |
| <p>6 a. Vestē corporis exuta,
Crine capitis induta
Lupanari traditur.</p> | <p>6 b. Angelum haec praeparatum
Dei vidit, ordinatum
Sibi, dum ingreditur.</p> |
| <p>7 a. Qui protectionis alis
Eam fovit et a malis
Praeservavit omnibus.</p> | <p>7 b. Quam tyrannus impudenter
Ut accessit, properanter
Mortis datur nexibus.</p> |
| <p>8 a. Quem dum virgo suscitavit,
Protinus, ut oscitavit,
Deum verum praedicat.</p> | <p>8 b. Signis tantis conturbatus
Templi praeses et iratus
Dignam morte iudicat.</p> |
| <p>9 a. Vultu fulsit velut stella
Clara patiens agnella,
Flammis astans igneis.</p> | <p>9 b. Quae ad caelos dum tende-
bat,
Ignis eam non laedebat
Membris in virgineis.</p> |
| <p>10 a. Videns se praefectus victum,
Ense necis dedit ictum
Collum in virgineum.</p> | <p>10 b. Sic trecennis hinc migravit
Et cum angelis intravit
Ad regem aethereum.</p> |

Miss. ms. Olomucense saec. 15. Cod. S. Iacobi Brunensis 15. A. — Miss. ms. Olomucense saec. 15. Cod. S. Iacobi Brunensis 23 b. (38.) B. — 2 a, 1 Anima fixa gratia B. — 2 b, 1 flores A. — 3 b, 1 praefecti orbis B. — 3 b, 3 donantem B. — 4 a, 2 Ait fehlt A. — 4 a, 3 Ara A. — 5 a, 3 A fehlt A. — 8 a, 2 honestavit A. — Str. 8 b fehlt A. — 8 b, 1 Si quis tantis B. — Am Schlufs folgt in beiden Quellen, wohl ein Tropus super Alleluia:

O sancta Dei famula,
Caelestis, Agnes, incola,
Vitare da contagia
Nos tua per suffragia,
Ut tecum caeli gaudia
Contemplare possimus
Per infinita saecula.

28. De sancta Agnete.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Turma gaude puellaris,
Nam a rege coronaris
Aurcola centesima;</p> | <p>1 b. Inter nos exurgit Agnes,
Quae vi claret velut magnae
Haec stirpe nobilissima.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| <p>2 a. Urbis quam praefecti natus,
Adulescens patri gratus,
Amore zelat terreo;</p> | <p>2 b. Quem cum rebus pretiosis
Sprevit vanis: Non amo-
rosis,
Sed Christo, en, adhaereo.</p> |
| <p>3 a. Ad luxosa ducta loca
Fuit, foeda haec ut ioca
Perciperet puellula;</p> | <p>3 b. Sed cum esset clam erepta
Densis et capillis tecta
A sponso suo sponsula,</p> |
| <p>4 a. Praefocatur adulescens;
Pater adest tristis amens,
Precatur vitam filio.</p> | <p>4 b. Fusa prece reviviscit,
Viso miro ingemiscit
Eius pater prae gaudio.</p> |
| <p>5 a. Quidam nihil advertentes,
Iguis struem facientes,
In quam ferri praecipiant;</p> | <p>5 b. Urens flamma circumstantes
Mox ambussit, vim parantes
Illaesam hanc conspiciunt.</p> |
| <p>6 a. Ense demum trucidatur,
Eius agon terminatur,
Scandens ad regni solium.</p> | <p>6 b. Clemens virgo, te laudantes
Ut sint tibi conregnantes,
His verum sis auxilium.</p> |

Miss. ms. Voraviense saec. 15. Cod. Voravien. 35. — 2a, 3 zelat. hereo;
terreus = terrenus. — 6b, 3 His enim sis.

29. De sancta Agnete.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Verbum bonum personemus,
Quo Aguetis adoremus
Vitam, simul commendemus
Triumphum martyrii.</p> | <p>1 b. Haec in flore puerili
Christum mente iam virili
Colens sensu cum subtili
Palmam sperans praemii.</p> |
| <p>2 a. Haec dum sponsum refutabat,
Patrem eius concitabat,
Ad tormenta se armabat
Fide Christi melius.</p> | <p>2 b. Quando veste spoliatur,
Crine tecta adornatur,
Et per eam suscitatur
Mox praefecti filius.</p> |
| <p>3 a. Cum ab igne non crematur
Agnes, fide plebs firmatur,
Mox, ut ipsa decollatur,
Caeli subit atria.</p> | <p>3 b. Supplicamus voce prona,
Sponsa Christi, nobis dona,
Habeamus per te bona
Paradisi gaudia.</p> |

Miss. ms. Voraviense saec. 15. Cod. Voravien. 35. — Mel.: Verbum
bonum.

30. De sancta Adalgunde.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Virginalis turba, plaude,
Ut laudetur digna laude
Casta generatio;</p> | <p>1 b. Adalgundi mente tota
Pia laulum solvat vota
Nostra congregatio.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|---|
| 2 a. Haec regali stirpe sata,
Pridem Christo desponsata
Respuit coniugium; | 2 b. Flagrans igne caritatis,
Angelicae castitatis
Tendit ad fastigium. |
| 3 a. Dum a praesule sacratur,
Per columbam haec velatur
Caelesti velamine; | 3 b. Melbodium snblimatnr,
In quo virgo decoratur
Plena sacro flamine. |
| 4 a. Mundum, carnem haec pro-
stravit
Et antiquum debellavit
Hostem totis viribus; | 4 b. Multis modis expolita
Mundo fulsit margarita
Signis et virtutibus. |
| 5 a. Migrat virgo generosa,
Paradisi vernans rosa,
Gaudens in caelestibus, | 5 b. Ubi sponsnm amplexatur,
Quae nos suis tueatur
Meritibus et precibus. |

Officia propria ecclesiae S. Waldetrudis imp. Duaci 1625.

31. De sancto Ambrosio.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Reclamus venerandam
Ambrosii memoriam | 1 b. Summi Dei admirandam
Venerantes clementiam. |
| 2 a. Nam in cunis in os eius
examen apum intravit, | 2 b. Quod exiens neque laedens
hinc ad caelum evolavit. |
| 3 a. Sic in melle praedicator
futurus est praesignatus, | 3 b. Quod complevit, dum in fulam
suscepit pontificatus. |
| 4 a. Quam suscepit nntu Dei
testante voce pueri, | 4 b. Dum niteretur sedare
dissentium plebis et cleri |
| 5 a. Hic hymnos et antiphonas
legitur instituisse | 5 b. Et quandam paralyticam
solo tactu sanavisse. |
| 6 a. Gervasi et Protasii
martyrum in translatione, | 6 b. Quam divina admonitus
fecit revelatione, |
| 7 a. Daemoniaci sunt plures
restituti sanitati, | 7 b. Et propter hoc christiani
sunt in fide solidati. |
| 8 a. Sed, ut vidit multitudine
Arrianorum sanatos, | 8 b. Exclamavit hos corruptos
pretio et liberatos. |
| 9 a. Quorum unus dixit palam
hos omnes esse mentitos, | 9 b. Immo in Dei virtute
veraciter expeditos. |
| 10 a. Honorato Vercellensi
facta est vox dormienti, | 10 b. Ut communionem daret
Ambrosio morienti. |

- | | |
|--|--|
| 11 a. Quam ut ab eo percepit,
scandere caelum meruit, | 11 b. Super cuius caput stella
per noctem stans apparuit. |
| 12 a. Igitur, sancte Ambrosi,
nobis assis praesidio | 12 b. Et impetres nos fieri
consortes caeli gaudio. |

Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?]. A. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. B.

32. De sancto Andrea.

1. Laudes tu cane Deo, fidelis caterva,

- | | |
|--|--|
| 2 a. In hac praeclara
atque veneranda
die quoque pretiosa, | 2 b. In qua supernam
meruit Andreas
scandere caeli patriam. |
| 3 a. Qui cum mitteret
rete in aquam,
ambulans
Dominus iuxta mare,
quod est circa Galilaeam,
vocat eum voce pia: | 3 b. „Veni tu,“ inquit,
„post me, faciam
animas
te piscari ad vitam
sine fine perpetuam,
babens tu meam gratiam“. |
| 4 a. Mox ut audivit
vocem Christi benignam,
navim contempsit
atque sua retia,
eius sequens vestigia. | 4 b. Post haec divina
plenus sapientia,
omnem per orbem
docens Dei edicta,
multa patrans miracula, |
| 5 a. Deinde Patras
ingressus contra
tyrannum Aegeam, | 5 b. Fretus divina
atque superna
misericordia |
| 6 a. Fortiter
pugnat biduo, poenas
exsultans et gaudens
crucis tolerat, | 6 b. Plebemque
docere minime
cessat, commendans
Deo animas, |
| 7 a. Caelos penetrans cum multa
splendidaque gloria, | 7 b. Ubi sine fine gaudet
cum sanctis in aethera |

8. Laudans Deum per saecula.

Miss. ms. S. Stephani Divionensis saec. 15. Cod. Parisin. 879. A. —
Prosar. ms. Victorinum Parisiense saec. 15. Cod. Parisin. 15105. B. — 2 b,
3 caeli fehlt B. — 3 a, 2 Qui committeret B. — 3 a, 5 Galeam B. — 4 b,
2 repletus AB. — 4 b, 4 docens Domini AB. — 5 a, 2 Demum B.

33. In Translatione s. Anastasiae.

1. Verbum salutis
Missum de caelis
Transit ad gentes,
Illustrans mentes
Alma doctrina.

- | | |
|--|--|
| 2 a. Spreverunt verba regis
Alumni priscae legis;
Sic micæ colligunt gentes
Panem caelestem edentes
Sed in gratia. | 2 b. Hinc multi prelum calcantes,
Christum passum imitantes,
Vina fundunt rubentia,
Quae habent magna merita
In Anastasia. |
| 3 a. Hanc natam claro stemmate
Sequuntur divitiae, quae
Sunt de nobili prosapia, | 3 a. Quas dispensans carceratis
Pro dono aeternitatis
Felicitate perpetua, |
| 4 a. Oblectamina mundana
Iudicans omnia vana
Confusionis triclinia | 4 b. Ante se misit habita
Ut Ierusalem filia
In aeterna tabernacula. |
| 5 a. A Chrysogono
bene erudita et in
Christo illuminata est
Anastasia; | 5 b. Alimoniis
et consolationibus
in vinculis fovebatur
[ille] ab ea. |
| 6 a. Ad Gradatas Aquas
calicem passionis
bibens miles Christi
in perseverantia | 6 b. Maxima pro Christo
afflictione carceris
includitur beata
Anastasia. |
| 7 a. Ibi aethereis dapibus
per dies plus triginta
pasebatur
in magnificentia. | 7 b. Post haec navi pertusa iussit
iudex eam cum multis
dimersari;
sed evasit illaesa. |
| 8 a. Deinde insulas
attingens Palmarias
haec christianissima
gaudio plena, | 8 b. Ibique suscipitur
a multis religiosis
exsiliatis
cum laetitia. |
| 9 a. Ascensum purpureum in
ferculo regis
scandens ornata | 9 b. Induitur feliciter
cocco bis tincto
illuminata. |

- | | |
|--|--|
| <p>10 a. Demum horribiliter
igni concremata,
hostia Christi
existens immaculata,</p> | <p>10 b. Immortalitatis stola
vere induta
in caelis gaudet
coronata per saecula.</p> |
| <p>11 a. O martyr Anastasia,
Sis nobis nunc propitia</p> | <p>11 b. Et Christo, nostra crimina
Ut solvat, semper commenda.</p> |

Miss. ms. Benedictoburanum saec. 15. Clm. Monacen. 4548. A. — Miss. ms. Benedictoburanum saec. 15. Clm. Monacen. 4553. B. — Die Sequenz bietet eine interessante Vermischung der Sequenzenform erster und zweiter Epoche; bei der Sequenzenform erster Epoche (Str. 5–10) ist die Abteilung der Strophenglieder schlecht gehandhabt.

34. De sanctis Angelis.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Super mentem exultemus
Et sanctorum celebremus
Angelorum gloriam,</p> | <p>1 b. Qui cum Deo conversantur
Et praeclare contemplantur
Eius sapientiam.</p> |
| <p>2 a. In ter trina ierarchia
Dulcis sonat harmonia,
Laus superlaudabilis,</p> | <p>2 b. Spargens aestus et fulgores
Suos replet laudatores
Lux inaccessibleis.</p> |
| <p>3 a. Extendunt fulgidas
Intelligentias
In veram pulchritudinem</p> | <p>3 b. Et superfervidas
Concupiscentias
In divinam dulcedinem.</p> |
| <p>4 a. Feruntur fortiter
Et uniformiter
In boni plenitudinem,</p> | <p>4 b. Amant communiter
Et singulariter
Totum desiderabilem.</p> |
| <p>5 a. Ferunt insignia
Fontalis radii,
Velant vestigia
Consensus invii,</p> | <p>5 b. Cum per deificam
Beatitudinem
Intrant lucificam
Dei caliginem.</p> |
| <p>6 a. Daemonum iam noverit
Turba turbulenta,
Quam lucem perdiderit
Cadens in tormenta.</p> | <p>6 b. Ferox turba feriat
Ducem seducentem,
Dux in turbam saeviat
Non dissuadentem.</p> |
| <p>7 a. Omnes damna lugeant
Ducis tenebrosi,
Strideant et ardeant
Sibimet exosi.</p> | <p>7 b. Cessent nos impetere
Non a nobis laesi,
Discant se confodere
Caedentes et caesi.</p> |

- | | |
|---|--|
| 8 a. Angelos, archangelos
atque principatus
Infimus caelestium
continet ornatus. | 8 b. Potestates, virtutes,
dominationes
Ierarchiae mediae
tenent mansiones. |
| 8 c. Thronos vero, Cherubim,
Seraphim beata
Ierarchia continet
ceteris praelata. | |
| 9 a. Spiritus angelici,
Ordines ierarchici
nobis praesidentes, | 9 b. Nos ab infernalibus
Protegant spiritibus
Singulos monentes. |
| 10 a. Qui nobis invident,
Sunt invisibiles
Et nunquam dormiunt; | 10 b. Qui nobis provident,
Iugiter vigiles
Cuncta prospiciunt. |
| 11 a. Horum operatio
Triplex est purgatio | 11 b. Et illuminatio
Ternaque perfectio. |
| 12 a. His operationibus
Impenditur mortalibus
Caelestium communitio, | 12 b. Dum candidam munditiam
Et fulgidam iustitiam
Deo iungit perfectio. |
| 13 a. Ordo archangelicus
Angelis lucidius,
His et illis principatus
In divinum dant ducatus. | 13 b. Potestates subditos
Ordinant venuste,
Virtutes excipiunt
Radios robuste. |
| 14 a. Imperant sublimiter
dominationes,
Throni patent deicas
ad susceptiones. | 14 b. Perspicax cherubicus
ordo contemplatur
Flammiger seraphicus
sponsum amplexatur. |
| 15 a. Omnes supersimplici
Luce perfunduntur, | 15 b. Sed ipsam multiplici
Gradu potiuntur. |
| 16 a. Virtute ple-
ni virtutifica, | 16 b. Ordinati
lege ierarchica, |
| 17 a. In divinum singuli
ducunt et ducuntur. | 17 b. Infra se dispositis
omnes praeferuntur, |
| 18 a. Et, quidquid inminis
habet inferior, | 18 b. Idem perfectius
habet superior. |

- | | |
|---|--|
| 19 a. Munimur per omnium
vigilem tutelam | 19 b. Contra mundi, daemonis,
carnis corruptelam. |
| 20 a. Coetus fidelium
Laudes caelestium
Psallant hilariter | 20 b. Et vires hostium
Per hoc praesidium
Conculcent fortiter. |
| 21 a. Subactis hostibus
Accensis mentibus
Vi caelam rapiant | 21 b. Et per ierarchicos
Ritus angelicos
Cursus arripiant. |
| 22 a. Transscendant vigiles
Et sponsum adeant, | 22 b. Manus non fragiles
Inventum teneant. |
| 23 a. Intrent Mosaicam
Dei caliginem, | 23 b. Uniti deicam
Ad plenitudinem. |
| 24 a. Fruantur osculo,
Dum sunt sub speculo, | 24 b. Beatæ nuptiæ
Fiant sub specie. |

Collect. ms. Victorinum saec. 15. Cod. Parisin. 15 163. — 9 b, 3 Singulis momentis. — 13 a, 1 angelicus. — 13 a, 2 lucidicus — Überschrift: „Sequitur summa seu prosa de angelis“; Nachschrift: „Explicit prosa pulcherrima et ornate composita tam de angelis quam ministerio eorundem.“

35. De s. Angelo Custode.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Angele, qui meus es
custos pietate superna,
Me tibi commissum
serva, defende, gubernas. | 1 b. Terge meam mentem
vitiis et labe veterna
Assiduusque comes
mihi sis vitaeque lucerna. |
| 2 a. Angele, fide comes,
sapiens, venerande, be-
nigne,
Me movet et turbat
mortis formido malignae, | 2 b. Saepe quidem mergi
poenas et tartara digne;
Sed succurre mihi
baratri ne mergar in igne. |
| 3 a. Angele, confiteor,
quia saepe fidem violavi
Spiritusque malis
numero crimine favi, | 3 b. Et praecepta Dei
nou, sicut oportet, amavi,
Proh dolor, et Christum
prave vivendo negavi. |

- | | |
|--|---|
| <p>4 a. Angele, quando meos
actus per singula tango
Meque reum mortis
video, pro crimine plango;</p> | <p>4 b. Ora rigo lacrimis,
mentem cruciatibus ango;
His me solve malis,
tibi laudes votaue pango.</p> |
| <p>5 a. Angele, me iugi
solvat tua cura rogatu,
Ne pro multimodo
peream damnerque reatu.</p> | <p>5 b. Me de terribili
liberet Christus cruciatu,
Dignus ut angelico
possim fieri comitatu.</p> |

Miss. Pragense imp. Lipsiae 1522. — 1b, 2 veterana. — 2b, 4 mergat. —
5a, 4 dannemurque. — 5b, 2 tua liberet ipsius a cruciatur. — Diese Se-
quenz ist ein Bruchstück aus Reginaldi Vita sancti Malchi.

36. De sancta Anna.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Gratiarum actio
Sit Mariae filio,
Salvatori omnium;</p> | <p>1 b. Annae coronatio
Nostra exsultatio,
Nostrum est convivium.</p> |
| <p>2 a. Praesentatur hodie
Anna regi gloriae
Cum hymnis et laudibus;</p> | <p>2 b. Amplexatur filia
Matrem cum laetitia
Cum suis virginibus.</p> |
| <p>3 a. Datur in caelestibus
A sanctorum civibus
Annae salutatio;</p> | <p>3 b. Laudant matris viscera,
Laudant matris ubera
Tota caeli contio.</p> |
| <p>4 a. Roga, mater, filiam,
Paradisi curiam
Move tuis precibus;</p> | <p>4 b. Detur per te venia,
Fluat nobis gratia
De Christi visceribus.</p> |
| <p>5 a. Fructus ventris virginis,
Unda tui sanguinis
Culpas nostras dilue;</p> | <p>5 b. Audi matrem filia,
Inter rosas, lilia
Nobis locum tribue.</p> |

Miss. ms. Trevirense anni 1495. Cod. Treviren. 361. — Melodie wohl:
Veni sancte spiritus.

37. De sancta Anna.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Alma parens Anna, gaude,
Mater omni digna laude,
Mater tantae filiae.</p> | <p>1 b. Anna recte nuncuparis,
Quia gratiosa paris
Matrem omnis gratiae.</p> |
|---|--|

- | | |
|--|--|
| 2 a. Anna parit tres Marias,
Quarum primam Isaïas
Prædixit divinitus | 2 b. Virgam florem producturam
Virginemque parituram
Dono sancti spiritus. |
| 3 a. Haec [est] radix Anna pia,
Virga florens est Maria,
Christus est flos inclitus. | 3 b. Digna radix est honore,
Cuius virga tali flore
Fecundatur caelitus. |
| 4 a. Anna stellam matutinam,
Stellam maris et reginam
Peperit clementiae. | 4 b. Ipsa vere iam laetatur,
Quia Deum contemplatur
Revelata facie. |
| 5 a. Salve, mater matris Christi,
Quae iam felix conscendisti
Iubilans ad aethera. | 5 b. Iter nobis praesta tutum,
Ut in Domini virtutum
Colloceur dextera. |

Miss. Lubicense imp. Lubecae 1486. — 4 a, 1 stella matutina.

38. De sancta Anna.

1. Salve, Anna veneranda,
Recte Anna nuncupanda,
Quae cunctis es gratiosa.
- | | |
|---|--|
| 2 a. Ab aeterno praelecta
Et a regum stirpe secta
Manu sapientiae; | 2 b. Ex te nata stella maris,
Virgo mater, expers paris,
Regina clementiae. |
| 3 a. O quam felix, quam beata,
Tali prole fecundata
Parens matris gratiae; | 3 b. Huic accedunt binae natae
Et sex proles perbeatæ
Cum praesule Simeone. |
| 4 a. En, in culmo plures spicae,
Atque vitis ex radice
Surgentes tres palmites. | 4 b. Vere celsus tuus status
Et immensus potentatus
In caelesti curia. |
| 5 a. Ergo, Anna, mater pia,
Tota stirpe cum Maria
Iesum ora filium, | 5 b. Quo sic eum veneremur,
Ut in caelis collaetemur
Post praesens exsilium. |

Miss. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 19560. — 1, 2 nuncupata.

39. De sancta Anna.

1. Congaudent angelorum chori
Iesu Christi aviae,

- | | |
|--|--|
| 2 a. Quae mundi dominam,
Domini matrem,
genuit. | 2 b. Filias tres sancta
Anna praeclaras
habuit. |
| 3 a. Nam Anna
laetatur in caelis,
iam conspicatur nepotem; | 3 b. In terris
vivens Anna omnibus
exempla sancta praebuit. |
| 4 a. Quam celebris
in caelis avia
Iesu Anna creditur! | 4 b. Laudant Annam
beatam angeli,
ecclesiae filii. |
| 5 a. Qua gloria
in caelis sancta Anna
colitur!
Quae dominam caeli
genuit et aluit
dulci lacte sui pectoris. | 5 b. Quam splendida
sedes sanctae Annae
rutilat!
Rex omnium, Christus,
aviam, ecce, suam
in dextera sua collocat. |
| 6 a. Te, Anna beata,
haec plebecula
piis celebrat mentibus. | 6 b. Te cantu melodo,
beata Anna,
in caelis angeli collaudant. |
| 7 a. Te cantus supplex
collaudat devotorum
fletusque pulsat
gementium,
consolatrix Anna
et adiutrix omnium; | 7 b. Te plebis sexus
uterque veneratur,
te omnis maestus
deprecatur;
o beata Anna,
pro nobis Iesum ora. |
| 8 a. Ecclesia
ergo cuncta
te cordibus
teque carminibus
veneratur. | 8 b. Tibi suam
manifestat
devotionem,
beata atque sancta
o Iesu avia. |

9. Da nobis auxilium,
post hoc exsilium,
Anna,
duc nos ad gaudium.

Grad. ms. Bernhardinum saec. 16/16. Cod. Bernhardin. Cracovien. s. n. —
7 a, 6 est adiutrix. — Melodie jene der Notkerschen Mariensequenz gleichen
Anfanges; an letztere Sequenz lehnt sich auch der Text an.

40. De sancta Anna.

1. Ave, praeclara
mater, Anna, ex qua
lux gentium, Maria
virgo, fuit orta.
- 2 a. Ave, Deo grata,
parens beata,
quae mundi decorem,
matrem solis iustitiae,
ex sancta carne
ducis in orbem.
- 2 b. Ave, tribus data
sponsis, ornata
triplice Maria,
quarum prima caeli via,
luna, stellaeque
duae secutae.
- 3 a. Tu, radix vitae,
rosam almae stirpis Iesse
protulisti,
quam patres desideraverunt
simul et prophetae.
- 3 b. Tu plena fide
sancto Ioachim comite
obtulisti
in templo decus virgineum,
matrem Emanuel.

Miss. ms. S. Petri Insulensis saec. 15. Cod. Insulen. 25. A. — Miss. Tornacense imp. Parisiis 1498. B. — Miss. Tornacense imp. Parisiis 1509. C. — Miss. Tornacense imp. Parisiis 1540. D. — 1, 3 Maria fehlt A. — 2 a, 4 matris solem A. — Melodie selbstredend die der Mariensequenz gleichen Anfanges, aber gekürzt.

41. De sancta Anna.

- 1 a. Verbum bonum munitur
Annae tristi, quam solatur
Angelus, ut huic profatur
De conceptu filiae;
- 1 b. Per quod verbum hilaratur,
Sterilis mox fecundatur,
Absque naevo impregnatur,
Parit matrem gratiae.
- 2 a. Ave, veri Salomonis
Matris mater, quae coronis
Miris fulges, altis thronis
In caelesti patria.
- 2 b. Ave, prolem genuisti,
Per quam mundo luxit tristi
Verus sol, quo dispandisti
Caeli nobis atria.
- 3 a. Ave, sponsae verbi grata
Mater, Anna, David nata,
In solamen mundo data,
Nostrorum refugium.
- 3 b. Supplicamus, nos solare
Tristes et reos dignare
Deo gratos praesentare
Ad perpes tripudium.

Miss. ms. Cysoniense saec. 16. Cod. Insulen. 37. — Melodie: Verbum bonum et suave.

42. De sancta Anna.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Magnae dies claritatis,
Concentus, celebritatis,
Magnae dies gloriae; | 1 b. Laudet terra, laudet caelum,
Lira nostra reddat melum,
Sors venit laetitiae. |
| 2 a. Nuper terram opprimente
Nube, soli iam cedente,
Virgultum refluoruit; | 2 b. Peste caelo dissipata,
Aethere face commota
Terra tota canduit. |
| 3 a. Ex te lumen luminum,
Caeli Deus agminum
Mundum exornavit; | 3 b. Ecce, virgo virginum,
Spes et dulcor omnium
Nos laetificavit. |
| 4 a. Tu mons Ornan Iebusaei,
Quo templum est nostrae spei,
Nostrum patrocinium; | 4 b. Iericho qua speciei
Rosa vernet, mater Dei,
Totum nostrum gaudium. |
| 5 a. Tu es aqua Ieremiae,
Qua processit fax Mariae
Altaris mysterio; | 5 b. Arca, virgae gubernatrix,
Quae floris miri delatrix
Iusti fuit sanctio. |
| 6 a. Tu es cornu olei,
Quo dilectus vitei
Rami cerpsit fructum; | 6 b. Salomonis solium,
Quod almae per filium
Est matri praestructum. |
| 7 a. Paradisus voluptatis,
De qua fons virginitatis
Irrigavit omnia. | 7 b. Eden, mons amoenitatis,
Quo lignum salubritatis
Fert medelae folia. |
| 8 a. Probri caeno volutatus
Iaspis iam est revelatus
Gloria mirabili; | 8 b. Luto nuper coopertus
Onyx nobis est apertus
Aspectu spectabili. |
| 9 a. Tu es lucis carbunculus,
Tu Domini crepusculus,
Luna plena; | 9 b. Tu matris Dei genetrix,
Tu mundi lucis editrix,
Vitae vena. |
| 10 a. Anna, per te mereamur,
Maerentes experiamur
Nepotis clementiam; | 10 b. Veniam hic consequamur,
Illic tecum assequamur
Sempiternam gloriam. |

Miss. ms. S. Andreae Burdigalensis saec. 15. Cod. Parisin. 871. A. — Miss. Burdigalense imp. Burdigalis 1543. B. — 1 a, 2 Conceptus B. — 1 b, 2 cedet A, reddet melum. B. — 2 a, 3 virgultum B. — 3 b, 2 hominum B. — 4 a, 1 mons uram A., zu Ornan vgl. I. Paral. 21, 18. — 6 a, 2 dilectus vineae B; Correctur des nicht verstandenen Adiectivs viteus (von vitis). — 6 a, 3 Rami prosa decerpit B. — 7 b, 3 folia fehlt A. — 8 a, 1 Improbri A, In probri B; laptatus AB. — 9 a, 2 crepusculum B. — Melodie: In caelesti ierarchia.

43. De sancta Anna.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Ad caeleste praemium
Suspiret cor fidelium
Cum affectu nimio; | 1 b. Theothecae honesta
Christi chorus psallat festa
Cum pudoris lilio. |
| 2 a. Vas odoris
Et pudoris
Praesidium
Fidelium
Salutem obtinuit. | 2 b. Haec claruit
Et placuit,
Dividebat,
Offerebat,
Caritatem tenuit. |
| 3 a. Decus ergo regium,
Virtutum collegium
Tulit dignum, | 3 b. Fructum, in quo residet
Dominus, qui providet
Hoc benignum. |
| 4 a. Mater matris Christi,
Praesens sis mundo tristi,
Anna, tu fuisti
Beuedicta; | 4 b. Es mater sapiens,
Lumeu iudeticiens
Solem et parieus,
Anna dicta. |
| 5 a. Imbuta gratiae,
Tu, mater Mariae,
Purifica corda fidelium, | 5 b. Concedens beata
Cunctis, Anna grata,
Gaudia supernorum civium. |
| 6 a. Anna, sancta, sublevata
Caelo iam fulges beata,
Esto nobis via grata
Ad caeli palatia. | 6 b. Anna, pareus matris Dei,
Fac uos dignos faciei
Christi, placeamus ei
In caelesti patria. |

Miss. Xantonense imp. Parisiis 1491.

44. De s. Antonino Placentino.

1. Omnes celebremus
martyris pia gaudia,
- 2 a. Cuius inclita tropaea
nobis fulgent,
patet et Christi gratia.
- 2 b. Muudus tenebras decutit
factis huius,
sic spernit et idolatras.
- 3 a. Sanguine proprio
postes nostros
consecrasti
temet douaudo hostiam.
- 3 b. Horrida saeculi
temptamenta
tu spreuisti,
dulcia simul pocula.

- | | |
|--|---|
| 4 a. Plangit hostis
noster antiquus, ululat
pallidus
reddens auias. | 4 b. Fundit preces
Autoninus, conteritur
et laqueus,
tremunt tartara. |
| 5 a. Psallit in hac die
ecclesia Autouini
miracula; | 5 b. Angelorum turba
maxima praedicat huius
certamina. |
| 6 a. Militia
laudanda,
divinitus assumpta,
immutando opera
mutat merita. | 6 b. Commercia
humana
formantur iu diuina,
deponendo talia
mundi spicula. |
| 7 a. Armigerum enim
suum Deus facit
Autouinum;
Christi fert vexilla, | 7 b. In quibus fiderat
invicta phalanx et
sanctissima
armaus cruce sigua. |
| 8 a. Aganeusia
martyria
nostra sint precamina, | 8 b. Quae iacula
contraria
tollant et mortifera. |

9. Sit hoc Christi laus aeterna;
Amen dicant omnia.

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentin. 65. Mit
Melodie: „Eia turmina.“ — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

45. Iu Decollatione s. Antouini Placentini.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Martyr almus Antouinus,
Clarus miles Placentius,
De clarorum genere, | 1 c. Veneretur et laudetur,
Urbem istam qui tuetur
Sacrosaucto munere. |
| 2 a. Cuius festum nunc acturi
Studeamus esse puri
Ac vivere sobrie, | 2 b. Dignum digne collaudare
Ipsamque glorificare
Sine mentis carie. |
| 3 a. Sanctus iste gloriosus,
Exsisteus religiosus
Et miris virtutibus | 3 b. Praeditus, iuste vivebat,
Auditores instruebat
De fide ac moribus. |
| 4 a. Dum iret ad praedicaudum
Et ad fidem convocandum
Omne genus hominum, | 4 b. Prae calore, prae labore
Sistibundo manens ore
Exoravit Dominum; |

- | | |
|--|--|
| 5 a. Tunc Iesus, quem invocavit,
Fontem vivum praeparavit
Aperiens aridam, | 5 b. Ex quo sanctum hunc potavit
Et corpus refrigeravit
Per divinam gratiam. |
| 6 a. Hinc ad urbem Placentinam
Praedicendo mortem suam
Regressus est iterum, | 6 b. Ubi post illusiones
Et post multas torsiones
Passus est martyrium. |
| 7 a. Et cum esset decollatus,
Sanguis est coagulatus
Gloriosi martyris, | 7 b. Ut nihil defraudaretur,
Sed totum conservaretur
Donum sancti corporis. |
| 8 a. Caput aqua iam proiectum
Cum cruore est collectum
Per manum angelicam; | 8 b. In navicella receptum
Sic ad urbem est devectum
Per Padum, per Treviam. |
| 9 a. Festus quidam, christianus,
Vir in sancta fide sanus,
Suscepit haec munera; | 9 b. Sacrum locum praeparavit,
In quo caput collocavit
Atque membra cetera. |
| 10 a. Sicque dudum occultata,
Sed sunt tandem revelata
Savino episcopo, | 10 b. Cum quo sex fuerunt miri
Praesules sanctique [viri]
Operante Domino, |
| 11 a. Sacrum corpus recondentes,
Vaticinium implentes
Victoris sanctissimi; | 11 b. Ubi laudes nunc solvuntur,
Atque preces offeruntur
Pro salute populi. |
| 12 a. Sed nec istud est silendum,
Immo firmiter tenendum,
Quia gutta sanguinis | 12 b. Fluxit membris de sacratis,
Fidem daret ut renatis,
Gloriosi martyris. |
| 13 a. Sancte martyr Antonine,
Fac servire tibi digne
Hoc praesens collegium, | 13 b. Praebe eis lumen verum,
Serva plebem, rege clericum.
Et nunc et in saeculum. |

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentin. 65. Mit Melodie „Lauda Sion“, aber in freier Bearbeitung. — 9 a, 1 quidem. — 11 a, 2 vaticinium. — 13 b, 3 saecula. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

46. De s. Antonio Eremita.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Ob Antonii honorem
Invocemus creatorem
Caeli, terrae, marium, | 1 b. Qui se praestat, adiutorem
Suis gratiae splendorem
Conferendo varium. |
|--|--|

- | | |
|--|---|
| 2 a. Quod Antonio ostendit,
Quando mundum vilipendit
Appetens caelestia; | 2 b. Corpore dum humi tendit,
Sed mente caelos ascendit
Magna cum modestia. |
| 3 a. Mundus subiacens ruinis,
Cuius fraudis non est finis,
Ab eo deseritur; | 3 b. Sed a laudibus divinis
Neque prece neque minis
Vir Dei conteritur. |
| 4 a. Cuncta respuit terrena,
Cum haec sint dolore plena,
Quae sunt sursum, sapiens; | 4 b. Quod in caelo sint amoena,
Quod nec ibi regnet poena,
Pura mente capiens. |
| 5 a. Cui panis destinatur,
Dum in eremo moratur,
De caeli palatio, | 5 b. Quo vir Dei satiatur
Nec ab eo plus curatur
Divino solacio. |
| 6 a. Nil amori praeferendum
Esse Dei consulendum
Duxit inter cetera, | 6 b. Filio qui non parcendum
Duxit, sed per hunc delendum
Peccamina vetera. |
| 7 a. Inscios fecit prudentes,
Consolatus est dolentes
Verbis suis mitibus; | 7 b. Concordabat dissidentes,
Solvit poenam patientes
A malis spiritibus. |
| 8 a. Morbidus ignis fugatur,
Morbus varius curatur
Eius per auxilia. | 8 b. Hostis furit, indignatur
Et ad iram provocatur
Ob haec et similia. |
| 9 a. Infert ei cruciatus
Et diversos cogitatus
Sordidos insonuit; | 9 b. Ab his tamen per precatus
Deo fusos vir beatus
Liberari meruit. |
| 10 a. Ordo poscit rationis,
Quod aeternae mansionis
Consequatur gloriam, | 10 b. Qui contemptis mundi bonis
Semper Iesu passionis
Gesserat memoriam. |
| 11 a. Ecce, finis vitae datur,
Et vir Dei liberatur
De mundi fallacia. | 11 b. Ad caelos cum evocatur,
Cum gaudio praesentatur
Deo Dei gratia. |
| 12 a. En, in caelo collocatur,
Collocatum veneratur
Caelestis familia; | 12 b. Quem rogemus, si peccatur,
Quod peccatum abluatur
Eius per auxilia. |
| 13 a. O Antoni, flos decore,
Tu nos Christi in amore
Fac fervere te ductore
Atque sancto flamine; | 13 b. Nos conserves in honore
Solvens a Dei furore
Et a daemone terrore
Stricto sub examine. |

- | | |
|--|---|
| <p>14 a. De hac valle lacrimarum
Pariter et tenebrarum,
In qua omnium bonarum
Rerum est inopia,</p> | <p>14 b. Duc ad illud lumen clarum,
In quo omnium nostrarum
Vera salus animarum
Est in lucis copia.</p> |
| <p>15 a. Nos peccatis praepollutos
Ab eis reddas solutos,
In agone constitutos
Te tuente redde tutos
Ab hostis saevitia,</p> | <p>15 b. Non nos sinens ad inferna
Trahi, Deo placens verna,
Sed procures nos superna
Pariter et sempiterna
Perfrui laetitia.</p> |

16. Amen dicant omnia.

Grad. ms. Stubense saec. 12/13. add. saec. 13/14. (Privatbesitz). — 8 a, 2 variis. — 8 a, 3 auxilio. — 11 b, 1 caelos eum vocatur. — 12 a, 1 In iu. — 14 a, 3 omnium donarum. — 15 b, 2 Trahe. Melodie wohl: *Lauda Sion.*

47. De s. Antonio Eremita.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Laudemus omnes Dominum,
Qui mirificavit suum
Amicum Antonium;</p> | <p>1 b. Cui in Aegypto ortum
Decus contulit parentum
Nobile et devotum.</p> |
| <p>2 a. Sed generis banc gloriam
Christus per suam gratiam
Plurimum sublimavit,</p> | <p>2 b. Cum adolescentem pium
De saeculo ad eremum
Vix vigennem vocavit.</p> |
| <p>3 a. Ubi quanta
Temptamenta
Pertulerit, est mirum;</p> | <p>3 b. Sed non vincunt
Neque frangunt
Fortissimum hunc virum.</p> |
| <p>4 a. Caro urit,
Satan furit;
Illam cingit,
Istum stringit
Fames et oratio.</p> | <p>4 b. Laceratur
Et mactatur;
Non fraudatur,
Consolatur
Divino oraculo.</p> |
| <p>5 a. Militis bellum aspicit,
Rex, dignum laude asserit
Hic et in caelestibus;</p> | <p>5 b. Probatur hoc miraculis
Pariter et reliquiis
Cunctis mundi partibus.</p> |
| <p>6 a. Eius vita erat ita
Stricta, recta et perfecta,
Quasi foret angelus;</p> | <p>6 b. Gravis nulli nisi sibi,
Sed procul sint haeretici,
Quorum fuit aemulus.</p> |

- | | |
|--|--|
| <p>7 a. Si tentaris, sis humilis,
Intende exercitiis,
Sic teste ipso stabis;</p> | <p>7 b. Sed nisi detur a Deo
Spirituum discretio,
Vix unquam triumphabis.</p> |
| <p>8 a. O monachorum speculum,
Perfectionis exemplum,
Antoni sanctissime,</p> | <p>8 b. Qui pie auxiliaris
Hominiibus et iumentis,
Succurre celerrime</p> |
| <p>9 a. Cunctis, qui te venerantur,
Ut a malis protegantur
Animae et corporis;</p> | <p>9 b. Hic illustrentur gratia,
Illic caelesti gloria
Tuis sanctis meritis.</p> |

Miss ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. Carolsruhan. Pm. 45. A. —
Sequent. ms. Praedicat. Basileen. saec. 16. Cod. Basileen. N D III 5. B. —
2 b, 3 viginem A. — 8 b, 3 celeriter B. — Überschrift in B: „Prosa quam
composuisse fertur P. Henricus de Alveldia huius domus Prior ad
instantiam sanctimonialium ad Lapidess“. Über den Träger dieses Namens
konnte ich bisher nichts ermitteln.

48. De s. Antonio Eremita.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Gaudet orbis et laetatur
Et sollemni moderatur
Gaudia praeconio;</p> | <p>1 b. Festa dies nos hortatur,
Ut in laudes expendatur
Debitas Antonio.</p> |
| <p>2 a. Qui sub flore iuventutis
Fructum cupiens salutis
Dignum duxit institutis
Arduis proficere;</p> | <p>2 b. Mundum fugit fugientem
Velut hostem persequentem,
Qui captivam tenet mentem
Nescientis fugere.</p> |
| <p>3 a. In desertum longe ductus,
Spiritualiter instructus,
Non cessavit bonos fructus
Arbor bona facere.</p> | <p>3 b. Ad Aegyptum non respexit,
Ubi natus intellexit,
Quod Loth cito non despexit
In Segor secedere.</p> |
| <p>4 a. Hunc praecessit clarus vita
Paulus, primus eremita,
Cuius hic Israelita
Propagavit regulam;</p> | <p>4 b. Ipse quoque quadam die
Visitavit illum pie
Lupam sequens ducem viae,
Quae duxit ad cellulam.</p> |
| <p>5 a. Dum ferventes in amore
Verba facerent, ex more
Corvus panem tulit ore
Duplicato munere;</p> | <p>5 b. Quem eodem dispensante
Paulus ille solus ante
Solet hora postulante
Medium accipere.</p> |
| <p>6 a. Fratres ergo caeli pane
Refocillant cor inane,
Nil servantes, quod in mane
Scaturiret vermibus;</p> | <p>6 b. Qui nutritur esca caeli,
Fit Heliae par fideli,
Consors factus Israeli
Meritis et moribus.</p> |

- | | |
|---|--|
| <p>7 a. Paucis tandem evolutis
Dies natalis venerat,
Et ad gaudia salutis
Mors Paulum parturierat
De maerore saeculi.</p> | <p>7 b. Quem Antonius quaesivit
Flens in tuguriunculo
Duorumque sepelivit
Leonum adminiculo,
Carens ope sarculi.</p> |
| <p>8 a. Sanctum haec et alia
Praedicant Antonium,
Cuius animalia
Praebent testimonium.</p> | <p>8 b. Pernoctabat studiosus
In orationibus
Agonista gloriosus,
Imperans daemonibus.</p> |
| <p>9 a. Nostris per te flagitiis,
Antoni, Christus imperet
Et nos ab immunditiis
Tantis obsessos liberet.</p> | <p>9 b. In quem sanctorum oculi
Sperant et plebs angelica,
Nos in deserto saeculi
Pascat annona caelica.</p> |

Miss. Diense imp. Parisiis 1499. A. — Sequent. ms. S. Petri Salisburgen. anni 1603. Appendix Miss. Romani imp. Venetiis 1513. (in Bibliotheca S. Petri Salisburgen. S II 14 a). B. — 2 b, 1 Nondum fugit A. — 3 b, 2 natum B. — 3 b, 3 cito fehlt B. — 4 a, 1 Tunc B. — 4 b, 3 sequens indubie A. — 5 a, 2 ex timore B. — 5 b, 3 hora fehlt B. — 7 a, 4 Mors fehlt B. — 8 a, 4 Probrant A.

49. De s. Antonio Eremita.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Pia voce praedicemus
Et devotis celebremus
Laudibus Antonium.</p> | <p>1 b. Dei sanctus exaltetur
Et in suis honoretur
Sanctis auctor omnium.</p> |
| <p>2 a. Hic contempsit mundi florem,
Opes eius et honorem
Parens evangelio,</p> | <p>2 b. Et confugit ad desertum,
Ut non currat in incertum
In hoc vitae stadio.</p> |
| <p>3 a. Mira fuit eius vita,
Clarus fulsit eremita,
Sed mox hostis subdoli</p> | <p>3 b. Bella perfert, saepe concu-
titur
Gravi pugna, verum non
vincitur
Insultu diaboli.</p> |
| <p>4 a. Ictu crebro flagellatur
Et a saevis laceratur
Inmane daemonibus;</p> | <p>4 b. Lux de caelo micuit
Et clara personuit
Dei vox de nubibus;</p> |
| <p>5 a. „Quia fortis in agone
Decertasti regione,
Omni nominaberis;</p> | <p>5 b. Te clamabit totus orbis,
Pro pellendis item morbis
Ignis invocaberis.“</p> |
| <p>6 a. Id, Antoni, nunc impletum
Conspicamur et repletum
Mundum tuo nomine;</p> | <p>6 b. Hoc implorat gens devota,
Tibi pia defert vota
Pro tuo munimine.</p> |

- | | |
|--|---|
| <p>7 a. Nunc in forma speciosae
Mulieris, pretiosae
Nunc in massae specie.</p> | <p>7 b. Daemon struit illi fraudes;
Sed qui tanta, vafer, audes,
Succumbis in acie.</p> |
| <p>8 a. Mille fraudes, mille doli
Sunt inanes, illi soli
Cedit orcus ingemens.</p> | <p>8 b. Militem hunc veteranum
Et robustam eius manum
Horret hostis infremens.</p> |
| <p>9 a. Non lorica corporali
Fultus inimico tali
Hic athleta restitit.</p> | <p>9 b. Aqua potus, terra lectus
Illi fuit, his protectus
Armis victor exstitit.</p> |
| <p>10 a. Herba fuit illi victus,
Palmae frondes et amictus,
Ac cum bestiis convictus
Intra solitudinem.</p> | <p>10 b. Precum assiduitate,
Operandi crebritate
Atque somni parcitate
Restrinxit libidinem.</p> |
| <p>11 a. Confutatis Arrianis
Et philosophis profanis
Paulum visit, nec inanis
Fit via nec irrita.</p> | <p>11 b. Nam convenit hunc viven-
tem,
Inde sanctam eius mentem
Caelos vidit ascendentem
Carne terrae reddita.</p> |
| <p>12 a. O Antoni, cum beatiss
Nunc in regno claritatis
Gloriaris, hic gravatis
Mole carnis pietatis
Tuae pande viscera;</p> | <p>12 b. Ne nos rapiat tremendae
Mors gehennae, manum tende,
Nos a morbido defende
Igne nobis et impende
Gloriam post funera.</p> |

Sequent. ms. Caelestin. Ambianensium (Guil. Lovel) anni 1572. Cod. Ambianen. 132. A. — Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. S). B. — Miss. Ambianense imp. Parisiis 1529. C. — Miss. Ambianense imp. Parisiis 1555. D. — Miss. Bellovacense imp. Parisiis 1538. E. — Miss. Bellovacense imp. Bellovacae 1625. F. — 1 a, 1 Eia voce E. — 1 b, 2 Ut B. — 3 a, 1 Mira eius fuit A. — 3 b, 1 Tela perfert A; saepe fehlt A. — 3 b, 2 pugna nec vincitur A. — 6 b, 2 refert B. — Str. 7 a u. b fehlen B. — Str. 8 a u. b fehlen AB. — Str. 10 a u. b fehlen A. — Str. 11 a u. b fehlen B. — 11 b, 2 Inde eius sanctam A. — 12 a, 3 Gloriaris cum gravatis B. — Melodie jedenfalls: Lauda Sion; in A jedoch eine andere.

50. De s. Antonio Eremita.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Chorus noster promat voces
Et attolat Dei dotes
In Antonii laudibus,</p> | <p>1 b. Vita cuius et doctrina
Nobis patuit sentina,
Ut totis virtutibus</p> |
| <p>2 a. Carnis, mundi zabulique
Voto forti, toto corde
Spernamus fallacias,</p> | <p>2 b. Corde, animo ac mente
Linquentes zelo fervente
Corporis delicias.</p> |

- | | |
|---|--|
| 3 a. Applicantes pro medela
Paupertatis insignia
Cordium affectibus, | 3 b. Declinemus malitiam
Zelando simplicitatem
Cum iustitiae fructibus, |
| 4 a. Fide iugi persistentes
Ad laevam nec declinantes
Dextrorsumve abeundo, | 4 b. Sed in lege meditantes
Divina, fructum quaerentes
Spiritus, perseverando. |
| 5 a. Ut sequentes vestigia
Nostri patroni gaudia
Eius devotis precibus | 5 b. Mereamur caelestia
Per sancta exercitia
Cum electis omnibus. |
6. Nos dicamus omnes Amen,
Ut det nobis sanctum flamen,
Qui regnat in caelestibus.

Prosar. ms. Caelestin. Ambianensium (Guil. Lovel) anni 1572. Cod. Ambianen. 132. Mit Melodie: Triumphale pange melos.

51. De s. Antonio Patavino.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Ad bonorem trinitatis
De triumpho tanti patris
Sonet vox in iubilo; | 1 b. Lumen vitae, verbum pacis
Omne signum sanctitatis
Fulget in Antonio. |
| 2 a. Genuerunt hunc parentes
Nobiles Hispaniae,
Quos reliquit vilipendens
Ad plausum Aegyptiae. | 2 b. Post Franciscum iam refulsit
Noviter in Padua
Infirmorum reparator
Sanans membra languida. |
| 3 a. Pede nudo discurrebat
Et accinctus cordula,
Excitabat dormientes
Voce iungens opera. | 3 b. Erat tangens verbum eius
Auditorum intima,
Cunctis loquens alta nimis,
Tangens spiritalia. |
| 4 a. O Antoni, bos legalis,
Novae legis spiritalis
Triturans in area, | 4 b. Plures aegros iam sanasti
Et vexatos liberasti;
Dicta probant opera. |
| 5 a. Pater sancte, lux solaris,
Digna laude veneraris,
Qui tot signis novitatis
Decorasti Paduam. | 5 b. Rogo patrem sanctitatis,
Ut nos mundet a peccatis
Et coniungat cum beatis
Ad caelestem gloriam. |

Miss. ms. Franciscanum (Salisburgense) saec. 15. Cod. Vindobonen. 3795. add. saec. 15. — 5 b, 3 coniunget.

52. De sancta Apollonia.

1. Splendor patris et figura,
Nova per te fit factura,
Dum culpa vetus protoplasti
Mari rubro labitur,

- | | |
|---|---|
| 2 a. Gustu serpens quam incussit
Intra paradisi saepes,
Tu crucis potu stipite
Solvit amarissimo. | 2 b. Mortis natos a letali
Lapsu vehis ad primaeva,
Polorum sator, foedera
Tristia per pocula. |
| 3 a. Quos dum reddis aetheris
Varia per praeludia
Caritatis fervidae,
Hos tandem multifaria
Beorum firmant dogmata; | 3 b. Ut hac sacra virgine,
Quam miro comis opere,
Cunctis donas cernere,
Quae carnis iura domitans
Virtutum quaerit studia. |
| 4 a. Primaevo nam aetatis flore
Pneumatis dulci freta more
Idolorum victimis
Renuit aptari; | 4 b. Paterno licet caesa furore,
Dei flagrat in dulcore,
Paupertatis collegiis
Petiit beari. |
| 5 a. Quae, dum regis filia
Esset praeamanda,
Quaeque mundi vilia
Docet refutanda. | 5 b. Gaudet veste regia
Intus decorari
Nilque foris aestimans
Dignum venerari. |
| 6 a. Dat miseris munuscula,
Turbidis solacia
Nec daemonis fallacia
Concutitur iuvencula; | 6 b. Fert languidis remedia,
Flentium convivia
In rara transfert gaudia,
Resuscitat infantulum. |
| 7 a. O felix Apollonia,
Quanta te suspiria
Pulsant, quae innumera
Sustulisti verbera! | 7 b. Tu caeli freta iubilo,
Prona sis auxilio
Tuis, virgo, famulis,
Qui te colunt precibus. |
| 8 a. Gratiarum stipendia
Porrigit certantibus
In valle lacrimosa,
Ut luce beatitudinis
Fruamur copiosa. | 8 b. Supernorum tripudia
Adhibe gementibus
Tua per secreta,
Quos carnis aestuat stimulus,
Colona Olymporum, |

- | | |
|---|--|
| 9 a. A dolore dentium,
A languore mentium
Te serva venerantes,
Ne laudum vota irrita
Fiant per contraria, | 9 b. Ut calore spiritus
Inflammatu promptior
Sit noster hic conatus
Neumarum novas ad odas
Peragendas in patria. |
| 10 a. Ad amoena paradisi
Nos transferre satage,
Quo Seraphim et Cherubim
<i>Sanctus, Sanctus</i> proclamant. | 10 b. Quae iubili melliflua
Modularis carmina,
O felix Apollonia,
Venire huc propera, |

11. Perpende angarias.

Miss. ms. Frisingense saec. 15. Clm. Monacen. 8389. A. — Miss. ms. Altahense (Sup.) anni 1493. Clm. Monacen. 9743 B. — 1, 2 fractura B. — 2 a, 1 Gustum A; Iustum B. — 3 a, 5 Beatorum B. — 3 b, 2 Quo miro B; donas A, canas B. — 4 a, 4 Christi renuit B. — 5 b, 1 festa regia B. — 6 b, 3 Iurata B. — 7 b, 2 Pro necis auxilio B. — 8 b, 5 Colonam alumphorum B. — 10 a, 3 et fehlt B. — 10 b, 2 Modularum A. — 10 b, 3 Et felix A. — 11 Propede B.

53. In Translatione s. Arsacii.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Quem filiae Ierusalem
speculantur, ut videant
regni eius
magnificentiam, | 1 b. In quo sicut laetantium
omnium habitatio
post confessionem spei
magnificabitur; |
| 2 a. Cuius vere
gloriosi regis
opus gloriosum
confessio praedicatur
et magnificentia. | 2 b. Nam confessor
proprii reatus
et divinae laudis
humilitatis merito
conglorificabitur. |
| 3 a. Quam gloriam sanctus iste
concepisse
memoratur devotis
ecclesiae laudibus. | 3 b. Resurrectionem carnis
in futuro
consummanda absorpta
morte in victoria, |
| 4 a. Fidem illustravit vita,
vitam miracula,
gloriam miraculorum
confessionis humilitas, | 4 b. Iugiter mortificavit
concupiscentiam
in cruce contritionis
offerens innocentiam. |

5. Tuo ergo interventu
nostras, o Arsaci,
laudes fac directionis
multiformis conformetur
in id ipsum
longanimitate pacis.

Miss. ms. Frisingense saec. 14. Clm. Monacen. 23054. — 3 a. 3 sq. memoratur devotis ecclesiae. — 4 b. 4 offerens caritas. — Im Anfange scheint etwas zu fehlen, da sonst der Hauptsatz fehlt; etwa: „Laus tibi Christe.“

54. De ss. Arthemio, Candida, Paulina.

1. Adest hodie festum
nobis martyrum,

- | | |
|---|--|
| 2 a. Quod quidem replet
caelum laudibus
iubilantium. | 2 b. Spiritu ergo
iuncti Domino
simul dicamus: |
| 3 a. Isti sunt sancti,
quos elegit Dominus | 3 b. De mundo nequam,
vincant ut malitiam. |
| 4 a. Iungitur Arthemius
pius invictis
martyribus; | 4 b. Choreas virginales
intrat Candida
et Paulina. |
| 5 a. Post daemones victos
in terris,
post expugnata vitia, | 5 b. Tandem coronantur
in caelis,
locati super sidera. |
| 6 a. O quam felix
Petrus exorcista
et martyr fuit, | 6 b. Per quem Deus
ad fidem martyres
tantos vocavit! |
| 7 a. Dum enim carcer rumpitur,
in quo Petrus
inclusus detinebatur
impie, | 7 b. Deperit infidelitas
Arthemii
martyris, Candidae et
Paulinae. |
| 8 a. Hanc effugatus
reliquit daemon,
et Deus eam implevit
gratia, | 8 b. Qua confirmata
iam virgo casta
martyrium pertulit
gloriosa. |
| 9 a. Hoc triumphavit
Arthemius
tunc ense mactatus; | 9 b. Hoc exspiravit
praecipitata
Candida rupe. |

- | | |
|--|--|
| <p>10 a. Hoc praemia
per Christum data
in pace meruerunt
aeterna,</p> | <p>10 b. Et eorum
piae animas
angeli deportarunt
ad Deum.</p> |
| <p>11 a. Supplices illis
ergo preces fundamus
dignas tantis
adiutoribus,</p> | <p>11 b. Qui Christo regi
et magistro uniti
gloriantur
in caelestibus.</p> |
| <p>12 a. Sancte Arthemii
et Paulina virgo
et o Candida,
vestra nobis aeterna
inpetrate gaudia,</p> | <p>12 b. Ut ad bravium
perducti supernum
laudes debitas
cum angelis persolvamus
ineffabiliter.</p> |

13. Hoc isti martyres
nobis praestabunt.

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentini 65. Mit
Melodie: Occidentana. — 10b, 3 deportaverunt. — Abschrift von Rev.
H. M. Bannister.

55. De ss. Arthemio, Candida, Paulina.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Hodiernae lux diei
Nobis in hac matris dei
Fulgeat ecclesia;</p> | <p>1 b. Ex affectu laus perennis
Iteretur et sollennis
In excelsis gloria.</p> |
| <p>2 a. Haec est dies praeoptata
Et a Christo consecrata
In sanctorum sanguine,</p> | <p>2 b. Qui, dum verbis exorcistae
Credunt, fiunt agonistae
Celso fulti numine.</p> |
| <p>3 a. Cum Serenus, vir profanus,
Sanctos artat, corde vanus,
Carceris angustia,</p> | <p>3 b. Custos ridet in doctrina,
Quod miratur in Paulina
Post sanata filia.</p> |
| <p>4 a. Credit Arthemius,
Coniunx confitetur,
Liberatur filia,
Numerus augetur
Christum confitentium.</p> | <p>4 b. Hos Serenus saeviens
Iubet immolari,
Ruderum congeriem
Praecipit aptari
In horum exitium.</p> |
| <p>5 a. Trucidantes tandem tenti
Nec inferre vim tormenti
Sanctis queunt libere;</p> | <p>5 b. Sed peractis [his tormentis]
Relaxantur; non retentis
Manibus a scelere</p> |

- | | |
|--|--|
| 6 a. Perimunt Arthemium
Cuspide mucronis,
Quem Deus ad solium
Sacrae visionis
Deduxit sollemniter. | 6 b. Candida cum virgine
Saxa pertulerunt,
Et sic fuso sanguine
Regna meruerunt
Caelica feliciter. |
| 7 a. Horum membra trucidata
Huc a Roma sunt delata
Et in ara tumultata
Hac Iustinae virginis. | 7 b. Hi pro plebe Placentina
Suffragantur cum Iustina
Et cum virginum regina,
Summi matre numinis. |

8. Cui sit laus et gloria;
 Amen dicant omnia.

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentin. 65. Mit
Melodie. — 4b, 1 Serenus serviens. — 7b, 2 suffragantur. — Abschrift von
Rev. H. M. Bannister.

56. De sancto Augustino.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Turma plaudit caelica
Christo psallens cantica
Resonante musica, | 1 b. Poli clangens regia
Boat in harmonia
Consona melodia. |
| 2 a. Caelestis familia
Celebrat sollemnia
Non deficientia. | 2 b. O quam felix curia,
Quam beata patria,
Ubi tanta gaudia! |
| 3 a. Propter haec perennia
Augustinus omnia
Sprevit transitoria. | 3 b. Quem Christi clementia
Peracta victoria
Laureatur gloria. |
| 4 a. Hic a pueritia
Gradiens per devia
Multa gessit levia; | 4 b. Sed Domini gratia
Post multa dispendia
Ductus est in patria. |
| 5 a. Matris eius precibus
Tractus ab erroribus
Iungitur fidelibus; | 5 b. Qui migrans de vallibus
Conscendit in montibus
Cum Christi clientibus. |
| 6 a. Hinc divinis legibus
Novis et veteribus
Claruit in plebibus; | 6 b. Verbis et operibus
Pastum dedit ovibus
In Christum credentibus. |
| 7 a. Mille per volumina
Vitae dans documina
Caeli pandit limina; | 7 b. Caecis praebens lumina
Legis aufert tegmina
Per librorum fulmina. |

- | | |
|---|--|
| 8 a. Hinc pontificalia
Suscepit officia
In urbe Hipponia; | 8 b. Fulsit in ecclesia
Sicut luminaria
In caelo lucentia. |
| 9 b. Secus Christi formulam
Non habentem maculam
Sacram scripsit regulam; | 9 b. Eam diligentium
Et mundum linquentium
Maximum est praemium. |
| 10 a. Gubernanti omnia
Laus honor et gloria
Per saecula manentia, | 10 b. Qui nos victis hostibus
Augustini precibus
Iungat caeli civibus. |

Grad. ms. Sedunense saec. 13. Cod. Capit. Sedunen. s. n. A. — Sequent. ms. Sedunense saec. 13/14. Cod. Capit. Sedunen. s. n. B. — Sequent. ms. Sedunense saec. 14 et 15. Cod. Capit. Sedunen. s. n. C.

57. De sancto Augustino.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Sollemnizet cleri schola,
Psallat Christi Domini
familia | 1 b. Reputans [nunc] Augustini
Caelestis presbyteri
sollemnia. |
| 2 a. Ipsum mater
mundo carne pariens
Dedit virum
Christo reparturiens
Fletu serente gaudia. | 2 b. In plateis
sponsum non inveniens
Est inventus
et inventus transiens
Custodes in ecclesia. |
| 3 a. De auro Arabiae
Deo multum obtulit
Et Aegyptum spolians
vasa secum extulit
Cum aureis argentea. | 3 b. Ductilis argentea
tuba castris sonuit,
Cuius Ierichontinos
muros clangor obruit,
Vulpes tulit a vinea. |
| 4 a. Mitigavit
Ista David
Dulci sonans cithara
Corda Saul barbara. | 4 b. Inter cunctas
Hic iucundas
Citharas Ierusalem
Sonuit clarissima. |
| 5 a. Caedens libris pluribus
Ramos de arboribus
Stravit in Christi via. | 5 b. In suum cubiculum
Introduxit famulum
Suum philosophia. |

- | | |
|--|--|
| <p>6 a. Augustinus
Nullo minus
Alta vidit
Nec invidit
Caelestes terrae
Favos proferre,
Cinxit in mente thalamum
scribens fortia.</p> | <p>6 b. Vir divinus
Ipsos sinus
Coaeterni
Patris verbi
Verbo retexit
Et introscepit
Mentalis acuminis
perspicacia.</p> |
| <p>7 a. Observavit
vitam apostolicam
Literatim
scripsit et canonicam
Scriptis vincens
antiquorum studia.</p> | <p>7 b. Theologi
Augustini omnia
Nulla clausit
legentis industria.
In his cunctis
tibi, Christe, gloria;</p> |
| <p>8 a. Fac, ducat ad te meritis,
Quos pascit de te monitis
Seraphim consors anima;</p> | <p>8 b. Quae docuit, da facere,
Quae cernit, tandem cernere,
Festa Sion dulcissima.</p> |

9. Per Augustini merita
Nos ad vitam resuscita,
Trinitas sancta.

Hymn. et Sequent. ms. Montis S. Mariae saec. 14. Cod. Guelfenbuteran.
Helm. 1340. — 1a, 1 stola. — 4a, 1 Migravit. — 4a, 3 Dulce. — 4b, 4
Sonat. — 8a, 2 Quas. — 9, 3 L. O trinitas sanctissima?

58. De sancto Augustino.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Laetabundus
Moduletur grex fidelis,
Alleluia;</p> | <p>1 b. Flore mundus
Perlustratus est e caelis,
Res miranda.</p> |
| <p>2 a. Claret ex Kartbagine
Nobilis prosapiae
Sol de stella;</p> | <p>2 b. Christi pedum praevia
Sequitur vestigia
Pari forma.</p> |
| <p>3 a. Cuius gleba corporis,
Postquam mortis vinculis
Fit corrupta,</p> | <p>3 b. Morbis fert auxilium,
Redolens ut lilium
Valle nostra.</p> |
| <p>4 a. Gaudet stola simplici
Serica de duplici
Carne sumpta.</p> | <p>4 b.
.
.</p> |
| <p>5 a. Mox ut granum moritur,
Mundo lux exoritur,
Haeresis dignoscitur
Esse caecae.</p> | <p>5 b. Praesulis insignia,
Percrebra subsidia
Protestantur omnia
Haec praedicta.</p> |

6 a. Salutis pocula
Spirans, sic sedula
Refocillatur
Gens misera.

6 b. Nos, Christe, libera,
Caelica munera
Da, quem genuit
Puerpera.

Missa. ms. Pataviense saec. 14. Cod. Cremifanen. 373. ad. saec. 14. —
4 a, 2 Secimus de. — 5 a, 4 Et cetera. — 6 b, 3 Da quae. — Melodie:
Laetabundus.

59. De sancto Augustino.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Voce laudis, Sion, gaude,
Plaudant astra nova laude
Cum ingenti gloria; | 1 b. Augustini confessoris,
Praeclarissimi doctoris,
Exsultent memoria. |
| 2 a. Hic doctor philosophiae,
Qua caelestes ierarchiae
Probantur catholice; | 2 b. Per creata de creante
Haec ars fide mediantem
Disputat rhetorice. |
| 3 a. Huius doctor veritatis
Librum scripsit trinitatis
Excellenti lumine; | 3 b. Astra scandit contemplando
Ut aquila speculando
Spiritus acumine. |
| 4 a. Haeresiarchas confudit,
Disputando dum excludit
Sectas horum varias, | 4 b. Sagittasque Iudaeorum
Phaetra theologorum
Damnavit nefarias. |
| 5 a. More solis orbi lumen,
Verum paradisi flumen
Rigans omne saeculum. | 5 b. Quis se uovit tibi parem,
Per doctrinam salutarem
Omnis cleri speculum? |
| 6 a. O columba Dei templo.
Verbo docens et exemplo
Gratia largiflua; | 6 b. Arbor paradisi lata,
Toti mundo fructu grata,
Poma dans melliflua. |
| 7 a. Vere stella radiosa
Caligine uebulosa
Et lucerna praeuia; | 7 b. Dux fidei, flos doctorum,
Nos ad gaudia iustorum
Duc per mundi inuia. |
| 8 a. Summe doctor, Augustine,
Apotheca medicinae,
Nubes roris gratiae, | 8 b. Pro filiis, pater, ora,
Aegris gratiam irrorata
Cum fructu iustitiae. |
| 9 a. Doce nos in fide Christi
Capere, quae docuisti,
Tenaci memoria | 9 b. Sic, ut tecum sine fine,
Felix pater Augustine,
Laetemur in gloria. |

Collectan. ms. Eremit. Augustinorum Vindobonen. saec. 16. Cod. Vindobonen. 3301. — Steht unter einer Reihe von Sequenzen.

60. De sancto Auspicio.

- | | |
|--|--|
| 1 a. In voce angelica
Psallat plebs Aptensis,
Quia in laetitia
Fulget dies ista
Pro Auspicii gloria. | 1 b. Veneremur Dominum,
Caeli plasmatorem,
Qui per suam gratiam
Aptae dedit talem
Auspicium praesulem. |
| 2 a. Cui Clemens pontifex
Commisit regimen
Civium Aptensium,
Quo convertat agmen
Ad Dei magnalia. | 2 b. Qui praedicans fortiter
Verbum salutare
Et incessabiliter
Deum laudans vere
Per clara prodigia. |
| 3 a. Pro hoc caput frangitur
Et pes amputatur,
Corpus suum reliquum
Sic vilificatur
Tertullae immania. | 3 b. Laetetur haec civitas
De tam grandi dono,
Cui datur sanitas
Sub tanto patrono
Pellens idolatria. |
| 4 a. Ipsius suffragio
Mereamur iungi
Caeli cum agminibus
Et sic comitari
Prae suscepta gratia. | 4 b. Ergo, pater inclite,
Vir Auspici pie,
Plebi tibi subditae
Superum in aede
Vera para gaudia. |

Brev. Aptense imp. Lugduni 1532. (In der 2. Vesp.) — Überschrift:
„Prosa.“ — 2 a, 4 agmen illud. — 3 b, 1 Laetetur Aptensis civitas.

61. De sancta Barbara.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Veni, virgo Barbara,
Pro salute omnium
Ora Dei filiam. | 1 b. Veni, martyr Barbara,
Mediatrix hominum,
Fer nobis auxilium. |
| 2 a. Consolatrix optima,
Dulcis confer animae
Mellis refrigerium. | 2 b. In labore requies,
Vires ut restituas
Iam deficientium. |
| 3 a. O lux beatissima,
Da, ut haec plebecula
Bonum sumat exitum. | 3 b. Sine tuo iuvamine,
Quidquid est in homine,
Non placebit Domino. |
| 4 a. Lava, quod est sordidum,
Dele, quod est noxium,
Pia virgo Barbara. | 4 b. Flecte, quod est tumidum
Habilita trepidum,
Rege, quod est devium. |

- | | |
|---|---|
| <p>5 a. Da tuis supplicibus,
Ut dnris cervicibus
Non offendant Dominum.</p> | <p>5 b. Da, ut labes cordium
Abstergantur omnium
Ante nostram exitum.</p> |
| <p>6 a. Da, ut tuis precibus
Audiri valebimus
In his nostris vocibus,</p> | <p>6 b. Ut post mortis terminum
Tecum in perpetuum
Simus in solatium.</p> |

Miss. ms. Dominicanum saec. 15. Cod. Carollsruhan. Pm 54. — 1 a, 1 u. 1 b, 1 Audi. — 3 a, 1 O lux sanctissima. — 4 b, 2 Habilita quod est. — 5 a, 1 supplicantibus. — 6 a, 2 Exaudiri. — Melodie natürlich: Veni sancte spiritus.

62. De sancta Barbara.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Ave virgo, martyr Christi,
Aromatum exstitisti
Summi regis cella.</p> | <p>1 b. Barbara, Deo credidisti,
Patris idola sprevisi,
Flagrans Dei stella.</p> |
| <p>2 a. Caeli sponsus te dilexit
Teque sibi sic adnexit,
Ut sis eius socia.</p> | <p>2 b. Domum patris, quam fundasti,
Trina luce illustrasti
Trinitatis gratia.</p> |
| <p>3 a. Euge, mundum superasti,
Patris iram non curasti
Quaerentis te in nemore,</p> | <p>3 b. Figuram tu trinitatis
Patri narras verbis ratis
In praesenti tempore.</p> |
| <p>4 a. Gaudet nunc turba caelica,
Arma smit bellica
Virgo puerilis.</p> | <p>4 b. Haec est patris confusio,
Deorum illusio,
Dum certat subtilis.</p> |
| <p>5 a. Indnitnr cilicio
Ad carnis detrimentum,
Conspuitur supplicio,
Gratiae augmentum
Suscipit piissimum.</p> | <p>5 b. Karissima haec nobilis
Rosa sine spina,
Castissima, nec mobilis,
Ut de Engaddina
Vinum est dulcissimum.</p> |
| <p>6 a. Luce divina in carcere
Grata consolata,
Insanos fanos parcere
Nolens care, gnare,
Mitis in flagitio.</p> | <p>6 b. Maximino haec tradita
Et exspoliata
Nervis chordis est discerpta
Et parata rata
In Dei servitio.</p> |
| <p>7 a. Nudata sive tecta,
Pecta, lecta, [secta], vecta
Ad Uriel,
Quae hic fortior Ariel
In luctu certaminis.</p> | <p>7 b. Omnibus gratiosa,
Glosa, rosa, prosa, osa
Et formosa,
Super multas virtinosa
Dono Dei flaminis.</p> |

- 8 a. Pastor mutatur tunc in saxum,
Oves fiunt locustae;
Haec fecit Deus clamans:
Pax sum,
Qui iuste et honeste
Punit pro excessibus.
- 8 b. Quatiata, [per]multa passa,
Firmam tenebat mentem,
Confortata de pacis massa,
Quae docet Dei gentem
Ire piis gressibus.
- 9 a. Regi regum copulata,
Postquam virgo vapulata,
Cum patris iuvamine
- 9 b. Satrapae pneuma fit in unda,
Filia suscepit munda
A malo spiramine.
- 10 a. Tu, virgo, debes Dominum
Nobis adunare,
Atque eucharistiam
In fine procurare,
Contra robur daemonis.
- 10 b. Virgo in mammis offensa,
Deum semper colis
Et in flammis, tu mensa
In arena solis
Et ebur Salomonis.
- 11 a. Xristum regem cernis laetum,
Qui absterget omnem fletum;
Quae non curas malum metum,
Nos ducas ad eius coetum,
Qui est super sidera.
- 11 a. Yesse florem invenisti,
Anchorae spei (ad) haesisti,
Cosmi chaos respuisti,
Galaxiam docuisti,
Quae ducit ad aethera.
12. Zyma Babel aufer (nunc) laete,
Ne nos prendaſt Dagon rete,
Qui praesumunt semper de te;
Senem, natum, flamen pete,
Ut festinet ad conductum
Nostrum auferentem luctum
Et det *Chere*, pium fructum,
Tecum laete post examen.
Fiat, fiat; Amen, Amen.

Collect. ms. Altahense (Sup.) saec. 15. Clm. Monacen. 9508. — Mit Melodie = Ave virginalis forma. — 5 a, 3 in suplicio. — 6 b, 3 discerpta est. — 7 b, 5 flamine. — 10 a, 5 robur hamonis.

63. De sancta Barbara.

- 1 a. Ave, virgo generosa,
Castitate radiosa,
Deitatis flosculus;
- 1 b. Ave, candor verae lucis,
Tu nos prece tua ducis
Ad caeli oracula.
- 2 a. Bonitate illustrata,
Nobili ex stirpe nata,
Ex patre Dioscoro,
- 2 b. Bella cuius ad culturam
Idolorum monent duram
Ex corde pestigero.
- 3 a. Christum sponsum maritavit
Et humanum reputavit
Haec felix puellula,
- 3 b. Cui recti dans amorem,
Nec dilapsa in ardorem
Pura sine macula.

- | | |
|--|---|
| <p>4 a. Deos vanos detestatur,
Dum tyrannus deprecatur
Sacrum ferre idolis.</p> | <p>4 b. Docet laudem creatoris
Claritate sui oris
Huius orbis incolis.</p> |
| <p>5 a. Erogavit rorem vitae
De supernis datum rite,
Humectantem largiter.</p> | <p>5 b. Evolvit pia avis,
Cuius tuba est suavis
Sonos formans dulciter.</p> |
| <p>6 a. Fide praestans deitatem
Indivisam trinitatem
Castis colit mentibus.</p> | <p>6 b. Fonte pravo crevit rivus,
Cuius fluxus est dativus
Caelestibus aedibus.</p> |
| <p>7 a. Gemmae iubar luce reddit,
Dum tormentum corpus caedit
Ad effluxum sanguinis;</p> | <p>7 b. Gaudet orans in agone:
„Miserere, Iesu bone,
Et salvator hominis;</p> |
| <p>8 a. Hos tuere et defende,
Tuam gratiam impende
Meis gratis vernulis.“</p> | <p>8 b. Hac in hora sonuit
Angelus et monuit
Exauditam pro famulis.</p> |

Miss. ms. S. Iacobi Vindobonensis saec. 15. Cod. Praedicatt. Vindobonen.
91. — 3 b, 1 Cui ratsi dans. — 4 b, 3 Et huius. — 6 b, 2 est diutinus. —
6 b, 3 Caelestis. — 8 b, 1 Hanc. — Scheinbar der erste Teil eines gröfseren
Abcedars.

64. De sancta Barbara.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Beata es tu iam dicta,
Quia per patrem afflictica
Trinitatis nomine.</p> | <p>1 b. Arbor es tu deitatis,
Scala summae pietatis,
Qua solvuntur vincula.</p> |
| <p>2 a. Rosa mirae castitatis,
Per quam porta claritatis
Fit afflicto corpore.</p> | <p>2 b. Bene mente concepisti,
Trinum Deum esse unum
Per tres rimas designans.</p> |
| <p>3 a. Ambiens trinitatis gloriam
Videre per victoriam
Voto tenes curiam.</p> | <p>3 b. Reis tu in miseria
Succurre nunc prece pia
Apud tuum Dominum.</p> |
| <p>4 a. Ad ianuam tu gratiae
Per palmamque victoriae
Conduc tuos athletas.</p> | <p>4 b. Memento, quaesumus, nostri,
Dum solvitur sera morti,
Dans perenne gaudium.</p> |

Miss. Posnaniense imp. Cracoviae 1524. — Akrostichon: Barbaram.

65. De sancta Barbara.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Salve, rosa martyrum,
Castitatis lilium,
Sancta Barbara;</p> | <p>1 b. Per quam fons laetitiae
Ortus est ecclesiae,
Sancta Barbara.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|---|
| <p>2 a. Laude digna angelorum,
Reparatrix peccatorum,
Sancta Barbara.</p> | <p>2 b. Spes reorum, pes lapsorum,
Lactitia beatorum,
Sancta Barbara.</p> |
| <p>3 a. Pater tuus te
nobilitavit,
Dum in celsa turri
te collocavit,
Sancta Barbara.</p> | <p>3 b. Te paganismus
maestificavit,
Te paraclitus
irroravit,
Sancta Barbara.</p> |
| <p>4 a. O gloria,
O gaudium,
Dum credidisti altissimi
unigenitum,
Sancta Barbara!</p> | <p>4 b. O vernula,
O, Dominum
Propitium fac nobis semper
Dei filium,
Sancta Barbara.</p> |
| <p>5 a. Tuam gladius
pertransivit animam,
Dum te pater furens
compulit, ut coleres
idolatriam,
Sancta Barbara.</p> | <p>5 b. Vincula, unguulae
blasphemiae, mallei,
Ardentes lampades
mammarum te, sponsam Christi,
molestaverunt,
Sancta Barbara.</p> |
| <p>6 a. O laetitia!
O triumphat, en, filia
Aeterni regis
adamatrix,
Sancta Barbara.</p> | <p>6 b. O regina!
O, regnat, vincit, imperat
Non moriturus
tuus amator,
Sancta Barbara.</p> |
| <p>7 a. Nunc inter choros
angelorum exaltata
A Deo, paranympha,
caelo regnas
Caelesti gloria
Circumdata,
Sancta Barbara.</p> | <p>7 b. Nostri memor esto,
virgo dilectissima,
De hac miseria
tuos exsules
Reduc ad aeterna
Tabernacla,
Saucta Barbara.</p> |
8. O virgo, o stellula,
O martyr, o praeclara
Sancta Barbara.

Oration. ms. S. Petri Salisburgensis saec. 15. Cod. S. Petri Salisburgen. a VI 35. A. — Collectan. ms. Altahense (Sup.) anni 1452. Clm. Monacen. 9508. B. — Oration. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021 C. — 1 a, 2 Et castitatis AB. — 1 b, 1 quem B. — 2 a u. 2 b umgestellt B. — 2 a, 1 Gaude A. — 2 a, 2 perditorum A. — 3 a, 1 Pater summus B. — 3 a, 4 te pulehram AC. — 4 a, 4 unigenito AC. — 4 b, 3 nobis fehlt B. — 5 a u. 5 b umgestellt A. — 5 a, 3 pater ferus B. — 5 b, 1 sq. Vincula vingulae flagellae ferrum mallei AC. — 5 b, 4 mammaeque B; Christi fehlt A. — 5 b, 5 molestaverant AC. — 6 a, 1 O gloria o laetitia AC. — 6 a, 2 O quia surrexit filia B. — 6 a, 3 en aeterni B. — 6 b, 1 O resina o regina AC. — 7 a, 1 Tunc praesens ehoris A. — 7 a, 3 A dextris filii B. — 7 b, 2 dulcissima A. — 7 b, 3 In hac A. — 7 b, 4 tuos fehlt A. — 8, 2 martyr o regina B. — Das Ganze ist eine Umdichtung der Sequenz: Ave plena gratiae.

66. De sancta Barbara.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Hac in die gratulemur
Et immensa veneremur
Barbaram cum gloria, | 1 b. Qua conscendit caelos laeta
Martyrum iam flore freta
Sublimi victoria. |
| 2 a. Vultus splendor admiratur,
Unde virgo postulatur
Multis in coniugium; | 2 b. Sed renitens hoc constanter,
Christum quaerit incessanter
Sibi in refugium. |
| 3 a. Peregrinos sumens vultus,
Ad profanos tendens cultus
Pater vergit propere, | 3 b. Ast tenellam praeservari
Et in turri collocari
Imperat summopere. |
| 4 a. Et cancellos vidit binos,
Sed perpendens fore trinos,
Ternum iubet cedere; | 4 b. Iussa complent hinc stru-
ctores,
Typo crucis signans fores
Christo caepit ludere. |
| 5 a. Sed dum pater est reversus
Bibliis comminitat,
Intus ira fit conspersus,
Causam trium quaeritat | 5 b. Cancellorum, quam ostendit
Virgo, sic dum explicat,
Trinum Deum haec prae-
tendit,
Cunctis qui imperitat. |
| 6 a. Pater stridet, virgo ridet
Irrorata flamine;
Furibundum quando videt,
Turris de cacumine | 6 b. Sic in terram se submisit
Nacto iam cacumine,
Quod nec illam quid collisit
Christo duce lumine. |
| 7 a. Cerberum hinc fugit parva;
Aemulantur hanc per arva
Fascinante zabulo; | 7 b. Prodit illam custos gregis
Sectatricem novae legis
Delitentem zabulo. |
| 8 a. Benjamin hanc comprehendit,
Trucidari flocci pendit,
Virgo stans immobilis; | 8 b. Marciano praesentatur,
Diis libare dum minatur,
Exsecratur nobilis. |
| 9 a. Hinc puellam lacerari,
Cilicio confricari,
In mamillis laedere | 9 b. Ac lampadibus peruri
Dat tyrannus cordis duri
Et flagellis caedere. |
| 10 a. Pater spata necat natam,
Christo sic oppignoratam
In perenni curia. | 10 b. Quae et nobis hunc exoret,
Serpens pernix ne nos voret
In gehennae furia. |
| 11 a. Adonai, rex aeternae;
Plastes rerum omnium, | 11 b. Tu dignare nobis dare
Barbarae consortium. |

Miss. ms. Franciscan. Monacensium saec. 15. Clm. Monacen. 8707. A. — Cant. ms. S. Iacobi Augustani anni 1481. Clm. Monacen. 6913. B. — 1 b, 2. In martyrur B. — 2 a, 1 admirantur B. — 2 b, 1 retinens haec. A. — 4 a, 2 perpendes B. — 5 a, 2 communicat A. — 5 a, 3 Incris ira sit A. — 6 b, 1 Hic B. — 7 a, 1 Verberum B. — 8 a, 1 Veni ami A. — 10 a, 1 spatam A; lecat AB. — 10 a, 2 fehlt A.

67. De sancta Barbara.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Laudum praeconia
Promat per omnia
Mater ecclesia,
Sacra sollemnia
Nam assunt hodie. | 1 b. Sidus exoritur,
Splendoris gratia,
Lumen in tenebris
Orbis degentibus
In sancta Barbara. |
| 2 a. Hostis superbiam,
Mundi fastidia
Refutans, culmina
Quaesivit gratiae
Sed ab infantia; | 2 b. Solem iustitiae
Colens cotidie
Cordeque animo
Stabili Domino
Parere studnit. |
| 3 a. Fulgor ut micnit
Lunaris facie,
Turri quam incluserat
Pater Dioscorus,
Deos qui colnit. | 3 b. Cui hinc apparuit
Repente angelus,
Cuius virgo parnit
Relatis subito
Ex toto animo. |
| 4 a. Accedens filiam
Pater Dioscorus,
Quam plena gratia
Unxit, qui et idola
Destructa vidit et fracta. | 4 b. Hanc furens bestia
Quaerens, cur idola
Sperneret, munera
Conferrent cum optima
Cunctis colentibus ea. |
| 5 a. Diras non metuit
Poenas angustiae,
Regem sed gloriae
Amavit sodule
Dulcis chisticola. | 5 b. Ad mortem rapitur
Innocens agnella,
Carnis quae post bella
Mundi ac tristia
Intrat in gaudia. |
| 6 a. Ut nobis tribuat
Peccati veniam
Labem ac dilnat,
Exora iudicem
Supremum, Barbara; | 6 b. Ut virus, nocumen
Partum in tenebris,
Ablatum sit nobis,
Concede famulis
In die ultima. |

Collectan. ms. Althahense (Sup.) anni 1452. Clm. Monacen. 9508. A. — Grad. ms. S. Stephani Augustani anni 1527. Cod. Capit. Augustan. 27 a. B. — 2 a, 4 Quae fuit B. — 3 a, 1 Fulgur B; innuit B. — 3 b, 1 Cui huic B. — 4 a, 5 Destructa fehlt B. — 4 b, 2 idolum B. — 4 b, 3 numina A. — 4 b, 4 sint optima B. — 4 b, 5 Cunctis fehlt AB. — 6 a, 4 Exorat A. — 6 b, 1 nociva A. — 6 b, 2 Partem AB; interius A. — 6 b, 3 Ablatam A; nobilis AB. — Melodie: Mittit ad virginem.

68. De sancta Barbara.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Egregia sponsa Christi,
Carnem, mundum quae vicisti,
Orta, virgo Barbara, | 1 b. Ut de spina prodit rosa,
Medicina dulcorosa
Ex herba fit amara. |
| 2 a. Vere luce gemma nitens,
De tenebris sidus lucens,
De gentili sanguine | 2 b. Orta, virgo speciosa,
Virtutibus pretiosa,
Omni absque crimine. |
| 3 a. Pater eam occultavit,
Alta turri collocavit,
Ne Christum agnosceret; | 3 b. Rore caeli imber stillat,
Membra cordis refocillat,
Quod baptismum posceret. |
| 4 a. Rex audiens postulare
Sibi coepit, demonstrare
Pulcherrimam faciem; | 4 b. Parens eius Dioscorus,
Regis satrapa decorus,
Mutat vultus aciem. |
| 5 a. Quam mox Christus ulceravit,
Dioscorus se turbavit,
Hanc decollans acriter; | 5 b. Felix virgo es cum rege,
Postularis, tu nos rege
Servos sanans iugiter. |

Miss. ms. Sanctae Coronae anni 1498. Cod. Pragen. XII C 6. — 5b, 1 cum est rege. — 5b, 2 Postularis mnas euge.

69. De sancta Barbara.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Psallat chorus laetabundo
Ore, voce, corde mundo
Laudes sacrae virgini, | 1 b. Quam ditavit, quam amavit
Deus, ipsam quando lavit
Cruore sui filii. |
| 2 a. Hanc attraxit, hanc allexit
Virtus summi, dum invexit
Eius divo spiritui, | 2 b. Ut futaret mundum istum
Propter sponsum suum
Christum
Atque pompas saeculi |
| 3 a. Aboleret ac doleret
Profanos deos, coleret
Quos pater Dioscorus. | 3 b. Inclinata virgo mente
Christo paret sic repente
Mores colens caelitus. |
| 4 a. Turri vultus elegantiam
Ob fidei constantiam
Pater quam iucuserat, | 4 b. Deos vanos detestavit
Et ipsos annihilavit,
Quos pater coluerat. |
| 5 a. Pater eius fervens ira
Ipsam poena punit dira,
Sanctam, sacram virginem; | 5 b. Qui post longam sic torturam
Virginalemque pressuram
Suum vibrans mucronem, |

- | | |
|---|--|
| <p>6 a. Ipsi caput amputare
Volens, Christum deprecare
Coepit haec sancta prece.</p> <p>7 a. Oves sui proditoris;
Quam tunc capit in his oris
Pater plenus scelere.</p> <p>8 a. Virgo sancta tu nos munda
A peccatis et iucunda
Corda fac et corpora,</p> | <p>6 b. Qui mox montem hanc iniecit,
Ubi sancta hoc effecit,
Ut mutentur propere</p> <p>7 b. Cuius caput amputavit
Sua manu et sic lavit
In sanguinis flumine.</p> <p>8 b. Ut consortes creatori
Nostro laudes salvatori
Reddamus per saecula.</p> |
|---|--|

Miss. ms. Olomucense saec. 15. Cod. S. Iacobi Brunen. 12. add. saec. 15. A. — Miss. ms. Pragense saec. 15. Cod. Altovaden. 91. B. — 2 a, 2 dum infixit B. — 2 a, 3 divino spiritu A. — 3 a, 2 Quod pr. AB; profanus Deus A. — 3 a, 3 et pater AB; Didascorus A. — 3 b, 1 Inclita B. — 4 a, 1 Tui B. — 8 b, 3 Persolvamus A. — 6 b, 1 mox mentem A. — 6 b, 3 Ut vincantur vultus A. — 5 b, 3 Suam saecula A.

70. De sancta Barbara.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Mater alma, perge trino
Numini psallens honorem
Rite debitum dare,</p> <p>2 a. Illa caecis e tenebris
Editum lumen refulget
Sole puro clarius;</p> <p>3 a. Fonte nam simul salubri
Prodiit, scelus parentis
Pertinacis horruit.</p> <p>4 a. Concupivit rex decorem
Et tenellae vim puellae
Addidit mirabilem.</p> <p>5 a. Caesa perfert, nec manentem
Vultus instantis tyranni
Virginem minax quatit.</p> <p>6 a. Filia sic usque serpens,
Eva quo decepta mater
Concidit, fractus iacet.</p> | <p>1 b. Martyrem colens decoram
Virginem lauda; colenda
Laude grata est Barbara.</p> <p>2 b. Flos velut rosae nitentis
E rubo fragrans, parente
Nata surgit impio.</p> <p>3 b. Pura flagravit pudico
Igne, sponsi amore castum
Pectus arsit intimo.</p> <p>4 b. Caesa flagris vel capillis
Rapta flavis vel papillis
Nuda sectis ambulet;</p> <p>5 b. Quin manu caput paterna
Amputante non retractat
Ore sed Iesum invocat.</p> <p>6 b. Ergo nunc nitente palma
Floret insignis corona
Sempiternae gloriae.</p> |
|---|--|

7. O beata virgo, martyr,
Sponsa Christi, fac, precamur,
Te precante ut haec Deo sint
Grata, quae fiunt sacra.

Miss. Romanum ad usum eccl. S. Barbarae [Mantuanæ] imp. Venetiis 1572. — Cfr. Transactions of the s. Pauls Ecclesiological Society, Vol. V, p. 38 sqq. — Die Sequenz ist sichtlich ein humanistisches Produkt.

71. De sancta Barbara.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Plausu chorus iucundetur
Novo Sion et laetetur
Tanti flore germinis, | 1 b. Fecundatus quem probavit,
Te prae multis dum signavit
Sacri rore numinis, |
| 2 a. Rex a thronis; sic benigna
Mundo lucet et per signa
Lucis fundis radium; | 2 b. Sic oppressum redivivo
Fructu signo fulta divo
Matri reddis filium. |
| 3 a. Sic afflictos fastu leprae
Mundas, munda necis vepre,
Servans et a carie; | 3 b. Sic cervici frontem plexam
Rite nectis et adnexam
Donis aptas gloriae. |
| 4 a. Hinc columnas sacramenti,
Novi decus testamenti,
Signo crucis indice | 4 b. Pingis, omnique decenter,
Tamquam divo sint recenter
Picta, vigent pollice. |
| 5 a. Clave mortis rubricata,
Templo solis praesentata
Vitae reddis corpora; | 5 b. Hos exsanguis, mutilatos,
Hinc et inde cancellatos
Conducis ad robora. |
| 6 a. His insignis, his praelata
Polles signis in stellata
Throno regis filia. | 6 b. Sole novo deaurata
Micas stellis scintillata,
Sub te vernat Cynthia. |
| 7 a. Eia, victrix et alumna,
Laborantes in aerumna
Nos tuo caractere | 7 b. Signa, tecum constituti
Quod te duce simus tuti
Pharaonis onere. |

Miss. ms. S. Mariae Gedanensis anni 1433. Cod. Bibl. 66. SS. Gedanen. Fol. 80. A. — Miss. ms. Cracoviense saec. 15. Cod. Jagellonic. 4247. B. — 1 a, 1 Clausus A. — 2 a, 2 Mundo dulces B. — 2 b, 1 oppressum te divino A. — 3 b, 1 Hic A. — 3 b, 2 Rite nectens os A. — 4 a, 1 columnis A. — 4 b, 1 Frangis omnique A. — 5 b, 2 Hinc et vide B. — 6 a, 1 hic praelata B. — 7 b, 3 opere B. — Sieht viel eher einer Mariensequenz gleich.

72. De sancta Barbara.

1. Vale, solidum
mundi sidus lucidum,
Barbara beata,
nobili genere orta.

- 2 a. Rosa, gaude florida
speciali gratia,
pneumatis
dono rorante,
quae caeli
machina mirante
fidem es unius
Dei adepta.
- 2 b. Angelum per sic docta
animosa patria
idola
fide [con]terens,
conculcans
simulque spernens iram
es eiusdem dicti
consecuta.
- 3 a. Quae sciens Dioscorus
satagebat
illam perdere; (haec) illaesa
per turrim
montis cacumine se
optabat recludere.
- 3 b. Qua vero inventa
per capillos
rapitur crudeliterque
sanguinis
fusionem flagellum
per acrum consequitur.
- 4 a. Captiva sedens
confortatur
per angelum;
post haec vestibus nudata
ferreis iubetur uncis
confricando lacerari,
- 4 b. Hinc [in] carcerem
sauciata
recluditur;
per Christum est visitata
per eumque pristinae
sanitati solidata.
- 5 a. Lampadibus
post haec uritur;
abscissis mammis
caput contunditur
ferociter;
tunc eius cerebro
nares perfluente
videtur dolor maior
addi prioribus Clamantes
virginis poenas
imis corde recolite.
- 5 b. Marcianus,
dum non proficit,
nudam iussit per
civitatem, omnes
per plateas
trahi flagellando,
illa exclamante:
„Domine Deus, tege
pudicitiam.“ Fave, virgo,
nos tuis sacris
meritis dignos effici.
- 6 a. His dictis
tecta; dehinc frementer
est sententiata
per patrem-
que apprehensa fune
sic miseranter dicta
sine pietate morti;
cognoscens
orabat sic dicens:
„O Iesu, rex bone,
- 6 b. Obsecro
devote, ut quicumque
mei recordatus
fuerit,
veram contritionem,
puram confessionem,
et [sancti] corporis tui
consequi
valeat effectum.“
Post haec decollata.

- | | |
|---|---|
| <p>7 a. Audi nos;
nam te diligens
sponsus multum honorat.</p> | <p>7 b. Salva nos,
Iesu, pro quibus
virgo martyr te orat.</p> |
| <p>8 a. Da per eius merita,
da per sua precamina
in te confidere,</p> | <p>8 b. Ut per tuam gratiam
[nos] aeterna mereamur
consequi gaudia.</p> |
9. Cuius prece sit deprecatus
item pater, item natus,
utriusque flamen,
unus aeternus Deus. Amen.

Grad. ms. Cassoviense saec 15. Cod. Mus. Hungarici 172. — 2b, 2 patris (patria hier als adiectivisches Attribut zu idolat. — 3a, 1 Nesciente Dioscoro. — 3a, 3 illa. — 3a, 5 sq. optabat se. — 3b, 1 l. Illa vero? — 3b, 6 zu „acrum“ v. Forcellini — De Vit sub „acer“ — 4a, 5 iussit. — 4b, 5 per quemque. — 5b, 2 proficeret. — 6a, 6 dicta = addicta sc. morti; oder l. ducta? — 7a, 2 sq. te sponsus multum diligens. — Das Schema zu dieser 8 quenz ist sichtlich Ave praeclara maris stella, aber ziemlich frei gehandhabt.

73. De sancta Barbara.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Regi Christo iubilemur
Psallentesque veneremur
Barbaram cum gloria
In eius sollemniam,
Nostrae mentis gaudia,
Dulcique memoria
Eius sacra merita.</p> | <p>1 b. Tu virginalis lilium,
Vas virtutum omnium,
Rosa patientiae,
Dulcoris et gratiae,
Virgo prudens, electa,
Barbara speciosa,
Dei sapientia.</p> |
| <p>2 a. Christus Iesus, Dominus
Sponsusque dulcissimus,
Tibi dilectissimus,
Vere multum te amans,
In carcere te visitans,
Dulcibus verbis consolans,
Virtute sua confortans.</p> | <p>2 b. Salvatorem tu videus
Barbara, [et] congaudens
.
Eiusque praesentia
Sanauntur tua vulnera;
Dulcia [per] medicamina
Facta es exhilarata.</p> |
| <p>3 a. Adest dies gratiae,
In qua scandit caelica
Barbara, sponsa Salomonis,
Vere sidus luens thronis.</p> | <p>3 b. O virgo clarissima,
Fulget plus quam sidera
Tua castimonia;
Pro nobis prece sedula</p> |

4. Tuum funde subsidium Apud Christum Dominum.

Sequent. ms. S. Georgii Villingen. saec. 15. Cod. Carlsruhan. Geo. 3. — Mit Melodie, nach welcher Str. 3 b mit 4 zu einer Strophe zu verbinden wäre. — 3 a. 2 caelicem.

74. De sancta Barbara.

1. Rex optimus et maximus
Nostro choro sit proximus
Corroborans pectora,

- | | |
|---|---|
| 2 a. Qui Barbarae victoriam
Mundi dedit, mox gloriam
Cum duplici laurea. | 2 b. Haec est magistra caelica,
Quae trinitatem mystica
Demonstrat in formula. |
| 3 a. Ob hoc pater Dioscorus
In hanc furit, crescit porus,
Cedit lassus virgini. | 3 b. Quam mons recondit patrius,
Ne laedat hanc contrarius
Sancto pater numini. |
| 4 a. Vir comperit, dum punitur,
Natam latentem, proditur,
Factus lapis duruit; | 4 b. Saevit parens in propriam,
Quam distrahit totam viam
Et iudici subruit. |
| 5 a. Qui non minis, non verbere
Taetro nec ipsam carcere
Vincit nec horroribus; | 5 b. Constans manet placens Deo,
Secura iam de praemio,
Intenta caelestibus. |
| 6 a. Latam pater sententiam
Agit ruens in filiam,
Cuius caput desecat. | 6 b. Demum tyrannus fulmine
Ictus perit, quo turbine
Manes miser visitat. |
| 7 a. Sed illa victrix cardines
Caeli petit, quam supplices
Oremus hoc carmine: | 7 b. O martyr et virgo bona,
Christus pia prece tua
Nos purget a crimine; |
| 8 a. Et a mala semper nece
Nos liberet, sic te duce
Ut mens sit in gratia. | 8 b. Quam conferat cum gloria
Nobis Dei potentia,
Quae condidit saecula. |

Miss. Bituricense imp. Parisiis 1522. — 7 b, 1 virga.

75. De Translatione s. Barbarae.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Ad laudem omnipotentis
Dei cuncta disponentis
Plaudat plebs catholica; | 1 b. Omnis boni largitori
Salutisque provisorii
Promat laeta cantica. |
| 2 a. Qui hodie transportavit
Et honeste sublimavit
Sponsam suam Barbaram, | 2 b. Cui universus clerus
Et omnis sexus sincerus
Cordis laxet citharam. |

- | | |
|--|---|
| 3 a. Quod ablatum est paganis,
Est oblatum christianis
Pro insigni munere; | 3 b. Est salubriter translatum
Et ad partes has allatum
Corpus sanctae Barbarae. |
| 4 a. Erat videre molestum
Donum gratum et honestum
Deputari canibus; | 4 b. Haec nobilis margarita,
Christi sanguine polita,
Non est danda suis. |
| 5 a. Fuit namque valde dignum
Et honoris ingens signum
Tradere fidelibus | 5 b. Tam pretiosum thesaurum,
Aestimatum super aurum
Hunc digne colentibus. |
| 6 a. Thesaurus olim opertus
Orthodoxis sed apertus
Spem erigit valide, | 6 b. Et lumen quondam abscon-
sum
Iam candelabro appensum
Lucet cunctis placide. |
| 7 a. Nam Romanus imperator,
Domini cultus zelator,
Cum sua militia | 7 b. Plurima curationum
Contra pestes laesionum
Sumpsit beneficia. |
| 8 a. Usque modo operatur
Deus, quando honoratur
Sponsa sua Barbara, | 8 b. Auferens pestes et morbos
Sanans mutos, caecos, surdos,
Vivificans funera. |
| 9 a. O praeclara Christi sponsa,
Da paenitere absconsa
Per contritum spiritum. | 9 b. Fac surdos te auscultare
Et mutos pie ructare
Tuum beneplacitum. |
| 10 a. Recta vitae nostrae norma
Virtutum omnium forma
Es illustris, Barbara, | 10 b. Ad te clamamus instanter,
Facito nos incunctanter
Devitare tartara. |
| 11 a. Cum salubri sacramento
Pro virtutis complemento
Muni nostrum exitum, | 11 b. Ut te rectrice, te duce,
Transeamus ex hac luce
Ad locum dispositum, |
| 12 a. Ubi cum iucunditate
Et summa securitate
Laetemur perenniter | 12 b. Illic cum sanctis gaudentes
Ac vultum Dci cernentes
Regnemus feliciter. |

Fragmentum ms. Missalis saec. 16. (Appendix Miss. Misnensis imp. Lipsiae 1510). Auf der Wiener k. k. Hofbibliothek 22 D 13. —

76. De sancto Bartholomaeo.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Lyras tange concrepando,
Laeta pange modulando
Euphoniae cantica; | 1 b. Tuba, clangere buccinando,
Vires auge resultando,
Sonet laus harmonica. |
|--|--|

- | | |
|---|--|
| 2 a. Coetus plaudens subve-
ctorum,
Chorus gaudens angelorum
Canant Bartholomaeum, | 2 b. Sabbatizans tolle maestum,
Sollemnizans eius festum
Nunc et in perpetuum. |
| 3 a. Dogmatizans legis theca,
Perlogizans apotheca
Munerum caelestium | 3 b. Exstitisti, apostole,
Praefulsisti in indole
Contemptor terrestrium. |
| 4 a. Luce prima radiasti,
Vetus zyma limpidasti
Sancto plenus pneumate; | 4 b. Lux opima, lucinasti
Orbis ima, lucidasti
Fidem tuo dogmate. |
| 5 a. Vitae potum propinasti,
Orbem totum illustrasti
Verbo verbi schemate; | 5 b. Regis natam tu sanasti,
Quam vexatam roborasti
Crucis cum caragmate. |
| 6 a. Vale, Christi apostole,
Mundo tristi tu condole,
Vivus excoriatus; | 6 b. Dei cultor iustitiae,
Hostis ultor versutiae,
Postremo decollatus. |
| 7 a. In agone nos certantes,
Iesu bone, mendicantes
. | 7 b. Visione iucundantes
Tecum pone gratulantes
Pasce pane numinis. |

Collect. ms. Emmeramense anni 1351. Clm. Monacen. 14343. — 3 a, 1
legeteca. — 3 a, 3 Numerum.

77. De sancto Bartholomaeo.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Quem solem invisibilem
splendor eius nube carnis
clarificat, | 1 b. Splendor inaccessibilis
hic accedit et tenebras
illuminat. |
| 2 a. Non matre degenerare,
sed claro genere
virtus patris velat, | 2 b. Non carne frater est,
sed gratia patris
virtute dominus. |
| 3 a. Qui per alimphos
calceamenta extendit
ad alienigenas, | 3 b. Per Bartholomaeum
Seon, regem Amorrhaeorum,
conculcans in India, |
| 4 a. Verbo curat aegros,
obsessos liberat
et regis filiam, | 4 b. Huius interventu
sibi reconciliet
Christus ecclesiam. |

Miss. ms. Frisingense saec. 15. Cod. Scot. Vindobonen. 55 a 3. A. —
Miss. ms. Salisburgense saec. 15. Cod. Salisburgen. V 3 H 167. B. — 2 a, 1
Non natura A. — 3 a, 1 alimphos A, ebenso unverständlich als almiphos.

78. De sancto Bartholomaeo.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Tradit nobis festivale
Laete decus triumphale
Bartholomaei natale
Carmen Christo promere, | 1 b. In quo curemus demere
Quod gestabamus temere,
Ut possit respiscere,
Quod fuerat letale. |
| 2 a. Cuius sanctus illustratur
Et doctrinis fecundatur,
Hac in die iucundatur
Beatorum contio, | 2 b. Excelsa praedicatio
Instinctu Dei praevio
Dat viam cordi devio,
Ad vitam qua ineatur. |
| 3 a. Fructum profert quo salutis,
Via tuta fit non tutis
Victis Astaroth versutis
Et Berith dogmatibus; | 3 b. Extraxit ab erroribus
Imbutos vagis moribus
Sacrosanctis sermonibus
Idolatrix abnutis. |
| 4 a. Maerent hostes adiurati,
Sancti verbis debellati,
Qui fuere machinati
Augere flagitia. | 4 b. Sed multor per incendia
Quoddam inquit immania
Daemonium praesentia
Apostoli beati. |
| 5 a. Victum reddit se percepto
Bartholomaei praecepto,
Calle fugiens arrepto,
Idola comminuit; | 5 b. Discedens hostis doluit,
Compulsus qui succubuit;
Aeternum Deum docuit
Nam populo decepto. |
| 6 a. Rursus hostis catenatus
Ab angelo reportatus,
Coram plebe propalatus
Picea sub specie. | 6 b. Auctorem tantae gratiae
Laudabant fines Indiae,
Per signa cuius hodie
Abluitur reatus. |
| 7 a. Rex, ab hoste qui torquetur,
Dum beatus vir medetur
Suam natam, profitetur
Messiae potentiam. | 7 b. Effervens per dementia
Astriages insaniam
Et irae fert sententiam,
Ut capite plectetur. |
| 8 a. Veram pacem interpella,
Ut sequestret nostra bella,
Nos defendat a procella
Animae naufragii; | 8 b. Aeterni ne supplicii
Cernemur nos obnoxii,
Ne dira lux iudicii
Det merita flagella. |

Miss. ms. S. Mariae Traiectensis saec. 15. Cod. Ultraiectin. 405. A. — Miss. ms. Traiectense saec. 15. Cod. Monasterien. 347 (41). B. — 2 a, 1 sanctis A; l. factis? — 4 a, 2 Sanctis B. — 5 a, 1 praecepto A. — 8 b, 4 Dat A B. — Melodie: iucundare plebs fidelis (Matthaeus-Sequenz). — Beachtenswert ist, daß jedesmal der Schlußvers der a-Strophe mit den drei ersten Versen der b-Strophe, und umgekehrt der Schlußvers der b-Strophe mit den drei ersten Versen der a-Strophe reimt; ferner weist der Rhythmus der a-Strophen Trochäen, jener der b-Strophen Iampen auf.

79. De sancto Basilio.

1. Vox respondens moribus
Magnum magnis laudibus
Attollat Basilium,

- | | |
|--|--|
| 2 a. Qui doctrina cclebris
Ut lumen de tenebris
Emersit gentilium; | 2 b. Lucens et illuminans,
Verbum vitae seminans
Delet dogma devium. |
| 3 a. Non renatus gratiae
Studet abstinentiae,
Sequens castimoniam; | 3 b. Nil terrenum diligit,
Puros sensus dirigit
In omnem iustitiam. |
| 4 a. In fervore spiritus
Docens, doctus caelitus
Doctum trahit Eubolum
Ad salutis symbolum. | 4 b. Qui, dum sibi desipit
Et in Deum resipit,
Datur tanto rhetori
Christo posse commori. |
| 5 a. O quam dignum
Lucis signum
Demonstratur,
Dum lavatur
In aqua Basilium; | 5 b. Aquam movet,
Sanctum fovet
Plausu blando
Revolvendo
Columba sublimius. |
| 6 a. Gregis rector
Et protector,
Hic profanis
Arrianis
Resistens instantius, | 6 b. Iram regis
Non veretur,
Dei legis
Dum tuetur
Decreta constantius. |
| 7 a. Suis verbis consecrare
Sancta volens videt clare
Sibi Christi praesentiam
Dare sacrandi gratiam. | 7 b. Dum ministrat cum tremore,
Dulces modos in splendore
Modulantes apostoli
Demulcent aures Euboli. |
| 8 a. Omni plenus sanctitate,
Dignus Dei claritate,
Consummatur
Et beatur
Cum sanctis in gloria. | 8 b. Nos asstantes tuae laudi,
Magne pater, pius audi,
Ut te duce
Vera luce
Fruamur in patria. |

9. Amen dicant omnia.

Miss. ms. Brugense saec. 15. Cod. Semin. Brugens. 3 (48). A. — Miss. Morinense imp. Rothomagi 1516. B. — 1 a, 2 magnus B. — 3 a, 1 renatis B; es ist die Rede von Basilius als dem „nondum renatus“; cfr. 5 a, 4 sq. — 7 a, 2 Sanctam B. — 7 a, 4 Dans reserandi B. — 8 b, 4 Fungamur A. — 9 fehlt A. — Melodie: Mane prima sabbati.

80. De sancto Benedicto.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Magnum patrem Benedictum,
Virum iustum et invictum,
Collaudet ecclesia; | 1 b. Nos ut patrem veneremur,
Venerantes imitemur
Virum plenum gratia. |
| 2 a. Cuius dono praecurrente
Puer aevo, senex mente,
Manu tangit fortia; | 2 b. Carnis frangens voluptatem,
Mundi spernens vanitatem,
Procul arcet vitia. |
| 3 a. Mira per hunc operatur
Virtus Dei, qua servatur
Mens eius innoxia, | 3 b. Ne per solem denigretur,
Sed plus nive dealbetur,
Munda sit ut hostia. |
| 4 a. Vas confractum reparatur
Integrumque frangitur,
Virga vagus emendatur,
De rupe fons oritur; | 4 b. Super aquas Maurus vadit,
Et puer emergitur,
In infernum morte cadit,
Iustum qui persequitur. |
| 5 a. Sanctus locum tunc mutavit,
Sed et ibi comprobavit
Hostis aemulatio, | 5 b. Quantum bonis sit infesta,
Quibus placet hic honesta
Vitae conversatio. |
| 6 a. Saeviore quippe zelo
Pulsus ipse dudum caelo
Vulnerare mortis telo
Pia quaerit viscera. | 6 b. Sed ab eo cadit victus,
Et vir Dei stat invictus,
Quem adversus hostis ictus
Dei tegit dextera. |
| 7 a. De futuris prophetavit
Et tyranno nuntiavit,
Pro pace, quam perturbavit,
Quae maneret ultio. | 7 b. Visu mentis hic absentes
Intuetur ut praesentes,
Notat actus, notat mentes,
Spiritus indicio. |
| 8 a. Puer vitae redonatur,
Sororisque spiritum
In columba contemplatur
Deo caeli redditum. | 8 b. Ipse tandem evocatur
Ad caeli palatium
Et a Christo collocatur
In sede felicium. |
| 9 a. Nos grex eius familiae
Tanti ducis itinere
Caelestis aulam gloriae
Studeamus ascendere. | 9 b. Quos suis docet monitis,
Hos protegat et meritis,
Ut illius suffragio
Caeli fruamur gaudio. |

81. De sancto Benedicto.

1. Organa, plebs pia,
psalle iucunda,

- | | |
|---|--|
| 2 a. Benedicti clara
quia micant incliti festa,
per ampla
orbis spatia
veneranda ; | 2 b. Ex libera pulchre
qui fait ortus stirpe virga
lucida
atque flos scandens
ut lilia. |
| 3 a. Namque florida temnens
spreverat
a pueritia ; | 3 b. Excisa redintegra
quem sonant
antra laude sacra, |
| 4 a. Divina pollens
gratia
per omnia | 4 b. Iustus hic nives,
frigora
fert aspera. |
| 5 a. Caelesti donatus stola,
<i>Tu Benedicte,</i>
<i>legislator alme,</i>
<i>vota vide nostra</i>
Et data hodie
cantica. | 5 b. Lamen mundi nunc per
saecla,
<i>Exora Iesum</i>
<i>pro nobis, spes una</i>
<i>monachorum magna.</i>
Gaudia donantem
optima. |
| 6 a. Iusti mens praeclara
et digna, quem nil
nocet pessima
fraus mortis conscia ; | 6 b. Felici qui dextra
dat crucis signa,
crepat fiala
mox pestis baiula. |
| 7 a. Et dum venenata
mittit invidus hostis dona
viro Dei mente mala, | 7 b. „Refer“, inquit, „ista,
quo nulli ferant exitia“ ;
vir sanctus corvo imperat. |
| 8 a. Ac cuncta stupent pectora
noctu, quo signabas | 8 b. Lucide in usum tecta
fratrum praeparanda. |
| 9 a. Magna caeli stella,
<i>Eos semper illustra,</i>
<i>quos sanctae vitae placida</i>
<i>formas regula,</i>
Veraque pollens gloria ; | 9 b. Orbis lux maxima,
<i>Tuo vehantur nostra,</i>
<i>pater, ductu, iam carmina</i>
<i>ad siderea</i>
Aeterno regi placida. |
| 10 a. Cum tibi praeconia
concinimus, audias. | 10 b. Ligati tu fortia
videns solvis vincula ; |
| 11 a. Iussa cuius tremunt tartara,
mortuo dum datur
vita libera. | 11 b. Ecce, soror et Scholastica,
culmina dum quaerit
virgo supea, |

- | | |
|---|---|
| 12 a. Nexa fratri plurima
de dulci bona
audit patria. | 12 b. Transit ad caelestia
cum vera tandem
innocentia. |
| 13 a. Uatum psallens cithara,
<i>Mira sanctorum gemma,</i>
<i>in caelo nosmet subleva</i>
Castae precis instantia; | 13 b. Electorum in aula
<i>Rege nos, Benedicte,</i>
<i>caelorum regis conviva,</i>
Ne nos, pater, despicias. |
| 14 a. Tui mox viam plura
praetegunt pallia, | 14 b. Ornatque lampas multa,
dum petis caelica. |
| 15 a. Rite nostra figi cordis
huc prece lumina | 15 b. Uita nobis, Benedicte,
et verbo facias, |

16. Micans luce aeterna.

Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. — 2 a, 2 qua. — 5 a, 1 Caelestis. — 5 a, 3 regulator. — 5 b, 3 nobis es una. — 6 a, 3 nocet spes una. — 7 a, 1 dum venerata. — 7 b, 1 Refert. — 10 b, 1 Lignati tui — 14 a, 2 pretesunt. — 15 a, 1 figas. — 15 a, 2 hunc. — Melodie: Fulgens praeclara. — Die in Schrägdruck vorgelegten Verse ergeben den Text einer eigenen Sequela, wozu man vgl. u. a. Anal XL, Nr. 205. Der Text dieser Sequela paßt zu dem Akrostichon (durch Fettdruck gekennzeichnet): „O Benedicte, | Legifer alme, | Vota clientum | Cerne tuorum“, welches wiederum die Textworte einer Sequela sind. Um so merkwürdiger ist dieses Akrostichon, da ein solches bei Sequenzen erster Epoche sehr selten ist.

82. De sancto Benedicto.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Sonet vox ecclesiae
Canticum laetitiae
Benedicti gratia. | 1 b. Benedictum hodie
Venerantes carie
Careamus noxia. |
| 2 a. Suscitur mortuus,
Fons datur irriguus
Eius prece praevia. | 2 b. Mortis parant poculum,
Sed crucis signaculum
Servat a versutia. |
| 3 a. Sancto cedit caecitas,
Firmatur debilitas,
Pelluntur daemonia. | 3 b. Fel in pane tegitur,
Sed a corvo tollitur
Velata malitia. |
| 4 a. Dementata femina
Tangens sancti limina
Purgatur dementia. | 4 b. Nullus abit vacuus,
Qui petit assiduus
Eius beneficia. |
| 5 a. Hic exemplar posteris
Regnat iam cum superis
In caelesti patria. | 5 b. Huius prece miseris
Largiatur celeris
Peccatorum venia. |

Miss. S. Martini Maioris Monasterii imp. Turonibus 1508. — 2 b, 1 parent — 5 b, 2 statt „celeris“ liegt die Verbesserung „sceleris“ nahe. — Melodie wahrscheinlich: Veni sancte spiritus.

83. De sancto Benedicto.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Benedictus
Decantat in caelis laetus
Alleluia | 1 b. Regi regum;
Nutricis sedavit fletus,
Res miranda, |
| 2 a. Fracti capisterii
Reparato fragmine
Prece fusa, | 2 b. Et huius mysterii
Monachorum ordine
Res inclusa. |
| 3 a. Sicut capisterium
Purgat farris vitium,
Pari forma | 3 b. Expurgat religio,
Quae mundano vitio
Sunt corrupta. |
| 4 a. Suscitavit mortuos
Et curavit languidos
Valle nostra; | 4 b. Eiecit daemonia,
Per hunc elephantia
Fit consumpta. |
| 5 a. Noster chorus concinit,
Ecclesia meminit,
Nec mens prava desinit
Esse cacca; | 5 b. Si non nostris cantibus,
Credat vel codicibus
Gregorii pluribus
Haec praedicta. |
| 6 a. O pater, propera,
Fideles libera,
Ne sit in inferis
Gens misera; | 6 b. Removens scelera
Da vitae munera,
O regis aetheris
Puerpera. |

Miss. S. Martini Maioris Monasterii imp. Turonibus 1503. A. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1535. B. — 2 b, 1 Est B. — 2 b, 2 sq. Res multis miraculis | Confirmata B. — 5 a 1 cecinit B. — 6 a, 3 infernis B.

84. De sancto Bernhardino.

- 1 a. Christe Iesu, Domine, regum rex, o Deus alme,
Natus ab aeterno de deitate patris,
- 1 b. Quem genuit merito sacro sub tempore virgo;
Sic verbum caro fit flamine flante sacro.
- 2 a. Crimine damnosum venit qui solvere mndum,
Sanguine cum proprio plasma lavare suum,
- 2 b. Hic varios serere missos promisit in agrum,
Nuntia qui ferrent illa per omne solum.

- 3 a. De quorum numero quasi lux de sidere caeli
Bernhardinus adit mitis in orbe agrum ;
- 3 b. Nobilis ex gente, plus morum nobilitate,
Christo complacuit, cui sua cuncta dedit.
- 4 a. Vomerem doctrinae manibus qui solvit utrisque,
Fundat ut incultum dogmate valde solum,
- 4 b. Et lapides abigit, ut possint crescere fruges,
Vepribus abruptis sulcat, ut aptus aret.
- 5 a. Seminat hic Domini verbum per climata mundi,
Exemplo Christi totus amore flagrat.
- 5 b. Sedat litigia, diversum schisma reformat,
Enervans haeresim falce gregata metit.
- 6 a. Francisci lima sic ferrea pectora purgat
Atque ligone suo saxea corda movet.
- 6 b. Horrea sic Domini gestivit ducere plene,
Ut manipulos laete ferret in arce poli.
- 7 a. Ergo Iesus Christus, cui nomen clarificavit,
E converso suum clarificavit opus
- 7 b. Signis, prodigiis, pia per miracula multa
In vita, morte ; laus tibi, Christe Iesu.
- 8 a. Claudii nam currunt, plures a morte resurgunt,
Et audit surdus, lumine caecus ovat.
- 8 b. Leprosus candet, mox energumenus orat,
Et non est morbus, quin fugat almus eum.
- 9 a. O Bernhardine, poscas, pater o Seraphine,
Ut famulis pacem det Deus ipse tuis,
- 9 b. Ut post assiduos et multos valde labores
Apprendat regna laudibus apta poli.

85. De s. Bernhardo de Mentone.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Confessoris egregii
Celebremns nos socii
Beruhardi sollempnia. | 1 b. Generosa stirpe natus
Moribus hic exornatus
Fuit ab infantia. |
| 2 a. Augustae Archilevita,
Deo gratus verbo, vita
Fiebat per omnia. | 2 b. Plebis ibi christianae,
Verba vitae ferens sanae,
Exstirpabat vitia. |
| 3 a. Monita in caritate
Praedicando longe late
Dabat salutaria. | 3 b. Ieiunans hic vigilabat,
Pro se et multis orabat,
Ut daretur venia. |
| 4 a. Pretiosa cum habere
Vestimenta posset vere,
Portabat cilicia. | 4 b. Pane duro vescebatnr,
Asper qui plus videbatur
In tota provincia. |
| 5 a. Potum uva non praebebat,
Aquam raro sic bibebat,
Saepius absynthia. | 5 b. Domum fecit caritatis,
Ubi data dantur gratis,
Nec quaeruntnr praemia. |
| 6 a. Ibi panis, vinum, ligna
Nunquam crescunt, sed maligna
Sunt ibi contraria; | 6 b. Nix et algor, via dura,
Fumns, nubes et obscura
Sunt ibi perennia. |
| 7 a. A Bernhardo facta domo
Istam adit quisque homo,
Habet necessaria; | 7 b. Ista domns semper patet,
Procurator nunquam latet
Propinans cibaria. |
| 8 a. Nunc Bernhardi proferamus
Signa eius et dicamus
Virtutes, prodigia. | 8 b. Nicolaus apparuit,
Peregrinus visus fuit,
Sancto dixit talia: |
| 9 a. „Montem Iovis ascendamus,
Hospitale componamus
Summa rupis in via.“ | 9 b. Ista domus fabricatur
Tantis viris et dotatur,
Habent beneficia. |
| 10 a. Caeco visum restauravit,
Sterili matri donavit
Puerum, quem haec rogavit
In vita sancti pia. | 10 b. Pestem perdit locustarum,
Quae nocebant et non parum,
Et morsus bestiolarum,
Via erat invia. |
| 11 a. Hic avarum praedicavit,
Paupertati destinavit,
Exitus quod comprobavit
Iguis peste anxia. | 11 b. Adit Romam rex Henricus,
Perdat papam quod iniquus
Malis pro immiuentibus;
Cognita malitia |

12. Regi nefas dehortatur,
Huic adversa comminatur,
Finis rei demonstratur
Sancto, ita qui probatur.
Nobis detur venia.

Offic. ms. S. Bernardi saec. 16. Cod. Capit. Sedunen. 72—17. — Cfr. Acta SS. Iun. III, p. 556.

86. De sancto Bernhardo.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Caeli nardus
Fragrat signis,
Dum Bernhardus,
Vir insignis,
Firma mentis acie | 1 b. Hic aspernans
Mundi florem,
Ceu flos vernans
Dat odorem
Virtutis et gratiae. |
| 2 a. Nam amator
Castitatis
Ac zelator
Sanctitatis
Fuit ab infantia. | 2 b. Per hunc fulsit
Lux diei,
Dum suffulsit
Domum Dei
Doctrinae fragrantia. |
| 3 a. Gaude, felix religio,
Laetitiae fastigio
De laude tanti patris, | 3 b. Dulcis Iesu qui nominis
Dei pandit et hominis
Laudesque suae matris. |
| 4 a. Quae dum laudes
Dilatantur,
Hostis fraudes
Expugnantur
Verbi Dei gladio. | 4 b. Imitandi
Christum normam
Et amandi
Dedit formam
Claro vitae radio. |
| 5 a. O Bernarde,
Nos gementes,
Quamvis tarde
Paenitentes,
Regnis apta caelicis. | 5 b. Ibi melos
Modularis,
Dum ad caelos
Evocaris
Choris cum angelicis. |
| 6 a. Nos Christo reconcilia,
Cuius mater et filia
Tuum fuit solamen, | 6 b. Ut mundi post naufragia
Mariae per suffragia
Deo fruamur. Amen. |

Miss ms. Olomucense anni 1494. Cod. S. Iacobi Brunen. 8. — 3b, 2 Dei parvuli et. — 4a, 1 Quas. — 6b, 2 Matris per. — Beachtung verdient 3b, 1 wegen der Anspielung auf „Jesu dulcis memoria“, welches Lied also der Verfasser dieser Sequenz dem hl. Bernhard zuschreibt.

87. De sancto Bertrando.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Sancti festa confessoris
Recolamus et canoris
Exsultemus modulis, | 1 b. Gratulemur mente pura
Prosequentes cordis thura
Labiorem titulis. |
| 2 a. Digne decet venerari,
Digne diem praeconari
Virtutis significum, | 2 b. Cuius fulsit insignita
Documentis sanctis vita
Laborum et operum. |
| 3 a. Homo verus, homo purus,
Mundo blandus, sibi durus,
Carnis calcans lubricum, | 3 b. Contra carnem dimicavit
Et se totum transformavit
In statum angelicum. |
| 4 a. Vicit carnem, vicit mundum,
Vicit fortem et immundum
Hostem Adae veteris. | 4 b. Et his tribus conculcatis
Summae cultor trinitatis
Conregnat cum superis. |
| 5 a. Hospes [hic] caelestis poli,
Se subducens carnis moli,
Sequens spiritalia, | 5 b. Dum a carne se suspendit,
Supra carnem comprehendit
Angelorum gaudia. |
| 6 a. Ubi totus mente tota,
Non impulsus mundi rota,
Sed spe firma stabilis | 6 b. Christi leve tulit onus,
Pastor lucis, pastor bonus,
Pius, prudens, humilis. |
| 7 a. Lignum frondens, vitis viva,
Palma florens et oliva
Gratiae fructifera, | 7 b. Fructum dedit Deo gratum
Et transcendit orbis statum
Cedrus odorifera. |
| 8 a. Se praecingens castitate,
Cum lucernae claritate
[Vigil] in excubiis | 8 b. Pernoctavit exspectando,
Nuptiarum sponsus quando
Rediit a nuptiis. |

Collect. ms. saec. 17. Cod. Parisin. 11778. Apographum „ex Ms. 1636 mihi commutato a domino de Salis Lectoren.“ — 5a, 1 cuius poli. — 5a, 2 carni. — 8a, 2 lucerna. — Der Schlufs fehlt; von Str. 9 noch das Anfangswort „Supra“. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

88. De sancto Blasio.

1. Victori Blasio laudes
hymnizent incolani.

- | | |
|--|--|
| 2 a. Agnus sequens pastorem
more paschali praesul
binis cum pueris
est immolatus. | 2 b. Mors a vita flectitur
speciali duello,
agnus lupiferum
[flectit] Agricolaum. |
|--|--|

- | | |
|--|---|
| 3 a. Dic Christo pro nobis
preces, pater inclite.
Sepulcro corpus commendans
Helisea, mulier
iam sancta. | 3 b. Angelicis stolis
ornaris et coronis.
Surrexit astra conscendens,
terrea summo regi
commendans. |
| 4 a. Credendum est pium nostrum
te fore patronum;
en, nos et nostra
simul conserva. | 4 b. Scimus Christum locum istum
et ovile tuum
per preces tuas
semper tueri. |

Miss. ms. Sanblasianum saec. 15. Cod. Paulan. 25. 2. 2. (Blas. memb. 64). A. — Miss. ms. Sanblasianum anni 1482. Cod. Paulan. 25. 2. 15. (Blas. memb. 61). B. — 1, 2 immolant B. — Den Anfang dieser Sequenz teilt Kehrein mit unter Nr. 525.

89. De sancto Brioco.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Iucundemur,
senes et parvuli
Adplaudentes
beato praesuli,
Cuius assunt
sancta sollemnia. | 1 b. Occurramus
sancto pontifici
Spiritalis
in laude cantici
Cordis, oris
pari concordia. |
| 2 a. Gratoletur
mater ecclesia,
Tantae prolis
insignis gloria,
Tam felici
ditata pignore. | 2 b. Hic est enim
praesul Briocius,
Cuius ortum
caelestis nuntius
Multo ante
praedixit tempore. |
| 3 a. Qui caelesti
natus oraculo
Et nutritus
a matre sedulo
Est commissus
Germano praesuli; | 3 b. Ad docendum
missus Parisius
Adoptatur
Germano filius,
Suscipiens
nomen discipuli. |
| 4 a. Informatur
divinis litteris
Et in sensu
prae cellens ceteris,
Quantus erat
futurus, innuit. | 4 b. Liquet, quantus
tunc puer fuerit
Et in quantam
virtutem creverit,
Cum urceum
patri restituit. |

- | | |
|---|---|
| <p>5 a. Cum sacratur
manu pontificis,
Super caput
et comam verticis
Globus coram
descendit igneus,</p> | <p>5 b. Cuius luce
totus incanduit,
Et sicut sol
vultus respandit
Miris modis
effectus flammeus.</p> |
| <p>6 a. Ut in Christi
profecit gratiam,
Praemonitus
redit in patriam,
Insignitus
multis miraculis;</p> | <p>6 b. Per defunctum,
quem vitae reddidit,
Plebs timore
concussa credit,
Est recepta
fides in populis.</p> |
| <p>7 a. Post peracta
vitae curricula
Sanctus nulla
conspersus macula,
Deo placens
et vivens hostia,</p> | <p>7 b. Corpus suum
dissolvi praesciens
Eucharistia
se praemuniens
Susceptus est
in caeli gloria.</p> |
| <p>8 a. O Brioco,
pastor egregie,
Audi clemens
vota familiae,
Delictorum
implorans veniam.</p> | <p>8 b. Interpella
pro nobis Dominum,
Ut remittat
errores criminum
Et aeternam
conferat gloriam.</p> |

Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?]. A. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. B. — 2b, 1 Briocus A. — 4b, 2 hic puer A. — 5a, 5 Globus quidam B. — 5b, 4 splenduit A. — 6a, 4 rediit A. — 7a, 1 praeacta A.

90. De sancta Caecilia.

1. Victo mundi lubrico Gaudio uranico Fruitur Caecilia.

- | | |
|---|--|
| <p>2 a. Concupitam specie
Rex coronat hodie,
Gaudeat ecclesia,</p> | <p>2 b. Eius ut auxilio
A mundi exsilio
Perennet in patria.</p> |
| <p>3 a. Sponsi mora taedio
Dormitante medio
Nocte vox fit nuntia:</p> | <p>3 b. En, sponsus progreditur.
Dum occursus sumitur,
Properat industria.</p> |
| <p>4 a. Haec sponso eximitur
Et lumbos praecingitur,
Fit processu prospero
Prudentum in numero.</p> | <p>4 b. Praecellens amictibus,
Fragrans aromatibus,
Mirra, gutta, cassia
Sponso venit obvia.</p> |

- | | |
|--|---|
| 5 a. Hinc indultus
Est hic cultus,
Hoc decoris
Habet foris,
Sed ab intus gloria. | 5 b. Ne quid tardet,
Lampas ardet,
Incentivum
Dat olivum
Nuptiarum gaudia. |
| 6 a. Igne sancto carne fixa,
Corruptelis crucifixa,
Caelebs in convivio | 6 b. Coniugalem animalem
Lucrifecit et subiecit
Fidei mysterio. |
| 7 a. Sponsi fratrem conlucrata,
Fide passim propagata,
Almachio mancipio
Necis donatur bravo. | 7 b. Sic transcurta mundi lucta,
Per angustum iter ducta
Satum maeroris anxio
Fructum metit in gaudio. |
| 8 a. Nostrum cursum ducat sursum,
Ut expleta cursus meta
Absolutis ab occultis
Det ovantes sabbata. | 8 b. Ubi bono singulari
Nobis palam satiari,
Unum trinum contemplari
Dei dent charismata. |

9. Amen dicant omnia.

Grad. ms. Xantense anni 1525. Cod. Capit. Xanten. s. n. A. — Grad. ms. Franciscanorum in Hüls saec. 15. (Privatbesitz; B. — Oration. ms. S. Caeciliae Colonien. saec. 15. Cod. Colonien. 1. C. — 3 a, 1 Sponsa A. — 3 b, 3 Properet B. — 5 a, 1 indutus AB. — 6 a, 1 caro B. — 7 a, 1 colluctata C. — 8 a, 3 Absolutos A. — 8 a, 4 Det inventum C. — Melodie: Mane prima sabbati.

91. De sancta Caecilia.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Vocem laudis exaltemus,
Diem festum honoremus
Virgiuis Caeciliae; | 1 b. Sponsum eius non inanum,
Beatum Valerianum,
Laudent Siou filiae. |
| 2 a. Hic est ille singularis
Sol illustrans stellam maris
Lucentem in iubilo, | 2 b. Cui virgo desponsatur
Et sibi confabulatur
Noctis tunc in nubilo. |
| 3 a. Dic, Valeri, quid audisti
Alloquendosponsam Christi?
Hanc audivi sic dicentem:
„Zelo multo metuentem
Habeo archangelum“. | 3 b. Dic, Valeri, quid audisti
Alloquendosponsam Christi?
„Est secretum, quod revelo,
Optimi amoris telo
Caste vulnerata sum.“ |

- | | |
|--|--|
| 4 a. Dic, Valeri, quid audisti
Alloquendo sponsam Christi?
„Si incaste me contingis,
Dira poena te constringis
Mortis per interitum.“ | 4 b. Dic, Valeri, quid audisti
Alloquendo sponsam Christi?
„Si te mundas mundo cedens
Et in verum Deum credens,
Mecum cernes angelum.“ |
| 5 a. Dic, Valeri, quid fecisti
Postquam haec intellexisti?
Ad Urbanum properavi
Et secretum revelavi
Et ibi me renovavi
Sacri fontis flumine. | 5 b. Dic, Valeri, quid vidisti,
Postquam Iesum induisti?
Tunc angelicum decorem
Vidi sentiens dulcorem
Et rosaticum odorem.
Fragrantem in lumine. |
| 6 a. Dic, Valeri, quid sensisti
Amplius de sponsa Christi?
Fratrem mihi sociavit
Et ad palmam invitavit
Et utrumque praesentavit
Caelesti collegio. | 6 b. Dic, Valeri, quid sensisti
Amplius de sponsa Christi?
Almachium superavit,
Ensis eam iugulavit,
Sic amantem reamavit
Mortis privilegio. |
| 7 a. O Valeri, vale, care
Ac pro nobis deprecare; | 7 b. Et tu, mater huius festi,
Nos amore sponsi vesti, |

8. Ut in morte
Bona sorte
Det nos uti cum beatis
Sertis per te seminatis.

Grad. ms. Murense anni 1532. Cod. Aargovien. M 5 fol. m. — Melodie:
Surgit Christus eum tropaeo.

92. De sancto Cataldo.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Cogis linguam fari laudes,
O Catalde, tu qui gaudes
Iu caeli rosario. | 1 b. Haec est rosa vobis fragrans
Et ardore sibi flagrans
Virtutis incendio. |
| 2 a. Nos virtute protegit
Et exemplo dirigit
Sicut pastor bonus. | 2 b. Lapsos, fractos erigit
Et electos dirigit,
Tarenti patronus. |
| 3 a. Cadat coetus hostium,
Cedat metus pestium
Praesulis virtute; | 3 b. Cedat fletus tristium,
Fiat laetus omnium
Cuneus salute. |
| 4 a. Per te salus sit aegroto,
Sitque robur debili,
Portus navigantibus. | 4 b. Satisfiat nostro voto,
Et sit clero nobili
Mentium iu laudibus. |

- | | |
|---|--|
| 5 a. Tu patronus et praelatus,
Tu confessor es beatus,
Tu pastor egregius; | 5 b. Si patronus es, defendas,
Si praelatus es, intendas
In nobis salubrius. |
| 6 a. Confessoris vicem geras,
Ut salutem nobis feras,
Qua beari credimus. | 6 b. Pastor pastum praebe caeli
Tuo gregi sic fideli,
Nam ad te recurrimus. |
| 7 a. In praesenti saeculo
Pacem a te poscimus,
Ut tuti periculo
Te, quem vere colimus,
Colamus sollemniter. | 7 b. Effectum da precibus,
Ut salutis pretium
Sit ex tuis laudibus;
Sic ad vitae praemium
Nos trahas perenniter. |

Miss. ms. Franciscanum (Tarentinum?) saec. 15. Cod. Univ. Patavin.
1129. — 6b, 2 gregi sit. — 7b, 2 salutem. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

93 De sancta Christiana.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Christianae virginis
Festa colat fidelis
Christiana contio, | 1 b. Revolnta hodie,
Resoluta sint inde
Peccatorum vincula. |
| 2 a. Laudet ecclesia
Hanc devoti cantus melodia | 2 b. Dignam laude, quia
Pia, casta fuit et sobria. |
| 3 a. Nata regis haec Anglorum
Fuit et reginae, quorum
Sola heres aderat; | 3 b. Rituque praedecessorum
Cultum gessit idolorum,
Nam pagana fuerat. |
| 4 a. Angelus hanc visitat,
Visitatam incitat
Ad baptismi gratiam. | 4 b. Visitata respnit,
Incitata renuit
Idolorum latriam. |
| 5 a. Baptizatur
Et vocatur
Christiana,
Quae pagana
Adulescens fuerat, | 5 b. Consolatur
Et hortatur
Ad baptisma
Et ad chrisma
Puellas, quas noverat. |
| 6 a. Divino inspiramine,
Presbyteri hortamine
Reliquit cultum Veneris. | 6 b. Christiana nomine
Nomen hoc regimine
Sui complet operis. |
| 7 a. Fidem haec ab angelo
Discit et presbytero,
Quam consortes docuit, | 7 b. Hortans has omni zelo,
Ut credant Deo vero,
Quem silenter coluit. |

- | | |
|---|---|
| 8 a. O, quam tanta probitas
Ornat et virginitas,
Ora, ut sit sanitas
Nobis et prosperitas. | 8 b. Absit nobis vanitas,
Quam cupit humanitas;
Insit nobis veritas
Et perfecta caritas. |
|---|---|

Grad. ms. Teneramundense saec. 15. Cod. S. Mariae Teneramunden. s. n. — Daraus in: Cercle Archéologique de la ville et de l'ancien pays de Teremonde; Annales, 1864, p. 108. Die Quelle bezeichnet dort L. de Vlaminck als „oud antiphonarium [!] der kerk van Dendermonde . . . , waarin de ge-toonzette lofzangen van Hildoard en Cristina voorkomen.“ — 2 a. 2 sq. hanc ecclesia. Sollen vielleicht Strophen 2 a und 2 b rhythmische Hexameter sein? Dann wäre der Text der Hs. nicht zu ändern. — 7 b, 2 Ut oboediant.

94. De sancta Christina.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Gaudeamus exultantes,
Hunc Christinae celebrantes
Diem sacrae virginis, | 1 b. Quae aetate puellari
Passa fulget nunc praeclari
Throno iuncta luminis. |
| 2 a. Haec, ut erat speciosa,
Casta, prudens et formosa
Moribus et genere, | 2 b. Christum corde flagitabat
Et exemplis praedicabat
Voce, gestis, funere. |
| 3 a. Fatigata
Diris verberibus
Et artata
Tactris carceribus
Agni sponsa nobilis | 3 b. Post tortores,
Calcar et vincula,
Post dolores
Et rotae spicula
Permanet immobilis. |
| 4 a. Maris fluctus et serpentes,
Rotam, fustes et candentes
Flammas atque iudices | 4 b. Haec pro Christo superavit
Et extinctum suscitavit,
Nunc tuetur supplices. |
| 5 a. Cum mamillis caederetur,
Fluxit lac pro sanguine, | 5 b. Et, cum lingua privaretur,
Non est laesa fame. |
| 6 a. Gladii confossa demum
Regnum possidet supremum
Cum Christo feliciter; | 6 b. Quem pro nobis ut deposcat,
Et commissis ut ignoscat,
Precemur humiliter. |

7. Ipsi laus et gloria.

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentin. 65 bis. Mit Melodie. — 4 a, 2 cadentes. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

95. De sancto Christophoro.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Hodierna die, Christe,
Recolat ecclesia | 1 b. Christophori agonistae
Fidei sollemnia. |
| 2 a. Laus est regis in martyris
Ipsius martyrio, | 2 b. Quem edidit faex doloris,
Cananaea regio. |

- | | |
|---|---|
| 3 a. Promittente voce caeli
Baptismatis bravium | 3 b. Statim sprevit pro fideli
Stygis internicium. |
| 4 a. Martyr nascitur
Novae legis,
Novi regis
Opportunus signifer. | 4 b. Lumen oritur,
Nova forma,
Nova norma,
Triumphator bellifer. |
| 5 a. Sanctum vide victum fide
Triplici funiculo
Edocentem non latentem
Ferarum latibulo. | 5 b. Fama Samon publicatur
Viridenti baculo,
Appellea baptizatur
Gens grandi miraculo. |
| 6 a. Audit Dagnus sua iura
Poni multum in pressura;
Mente profunda
Quadringentos sitibunda | 6 b. Indagare misit cura
Milites sanctum matura;
Stupet statura
Rex dicens: Quis es, iac-
tura? |
| 7 a. Dixit ei Christophorus:
Reprobum me alter chorus
Vocat ab infantia; | 7 b. Sed post baptismi gratiam
Christophorus ad gloriam
Vocatus voce dia, |
| 8 a. Christophorus Christum fe-
rens,
Typum Christi recte gerens
Summa providentia. | 8 b. Nicea et Aquilina
Recumbentes in sentina
Relinquunt sculptilia. |
| 9 a. Fluxit ignis velut cera
Non praebens incendium. | 9 b. Dolet Dagnus dicens fera:
Non times supplicium? |
| 10 a. Virgis caeditur ferreis,
Tortoribus martyreis
Sacro vacans opere. | 10 b. Sagittae nece ferventes,
Christophorum non laeden-
tes,
Figuntur in aere. |
| 11 a. Capitali martyr poena
Iubetur
a tyranno consummari. | 11 b. Cuius Sichem in amoena
Credimus
regione collocari. |
| 12 a. Martyr Dei,
Licet rei
Simus nec idonei
Tuae laudi, | 12 b. Te laudantes
Et sperantes
De tua clementia
Nos exaudi. |
| 13 a. Epilentiam, maniam
Curas [per] martyrrium; | 13 b. Aemularis insaniam
sedem linquens vitium. |

14 a. Gratulator
Et laudatur
Per te caeli curia.

14 b. Fac nos laude
Sine fraude
Post spem frui gloria.

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. S.)
A. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1585. B. — 2b, 1 edidit ex AB. —
5a, 3 labentem A. — 5b, 2 Viridentum A. — Strophe 6, 8 und 9 fehlen
A. — 7a, 2 Reprobatorum alter AB. — 12a, 3 Sumus B. — 13b, 1 inianiam
A. — Melodie: Congaudentes exsultemus.

96. De sancto Christophoro.

1 a. Invictum Christi militem
Collaudemus Christopho-
rum,
Qui triumphum per nobilem
Superavit diabolum.

1 b. Omnes ergo concorditer
Voce cantemus libera,
Referamus ut digniter
Virtutum eius opera.

2 a. Hic spreta idolatria
Cognovit Dei filium
Egressusque de patria
Pervenit ad martyrium.

2 b. Ad aquas prius fluvii
Christi servus resederat,
Per quem multos spe praemii
Propter Deum transtulerat.

3 a. Natus puer ex virgine
Dum ab eo transvehitur,
Deus ferri ab homine
Signis multis cognoscitur;

3 b. Nam unda crevit fluminis,
Puer gravis fit baiulo,
Palma plenaque dactilis
Facta fuit ex baculo.

4 a. Ex hoc relinquens fluvium
In Samon venit Lyciae,
Ubi Deus linguagium
Dedit ei provinciae.

4 b. Secum virga quam tulerat,
Licet iam foret arida,
Mox tamen, ut oraverat,
Arbor facta est florida.

5 a. Dagnus rex misit milites,
Qui eum comprehenderent,
Missos sanctus satellites
Informavit, ut crederent.

5 b. Eo viso rex imperat,
Diis ut det sacrificia,
Sed ipse regem increpat
Ista super stultitia.

6 a. Sancto misso in carcerem
Terrentur meretriculae,
Mittunt errorem veterem
Christoque fiunt credulae.

6 b. Ad regem rursus ducitur,
Vinclis ligatur undique,
Ferreis virgis caeditur,
Cum ignita stat casside.

7 a. Lectus post haec fit ferreus,
Sub quo ignis cum oleo,
Sed factus est ut cereus
Sancto stante in medio.

7 b. Furens rex minas addidit,
Terrens mortis supplicio,
Sed martyr fortis perstitit,
Ut erat ab initio.

- | | |
|---|---|
| <p>8 a. Ecce, militum iacula
Non laeserunt Christo-
phorum,
Quorum unum cum macula
Regem iecit pestiferum.</p> | <p>8 b. Cunctis ad se clamantibus
Impetravit auxilium,
Caesus [est] a tortoribus
Et susceptus in gaudium.</p> |
| <p>9 a. Illi, qui tunc te perdidit,
Reddis, o martyr, oculum
Hinc, qui nunc tui meminit
Precibus salva populum.</p> | <p>9 b. Trinitati sit gloria
Pro patrono tam strenuo,
Cuius nobis victoria
Prosit hic et perpetuo.</p> |

Miss. Numburgense imp. Basileae 1517. A. — Miss. Maguntinum imp. Basileae 1520. B. — 4a, 2 Sammon A. — 7a, 2 cum olea A. — 7b, 2 Terrensque AB. — 9a, 3 qui tunc B. — Das Akrostichon „Iohannes Desal (de Sal?) fecit“ erinnert an das ähnliche Akrostichon „Iohannes Resal“ in der Sequenz „Inter sanctos Deo gratos“ (Anal. VIII, Nr. 114). Sind Iohannes Resal und Desal die gleiche Persönlichkeit, deren Name in einer der beiden Sequenzen durch Störung des Akrostichons verderbt ist? Und wenn ja, ist dann Resal oder Desal (resp. de Sal) die richtige Form? In vorliegender Sequenz würde durch Umstellung von Rex Dagnus (5a, 1) die Form Resal, in der Sequenz Anal. VIII, Nr. 114 durch Änderung von Repellatur in Depellatur die Form Desal rekonstruiert.

97. De sancta Clara.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Signiferi discipula,
Christi novella plantula
Horto floret ecclesiae,</p> | <p>1 b. Sumpto sacco cum cordula
Pedes nudat iuencula
Clara, tonsa caesarie.</p> |
| <p>2 a. Sic corpus absque macula
Sub dura premit ferula
Sumptis armis militiae,</p> | <p>2 b. Christi scandens in specula
Hostis propellit iacula,
Fortis manens in acie.</p> |
| <p>3 a. Nondum nata
Matri promittitur
Clara proles
mundum illuminans.</p> | <p>3 b. Crucifixus
matrem adloquitur
Metum mortis
prorsus eliminans.</p> |
| <p>4 a. Lumen clarum claruit
Clara claro genere,
Cui mundus sorduit;</p> | <p>4 b. Christum clarum docuit
Mente clara gerere,
Per quem clare splenduit.</p> |
| <p>5 a. Crucifixo
Clara compatitur,
Carni suae
compati nesciens,
Cuius clavis
mente transfigitur.</p> | <p>5 b. In adversis
nunquam concutitur,
In amore
semper proficiens,
Cuius morte
mors nostra moritur.</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>6 a. Humo nudo virgo pura
Utitur pro lectulo,
Panis artus cibus, aqua
Saepe fit pro poculo.</p> <p>7 a. Barbarorum
fugatur feritas,
Dum ad Christum
orans convertitur.</p> <p>8 a. Oleum de caelo datur,
Clarae proles admiratur
In tanto miraculo;</p> <p>9 a. Miros actus
dignos memoria
Christus probat
crebris indicis;
Vivens in hac
saeculi scoria,</p> <p>10 a. In hoc mundi discrimine
Manum extende pauperi,
Ne cadat in certamine,</p> | <p>6 b. Signis multis illustratur
Vivens in hoc saeculo,
Morbus omnis effugatur
In crucis signaculo.</p> <p>7 b. A me, inquit
aeterna veritas,
Quidquid petis,
pie conceditur.</p> <p>8 b. Christi virtus innovatur,
Dum panis multiplicatur
In famis articulo.</p> <p>9 b. Iuncta Christo
potitur gloria,
Caelestibus
stipata liliis
Hostis saevi
facta victoria.</p> <p>10 b. Ut sic tuo munimine
Liber a portis inferi
Fruat aeterno lumine.</p> |
|---|---|

Grad. ms. Franciscanum saec. 14. Cod. Graecen. 36. — 9a, 5 sq. in hoc saeculo.

98. De sancta Clara.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Thronus novus fabricatur,
Clara Deo consecratur,
Gloriose decoratur
Manu sapientiae.</p> <p>2 a. In hoc throno septem stellae,
Septem dona sunt puellae,
Quae sic clarae cordis cellae
Dedit Christi spiritus.</p> <p>3 a. Venus, donum pietatis,
Tantae fecit libertatis
Claram, quod se paupertatis
Totam fecit famulam.</p> <p>4 a. Mercurio resplendit,
Consilium qui exprimit,
Quod prudenter tenuit
Contra mundi fraudem.</p> | <p>1 b. Haec est thronus Salomonis,
Quem ornavit suis donis
Ac replevit multis bonis
Christus, rex clementiae.</p> <p>2 b. Haec Saturno decoratur,
Per quam stellam declaratur
Timor, per quem adoratur
Christus, Dei filius.</p> <p>3 b. Fortitudo signat Martem,
Qui sic Claram fecit fortem
Quod necavit vitae mortem
Per cordis constantiam.</p> <p>4 b. Luna lucet intellectus,
Quo dirigitur affectus
Clarae, quod sic est erectus,
Quod non sentit labem.</p> |
|---|--|

- | | |
|---|---|
| <p>5 a. Sapientia vocatur
Donum summum, quod signatur
Sole, quo illuminatur
Sanctae Clarae ratio,</p> | <p>5 b. Quod tam pure speculatur
Clare Deum et sectatur,
Quod in ipso quietatur
Clarae cogitatio.</p> |
| <p>6 a. Per hoc donum patris candor,
Spiritus ac verbi splendor,
Per columnas ordinatam
Domum sibi decoratam
Clarae fecit spiritum.</p> | <p>6 b. Columnis septem roboratur
Clarae domus et ornatur.
Per hocclare claruit,
Quod virtutum habuit
Sacrum septenarium.</p> |
| <p>7 a. Nunc in caelis collocatur,
Deum trinum contemplatur,
Nunc amore amplexatur
Iesum, in quo delectatur
Clara sine taedio.</p> | <p>7 b. Clara, mater claritatis,
Tecum lumen Deitatis
Corde puro videamus
Et in ipso gaudeamus
Amoris incendio.</p> |

Sequent. ms. S. Georgii Villingensis saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo. 3. —
Mit Melodie.

99. De sancta Clara.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Sidus clarum
Fulget, decus inclusarum,
Virgo Clara.</p> | <p>1 b. Praemonstratur
Nascitura orbi terrae
Lux futura.</p> |
| <p>2 a. Fune cincta, calceo
Carens, cibum triduo
Non sumebat.</p> | <p>2 b. Christus illi filiae
De capsamirifice
Respondebat.</p> |
| <p>3 a. Certa caeli gaudio
In mortis articulo
Christum cernit.</p> | <p>3 b. Ipsam hora transitus
Maria cum virginibus
Circumstetit.</p> |
| <p>4 a. Quinquaginta prandio
Dominas dimidio
Pascit pane.</p> | <p>4 b. Hac orante subito
Adimpletur oleo
Vas inane.</p> |
| <p>5 a. Febres, vocem, furiam,
Hydropisin, fistulam,
Aurem, latus, maculam
Cruce curat.</p> | <p>5 b. Curat daemónicos,
Lupi raptos parvulos
Reddunt, claros oculos
Caeco donat.</p> |
| <p>6 a. Plura his et alia
Facit mirabilia
Ista virgo
beatissima.</p> | <p>6 b. O Francisci plantula.
Tu pro nobis sedula
Precare Christum
per saecula.</p> |

Grad. ms. Franciscanum Monacen. saec. 14/15. Clm. Monacen. 8710. A. —
Miss. ms. Frisingense saec. 14. Clm. Monacen. 23054. B. (— Sequent.
ms. S. Georgii Villingensis saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo. 3. C. — 2 a, 1
calceis A, calcia B. — 2 b, 1 isti C. — 4 b, 1 Hanc A. — 5 a, 2 Hydropilim
AB. — 6 a, 3 Ista fehlt A; Ista fuit virgo B. — 6 b, 2 Tuum C. — Melodie:
Laetabundus.

100. De sancta Clara.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Laetabundus
Exsultet fidelis chorus
Die isto,</p> | <p>1 b. Nam in regno
Claritatis regnat Clara
Iuncta Christo.</p> |
| <p>2 a. Quae, priusquam generata,
Caelitus est nominata,
Res miranda;</p> | <p>2 b. Mundo nata parvula
Clarissis claret actibus
Sicut stella.</p> |
| <p>3 a. Haec Franciscum imitat,
Opibus renuntiat
Voce clara:</p> | <p>3 b. Sicut Christus docuit,
Paupertatem tenuit
Pari forma.</p> |
| <p>4 a. Orat, Christus loquitur,
Gens perfida pellitur,
Carne sumpta.</p> | <p>4 b.
.
.</p> |
| <p>5 a. Pane turbam satiat,
Oleum multiplicat.
Membra sanat languentia
Sive caeca.</p> | <p>5 b. A regina visitatur,
Transitura palliatur,
Virginibus sociata
Fit praedicta.</p> |
| <p>6 a. Ora pro populo,
Precare pro clero,
Ne quem seducat
gens misera.</p> | <p>6 b. Fac nos frui polo,
Clara, [Iesu] Christo,
Quem genuit
puerpera.</p> |

Cant. ms. Vissegradense saec. 15. Cod. Capit. Vissegraden. Cc η. — 1 a, 3 ista. — 3 a, 1 imitatur. — 3 a, 2 Renuntiat opibus. — 5 b, 3 Virginum consortio. — 6 a, 3 quem ducat. — 6 b, 4 puerpera sancta. — Melodie: Laetabundus.

101. De sancto Corentino.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Septem sanctos veneremur,
Et in illis admiremur
Septiformem gratiam,</p> | <p>1 b. Qui perversos converterunt,
Quo repleti repleverunt
Dogmate Britanniam.</p> |
| <p>2 a. His praefulsit Corentinus,
Consecravit quem Martinus
Praesulem Cornubiae;</p> | <p>2 b. Cuius vita quantum digna,
Quam insignis, probant signa
Vivi fontis hodie.</p> |
| <p>3 a. Quem Paternus, Maelocus,
Visitatur dum hic locus,
Admirantur nimium;</p> | <p>3 b. Stupent simul et de vino
Statim dato Corentino
Et de casu piscium.</p> |
| <p>4 a. Caesus piscis integratur,
Rex de pisce satiatur,
Et piscis non moritur.</p> | <p>4 b. Viso signo tantae rei
Rex adorat virum Dei,
Donum grande sequitur.</p> |

- | | |
|---|--|
| 5 a. Christi nomen exaltatur,
Fides sancta dilatatur
Frequenti miraculo. | 5 b. Guingualous et Tudinus
Gaudent, quod sol matutinus
Sic eluxit populo. |
| 6 a. Argumenta sanctitatis
Corentini patent satis
Post mortem magnalia: | 6 b. Aperitur clausa manus,
Furtum reddit et fit sanus
Latro de Leonia. |
| 7 a. Captus arca liberatur,
Vinum monachis servatur,
Sicut Turonis testatur,
Neque hibit aemulus. | 7 b. A Britannis dum portatur
Sacrum corpus, imber datur,
Trabes cadit, nec damnatur
Paries vel populus. |
| 8 a. Ergo Deo laus solvatur,
Per quem sanctus revelatur,
Peregrinus gratulatur,
Dum, quod petit, impetratur
Corentini gratia. | 8 b. Trine Deus in personis,
Huius prece nos cum bonis
Tuis tuos dona donis
Et corona nos coronis
Sanctorum in gloria. |

Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?]. A. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. B. — 1 b, 2 Qua B. — 8 b, 2 Cuius AB.

102. De sancto Cornelio.

1. Honor et gaudium, Nostrum refugium, Corneli,

- | | |
|---|---|
| 2 a. Ferto subsidium,
Vitae solacium,
Corneli. | 2 b. Custos humilium,
Fias remedium,
Corneli. |
| 3 a. Per hoc exsilium
Esto praesidium,
Corneli. | 3 b. Tolle naufragium,
Confer suffragium,
Corneli. |
| 4 a. Simul Cyprianum
Et oramus pium,
Corneli, | 4 b. Poscat ut Dominum
Nobis propitium,
Corneli. |
| 5 a. Solve servulorum
Vincula tuorum,
Corneli, | 5 b. Laus celsa polorum,
Cum prece plorum,
Corneli. |

Miss. ms. S. Cornelii. *Cornelien. saec. Cod. Parisin. 16823.*



103. De sancto Cyrico.

1. Alleluia,

- | | |
|--|---|
| 2 a. Deus quoniam
magnus prae cunctis exstat; | 2 b. Ergo nunc nostra
laudant illi pectora. |
| 3 a. Nulla enim cithara
nec ullius voce melodia
valet pandere illi grata
famina, | 3 b. Sed laus eius terrea
est nil iam a voce angelica
illi habita in perenni
gloria. |
| 4 a. Quenam lingua
septem valet illa
solvere signacula, | 4 b. Quae Christo cantant
centum quadraginta
quatuorque milia? |
| 5 a. Sine semine Maria
illum genuit puerpera, | 5 b. Qui paterna vi unica
supera tenet et infima. |
| 6 a. Isdem pietate non modica
dedit signa,
per quae perdita
donaremur citissime patria. | 6 b. Novum protulit vobis ba-
ptisma,
quo renata
mentis lumina
proveherentur [summa] ad
aethera. |
| 7 a. Haec est via, vita,
veritas,
cuius teneamus
vestigia. | 7 b. Haec nam sunt praecepta
intima,
quae nos deducant ad
sublimia. |
| 8 a. In tantum caritas
caelica
nos dignos praestat
ad sua beneficia, | 8 b. Ut cruce territa
propria
piaret membra,
quo manerent siderea. |
| 9 a. Ex quo vita subducta
voluit nostram sepulturam
habere sibi sociam; | 9 b. Surgens die tertia
concessit nobis licentiam
resurgendi ad gloriam, |
| 10 a. Scaudit et clara
caelorum [ad alta],
Quo libere haberes viam
ad aeterna
palatia, | * * * 10 b. Quo se nobis pius cedit
famulari
per saecula
Et nos in sua
transfundat viscera |

11. Benigua.

Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449 A. — Antiph. et. Grad. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. Acq. 1235. B. — Die Melodie (nach dem Schema „Quoniam Deus maior“ vgl. „Alme Deus cui serviunt“, Anal. XL, Nr. 43, und „Promere chorda“, Anal. XL, Nr. 289) bietet A in Neumen, B in Notenschrift. — 3 b, 2 ad voce A. — 3 b, 3 in perenni stört die Endassonanz; 1. aeterna? habitant A. — 6 b, 2 quare nata AB. — 6 b, 4 proveheretur AB. — 10 a, 4 aeternam B. — Inhaltlich nimmt die Sequenz auf den hl. Cyricus gar keinen Bezug.

104. De sancto Cyrico.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Puer natus est Cyricus,
Cuius ordo caelicus
Laudat puerperia; | 1 b. Vere puer, Deum verum
Christum sequens puerum
Senex in infantia. |
| 2 a. Miro modo legem docens,
Nocentibus innocens,
Praedicans caelestia, | 2 b. Nondum iuventutis flore,
Immo lactis tempore
Tractus ad supplicia. |
| 3 a. Infans vir Israelita,
Cuius genetrix Iulitta
Nobilis, propitia, | 3 b. Dogma promens spiritale
Natum trahit ad natale
Morte Christi praevia. |
| 4 a. Cuius mors Cyrici vita,
Dum per mortem intrat ita
Vitae natalitia. | 4 b. Ante tempus meritorum
Dies lactis, dies florum
Fructus ferunt praemia. |
| 5 a. Felix mater, felix natus,
Non timentes cruciatus,
Sed pro fide Christi bella | 5 b. Sustinendo patientes,
Patienter sustinentes
Famem, frigus et flagella, |
| 6 a. Tandem mortem pretiosam;
Ita Christus rosa sertam
Legit ad caelorum sertam. | 6 b. Ecce, nunc tempus rosarum,
Ut ad gloriam earum
Nos invitet fides certa. |
| 7 a. O felices, o beati,
Qui pro Christo passo pati
Meruerunt talia: | 7 b. Ignem, ferrum, diversorum
Exquisita tormentorum,
Ad mortem flagitia! |
| 8 a. Sacramentis nondum novis
Istos signant agnus ovis
Eorumque victima. | 8 b. Iste puer martyr magnus
Quasi legis sacer agnus
Die quarta decima. |
| 9 a. Item iuxta legis foedus
Istum caesus signat boedus,
Istam rufa vitula; | 9 b. Agnus figurabat Christum,
Christus agnum fecit istum,
Agnum sine macula. |
| 10 a. Hic agnus occiditur,
Qui cum ove sequitur
Agnum ante saecula; | 10 b. Sic currunt ad bravia,
Quorum haec sollemnia
Recolit ecclesia. |

11. Eorum constantia
Gratiam cum gloria
Nobis praestet, Alleluia.

Antiph. et Grad. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. add. saec. 14. A. — Miss. Nivernense imp. Parisiis 1490. B. — 1 a, 2 caelitus B. — 1 a, 3 puerperium B. — 1 b, 1 verum Deum B. — 1 b, 3 ab infantia B. — 2 b, 1 Nundum A. — 3 b, 3 More A. — 5 a, 1 natus B. — 8 a, 1 mundum A. — 8 b, 1 mater magnus B. — 9 a, 2 signant B. Melodie: Per unius casum grani.

105. De ss. Cyrico et Iulitta.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Veni, Christe, caelitus
Et emitte spiritus
Sancti tui radium; | 1 b. Per horum suffragia,
Quorum sunt sollempnia,
Da nobis auxilium. |
| 2 a. Iusta lege mutui
Vivunt pro te mortui
Cum sorte viventium; | 2 a. Caeli lege perfrui
Tradidit exigui
Temporis martyrium. |
| 3 a. In agone positi
Tormentis expositi
Manibus nocentium; | 3 b. Nec horrorem carceris
Nec cuiusque generis
Timuerunt gladium. |
| 4 a. Isti pro te, Domine,
Et pro tui nomine
Passi sunt exitium; | 4 b. Fortes tui milites
Paupertate divites
In regno caelestium. |
| 5 a. O vos testes Domini,
Vocare dignemini
Hoc nostrum consortium | 5 b. Ad virtutis meritum,
Ad salutis exitum,
Ad perenne gaudium. |

Miss. Morinense imp. Rothomagi 1516. A. — Miss. Morinense imp. Rothomagi 1523. B. — Melodie: Veni sancte spiritus.

106. De sancto Dagoberto.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Hic est contemptor regnorum
Vel delicti mundanorum,
Qui fulget inter sanctorum
Beata collegia; | 1 b. Hic regalis genitura
Mundum sprevit, peritura
Linquens, sperans perman-
sura
Paradisi gaudia. |
| 2 a. Ad Cale monasteria
Traditur ab infantia,
Eruditur scientia,
Spiritali gratia; | 2 b. Eruditur, lucem dedit,
Quasi stella lumen edit,
Deum timet, Deum credit,
Dans legis iudicia. |
| 3 a. Inde Remis vocitatur,
Semen spargit, exoratur
Ad plebis subsidium; | 3 b. Semen sanctum manu satum
Fructum dat, multiplicatum
Per Dei iudicium |
| 4 a. Hinc ad patres remeavit
Ac devotus visitavit
Sanctum Dionysium; | 4 b. Hic pristinae menti datus
Est vir quidam insensatus
Per sancti suffragium. |

- | | |
|---|--|
| 5 a. Rotomagum visitatur,
De feodo disceptatur,
Iudicium retardatur,
Sed confestim comprobatur
Iniqui iudicium. | 5 b. Sancto preces effundente,
Deo sedes evertente,
Ruunt consternata mente,
Sic luduntur et repente,
Dei providentia. |
| 6 a. In Frisia conversatus
Audit duros ululatus
Captivorum, quos ligatus
Ferri stringit duplicatus
Et famis angustia. | 6 b. Servus missus sceptrum gerit,
Sceptro regis claustra ferit
Et captivos mox eiecit,
Quisque domum suam quaerit
Cum magna laetitia. |
| 7 a. Rex venari cupiens
Silvam petit gradiens,
Quae vocatur Vipria; | 7 b. Dum venantur servuli,
Iuxta ripam rivuli
Tendit rex ad somnia. |
| 8 a. Dormitans in latebris
Caelum videt, celebris
Ad quod ire nititur; | 8 b. Audito filiulus
Somnio malevolus
Vano lucro fallitur. |
| 9 a. Hunc orat pro reque
Congaudens pecuniae,
Per verba fallaciae
Tendit rex ad somnium. | 9 b. Mox arrepto gladio
Sanctum ferit histrio,
Hic tali martyrio
Caeli petit solium. |
| 10 a. Corpus terra sublevatur,
Sathanacum deportatur
Ac devote veneratur
Per eius confinia. | 10 b. Martyr Christi praelecte,
Deo placens et perfecte,
Martyrio caelo vecte,
Duc nos ad caelestia. |
11. Ipsum votis collaudemus,
Voce, corde exsultemus,
Ad beati suspiremus
Dagoberti gaudia.

„Ex Codice Satanacensi“ in Alex. Wilthemius S. I., Acta D. Dagoberti, Francorum regis et martyris, Augustae Trevirorum 1653, p. 29. — Cfr. Krusch, Script. rer. Meroving. II, 510. — 4 a, 4 ad partes. — 5 a, 5 iudicium gegen den Reim. — 6 a, 4 Ferri stricti.

107. De sancto Dionysio.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Salve, pater Dionysi,
Lux et decor paradisi,
Laus et decus Galliae; | 1 b. Praeco vitae, tuba caeli,
Fax amoris, fornax zeli,
Fons et flumen gratiae. |
| 2 a. Cleri iubar et acumen,
Flos. speculum et cacumen
Sapientum Graeciae, | 2 b. Mente legens caeli numen
Ut aquila solis lumen
Non aversa facie. |

- | | |
|---|--|
| 3 a. Tu transcendens hominem
Claritate spiritus, | 3 b. Elucidans ordinem
Caelestis exercitus. |
| 4 a. Tu Seraphim caritatis
Sitim et incendium, | 4 b. Tu Cherubim claritatis
Investigas radium. |
| 5 a. Tu thronorum firmitatem,
Tu distinguens dignitatem
Assignatam ceteris, | 5 b. Vim, naturam, puritatem,
Opus, motum, potestatem
Excellenter disseris. |
| 6 a. Ergo, rosa gloriosa,
Binis cum sodalibus | 6 b. Fer devota nostri vota
Clemens in caelestibus, |
| 7 a. Ut, qui tui passionem
Veneramur et agonem
Vernantis victoriae, | 7 b. Contemplemur post laborem
Fructum ventris, caeli florem,
Christum, regem gloriae. |

Miss. ms. Sandionysianum saec. 14. Cod. Parisin. 1107. A. — Miss. ms. Magdeburgense (Alberti Card. Brandenburgeni.) anni 1524. Cod. Palat. Schafnaburgen. Ms. 10. B. — Miss. Magdeburgense imp. Lubecae. 1480. C. — Miss. Magdeburgense imp. Magdeburgi 1486. D. — Miss. Magdeburgense imp. Magdeburgi 1497. E. — Miss. Magdeburgense imp. Nurembergae 1503. F. — 3b, 1 Elucidas A. — 4b, 1 u. 2 fehlen B—E. — 6b, 1 Per BD. — A bietet die Melodie.

108. De sancto Dionysio.

1. Summi regis ierarchia Gratulatur, freta pia Electorum gloria.

- | | |
|---|--|
| 2 a. Lux e luce graditur,
Dum pacis granum labitur,
Nitor Dionysii; | 2 b. Qui errore cutitur,
Athenis ritu volvitur
Frequens in gentilium. |
| 3 a. Arte peritus physica,
Vana colens idola,
Ignotum Deum asserens,
Quem fide nondum ceperat, | 3 b. Pauli erectus dogmate,
Sacro unctus pneumatē,
Profanum cultum respuens
Et Christum palam prae-
dicat. |
| 4 a. Teritur miraculo
Philosophantium acies,
Solutus a piaculo
Fit praesul amantissimus. | 4 b. Sistitur martyrio
Praefecti minas perferens,
Adiectis et sodalibus
It laetus ad tripudia. |

- | | |
|--|--|
| <p>5 a. Decollato capite,
Viribus reductis
Caelitus angelicis-
Que circumvallatus moeniis
Rutilat prodigio</p> | <p>5 b. Revelato corpore
Valido meatu
Properat Parisius,
Quo solemnizatis laudibus
Residet magnificus.</p> |
| <p>6 a. Qui bene sanat languidos,
Cum caterva inclita
Plura fert remedia</p> | <p>6 b. Et reos placat hilaris,
Angelorum agmina
Cui dant obsequia.</p> |
7. Cuius intercessio
Operetur, ut remissio
Nobis donetur scelerum.

Grad. ms. Schaeftlariense saec. 15. Clm. Monacen. 23026. — Mit Melodie.
— 2b, 1 errorem.

109. De ss. IV Doctoribus Ecclesiae.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Voto cordis melos demus,
Congaudentes decantemus
Doctorum laudes inclitas.</p> | <p>1 b. Hi lucernae sunt ardentes,
Quae perducunt gradientes
Per scripturarum semitas.</p> |
| <p>2 a. Gregorius, vir facundus,
Verbo dulcis, vita mundus,
Formam hominis tenuit.</p> | <p>2 b. Ambrosius, leo fortis,
Magnatorum nunquam mortis
Metu peccata tacuit.</p> |
| <p>3 a. Ieronymus, bos secure
Gradiens, vias scripturae
Solidissimas docuit,</p> | <p>3 b. Super omnes Augustinus,
Alta petens vir divinus,
Vultum aquila e meruit.</p> |
| <p>4 a. Nubes caeli, rore plenae,
Sal terrae, lux mundi, venae
Totius sapientiae,</p> | <p>4 b. Nos a culpis expiari
Procuretis et post dari
Choris caelestis patriae</p> |

5. In sempiterna requie.

Miss. ms. Franciscanum Amstelodamen. anni 1531. Cod. Weerten. F a 7.
A. — Miss. S. Martini Maioris Monasterii imp. Turonibus 1508. B. — 1a, 1
Oris vocis melos B. — 1b, 2 reducut A, procedunt B. — 2a, 3 Hominis
vultum habuit B. — 2b, 2 Ut Elias nunquam B. — 2b, 3 vitia tacuit
B. — 3a, 3 Solidissime tenuit B. — 4b, 2 Faciatis B. — In B angewandt
auf das Fest des hl. Ambrosius. — Interessant ist, dafs die 4 Symbole der
Evangelisten hier den 4 Kirchenlehrern zugewiesen werden.

110. De ss. IV Doctoribus Ecclesiae.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Plebs fidelis,
Plaude melis,
Ut in caelis
Resonet</p> | <p>1 b. Laus de bono
Dei dono
Nec a sono
Dissonet.</p> |
|---|--|

- | | |
|--|--|
| 2 a. Nam latria
Tunc est pia,
Cum haec tria
Consonant : | 2 b. Mens cum ore,
Os cum more,
Manus horae
Resonant. |
| 3 a. Sed doctores,
Morum flores,
Immo mores
Proprie, | 3 b. Sunt in caelo,
Nunc in melo
Pari zelo
Gloriae. |
| 4 a. Gregorius
Eximius
Gaudet prius
Merito | 4 b. Et proprius
Vicarius
Cultu pius
Inclito. |
| 5 a. Huic vicinum
Augustinum
Ius divinum
Tribuit | 5 b. In gloria.
Quare? Quia
Per praemia
Meruit. |
| 6 a. Loco trino
Augustino
Pro divino
Munere | 6 b. Ambrosius
Egregius
Fit socius
Foedere. |
| 7 a. Pro mercede
Est in aede
Caeli sede
Civium | 7 b. Jeronymus
Sanctissimus
Nec minimus
Omnium. |
| 8 a. Ex doctrina
Quorum bina
Lex divina
Panditur, | 8 b. In agone
Vitae bonae
Ac sermone
Legitur. |
| 9 a. A praedictis
Pro delictis
Nunc velitis
Veniam | 9 b. Impetrare ;
Volunt dare
Prece pare
Gratiam. |
| 10 a. Et ideo
Suadeo,
Ut a Deo
Gloriam | 10 b. Reportemus,
Hos rogemus
Ac laudemus
Etiam. |

Miss. Noviomense imp. Rotomagi 1506. — 1 a, 2 melos. — 1 b, 1 de sono. — 1 b, 3 a bono. — 2 b, 2 Quorum more. — 4 a, 3 primus. — 9 a, 3 Nunc satage. — 9 b, 2 Quam et voluit dari. — 9 b, 3 pari. — 9 b, 4 Gratia.

III. De ss. Dominico, Petro, Thoma.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Ad honorem trinitatis
Refolget seraphicus
Triplex splendor caritatis
In mndo mirificus: | 1 b. Adest dux Praedicatorum,
Orbis lux, Dominicus,
Petrus martyr, norma morum,
Thomas, doctor caelicus. |
| 2 a. Multorum, ut Abraham,
Pater hic probatur,
Innocens ut Isaac
Alter immolatur,
Hic videns ut Israel
Deum contemplatur. | 2 b. Ore trium testium
Veritas firmatur,
Sic fides credentium
Per hos tres fundatur,
Per quos demum fallacium
Haeresis damnatur. |
| 3 a. Dominicum caritas
Eminens ornavit,
Martyrii dignitas
Petrum laureavit,
Doctrinae sublimitas
Thomam decoravit. | 3 b. Hos tres duplex titulus
Honoris ditavit,
Dum doctrinae rivulus
Ex his emanavit,
Delibatus flosculus
In eis fragravit. |
| 4 a. Hic [est] vir aethereus,
Fervens praedicator,
Alter fortis clipeus,
Fidei zelator,
Hic errorum malleus,
Legis declarator; | 4 b. Ille primicerius,
Pauperum fundator,
Signorum egregius
Alter operator,
Augustino tertius
Compar illustrator. |
| 5 a. Trino teste caelitus
Fides roboratur,
Aqua, sanguis, spiritus
Dum nobis donatur,
Tribus his divinitus
Mundus reparatur; | 5 b. Spiritus eloquii
Dominico datur,
Sanguine martyrii
Petrus decoratur,
Aquis sacri studii
Aquinus rigatur. |
| 6 a. Pie pater, influe
Ignem caritatis,
Petre, nobis tribue
Spem securitatis,
Thoma, tu nos instrue
Luce veritatis. | 6 b. Vos, qui iam in aethere
Cum Christo regnatis,
Curetis eripere
Nos hic a peccatis
Et tandem conducere
Civibus beatis. |

[Collectan. Praedicatorum] imp. Venetiis (de Soardis) 1516. — Das Buch hat keinen Titel; v. Panzer X, 44, n. 799 b. — 2b, 5 fallax. — 3b, 5 Deliberatus; l. delicatus? — 3b, 6 flagravit. — 5b, 1 eloquium.

112. De sancto Domitiano.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Confessorum regi, Christo,
Grex iustorum die isto
Laudum det praeconia. | 1 b. Domitorem vitiornm,
Domus civem superuorum
Celebret ecclesia. |
| 2 a. Qui Gallorum doctor sanus
Dictus est Domitianus
Mundi domans vitia; | 2 b. Clara stirpe procreatus,
Vita, fide decoratus
Christi fulsit gratia. |
| 3 a. Ad honorem praesulatus
Et Traiecto postulatns
Functus sacerdotio | 3 b. Terram lustrat vir iusignis,
Gentem salvat, splendet signis,
Novae lucis radio. |
| 4 a. Turbam pascit egenorum
Pius pater orphanornm
Probatns per omnia. | 4 b. Deo preces offert inges,
Fundit imbres, confert fruges,
Vitae victualia. |
| 5 a. Ex virtute deitatis
Reddit tutae sanitatis
Languidis remedia. | 5 b. Visitans Aurelianum
Perversorem, dogma vanum
Depulit a patria. |
| 6 a. Emeudatos cbristianos,
Confirmatos, fide sanos,
Durat ex perfidia. | 6 b. Horum mundum disciplina
Docens replet et divina
Spiritus clementia. |
| 7 a. Anguem fugat venenatum
Vulnus sanat vulneratum
Daemonis astutia | 7 b. Fontem facit salutarem,
Laudem fugit saecularem
Humilis constantia. |
| 8 a. Servus prudens et fidelis
Consolatus est de caelis
Dei providentia. | 8 b. Pane vivo confortatus
Carne liber est translatus
Ad sanctorum gaudia. |
| 9 a. Corpus digne tumulatur,
Salus aegris reparatur
Peste pressis varia. | 9 b. Hic in cunctis clemens, bonus
Pastor gregis et patronus
Colitur cum gloria. |
| 10 a. Saucte praesul et confessor,
Heres Christi et consessor,
Sis pro nobis intercessor
Ad aures clementiae. | 10 b. Plebis decus cbristiana,
Nostra spes, Domitiane,
Fac nos vitae pasci pane
Cum colonis gloriae. |

Miss. ms. Beckense (Leodiense) saec. 15. Cod. Bruxellen. 3782. A. — Miss. Leodiense imp. Delf ca. 1485. B. — Miss. Leodiense imp. Parisiis 1499. C. — Miss. Leodiense imp. Spirae 1502. D. — Miss. Leodiense imp. Parisiis 1513. E. — Miss. Leodiense imp. Parisiis 1515. F. — Miss. Leodiense imp. Parisiis 1523. G. — Miss. Leodiense imp. Parisiis 1527. H. — Miss. Leodiense imp. Parisiis 1540. I. — 6 b, 1 Morum mundum B. — 7 b, 1 Montem A. — 10 a, 2 et confessor A — I.

113. De ss. VII Dormientibus.

- | | |
|---|---|
| 1 a. In peccatis qui dormiunt,
Sese male sepeliunt;
Sed surgunt ad merita, | 1 b. Qui dormiunt et in Christo,
Simul surgent et cum isto
Cum stola pollicita. |
| 2 a. Ut cum istis resurgamus,
Dormientibus psallamus
Maioris Monasterii, | 2 b. Qui Martini, Deo cari,
Consanguinitate pari
Fuerunt stirpe socii. |
| 3 a. Quibus avus Florus fuit,
Rex Hunnorum, sed claruit
Martinus Turonia; | 3 b. Clarus stirpe, discipulis.
Clarus fide. miraculis,
Clarus et per omnia. |
| 4 a. Hi virgines permanserunt,
Pauperibus disperserunt
Venundantes propria; | 4 b. In patria eremitae,
Illuxerunt luce vitae,
Sed spreverunt omnia. |
| 5 a. Post Martini consilio
Peregrini quinquennio
Herbis et nudis pedibus | 5 b. Ad Martinum redierunt,
Loco dicto se clauserunt
Cunctis despretis opibus. |
| 6 a. Hos Martinus ordinavit
Et altare consecravit
Positis reliquiis, | 6 b. Peregrini quas tulerant,
Quo soluti usi erant
Martini consiliis |
| 7 a. Martinus sciens obitum,
Post ad ipsos nec reditum,
Orantes cum fletibus | 7 b. Per cellas fratres [col]legit
Et abbatem his elegit,
Valedicens fratribus. |
| 8 a. Sub eo bis octo annis,
Sub abbate quinque lustris
Septem vixerunt una. | 8 b. Septem terra sic lucebant,
Septem caelo ut splendebant
Plyades et ut luna. |
| 9. Sint per Gaudentem gaudia,
Per Cyriacum venia
Detur et innocentia
Innocentis prece pia. | |

Miss. S. Martini Maioris Monasterii imp. Turonibus 1508. — Titel:
„De 7 dormientibus apud Monasterium quiescentibus.“ 6b, 1 tulerunt. —
6b, 2 uti erant.

114. De ss. VII Dormientibus.

1. Hos saepius visitavit
Martinus et confortavit
Morte iam deposita.

- | | |
|--|--|
| <p>2 a. Ad hos nocte dominica,
Transitus sui crastina,
Apparuit item ita</p> | <p>2 b. Dicens: phalanx angelica
Reddet in die crastina
Vobis secundum merita.</p> |
| <p>3 a. Viatico paremini,
Cras egrediemini
De carnis ergastulo.</p> | <p>3 b. Labem carnis ut nescitis,
Sic nec caro erit tristis
In mortis articulo.</p> |
| <p>4 a. Cuius dicta sunt completa,
Nam, ut dixit, venit laeta
Civium caeli contio,</p> | <p>4 b. Quae odoris fraglantia
Replevit cellam nimia
Septem dierum spatio.</p> |
| <p>5 a. Qua aegroti sunt sanati,
Venientes et allati.
Hi data eucharistia</p> | <p>5 b. In prece se prostravere
Et ibi obdormivere
Recipientes praemia.</p> |
| <p>6 a. Facies horum virore
Ita erant speciosae,
Vivi semper aestimati,
Ut solebant, sunt vocati
Per septem sedilia.</p> | <p>6 b. Ligari fugit calculo
Velut saburra pontica.
Eorum morte mystica
Quod fecit Deus populo
Miraculorum milia.</p> |
| <p>7 a. Siquis adhuc mente digna
Quaerat, illis digne digna
Mox sentiet suffragia,
Horum quae pro memoria
Dabit Dei clementia.</p> | <p>7 b. Octava die Bricius
Cum monachis honestius
Et clericis, quos vocavit,
Sicut nunc sunt, tumulavit,
Cum sint in caeli gloria.</p> |
| <p>8 a. <i>Clemens</i> Dei clementiam
Impetret, <i>Primus</i> gratiam
Atque <i>Laetus</i> laetitiam,
<i>Theodorus</i> laudem diam;</p> | <p>8 b. Sint per <i>Gaudentem</i> gaudia,
Per <i>Cyriacum</i> venia
Detur et innocentia
<i>Innocentis</i> prece pia.</p> |

Miss. S. Martini Maioris Monasterii imp. Turonibus 1508. — 5 b, 2 obdormire. — Diese und die vorhergehende Sequenz bilden sichtlich ein Ganzes; überdies ist die letzte Halbstrophe (8 b) als Abschluss für die vorhergehende Sequenz verwertet. Weil aber liturgisch die Dichtung in zwei Sequenzen zerlegt ist, habe ich sie in dieser zerlegten Form belassen. — Überschrift: „Alia prosa.“

115. De sancte Dorothea.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. In vestitu deaurato
Carnis pallio sublato
Procedit Sion filia.</p> | <p>1 b. Non formidat vulnerari
Sponsum quaerens amplexari
Dilectum super milia.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|---|
| <p>2 a. Quem quaesitum per plateas
Inter virginum choreas
Vidit legentem lilia.</p> | <p>2 b. Intrat laeta sponsi thorum
Per phalangas angelorum
Petens amoris osculum.</p> |
| <p>3 a. Qui sub sceptro maiestatis
Sponsae regnum claritatis
Dat nuptiale dosculum,</p> | <p>3 b. Falce mortis ex hoc imo
Virescenti floris tymo
Iungens recisum flosculum.</p> |
| <p>4 a. Vis amoris, quam affecit,
Expectanti non defecit,
Pulchrae Rachelis facies.</p> | <p>4 b. Fracto carnis alabastro
Fit vicina solis astro
Post hiemales glacies.</p> |
| <p>5 a. Quam dum poenis praeses
pressit,
Ordinata non abscessit,
Stans ut castrorum acies.</p> | <p>5 b. Haec Theophilum armavit
Floribus et malis, lavit
Erroris a vesania,</p> |
| <p>6 a. Et sorores revocavit,
Christo reconciliavit
Meditantes inania.</p> | <p>6 b. Simul in conspectu throni
Stant et vident fontem boni
Iam Deum per essentiam.</p> |
| <p>7 a. Virgo clemens, serva gentem
Tuas poenas recolentem,
Funde precum frequen-
tiam,</p> | <p>7 b. Ut persuasu Thecutis,
Manu fortis, corde mitis,
Mortis laxet sententiam.</p> |
| <p>8 a. Transfer nos ad supernorum
Festos, choros angelorum,
Prata semper virentia;</p> | <p>8 b. Fluctuantes duc ad portum,
Sponsi pande nobis hortum
Et poma redolentia,</p> |
9. Ipsum tecum ut ludentem
Contemplemur, disponentem
Rerum causas et entia.

Miss. ms. Pataviense saec. 14. Cod. Florian XI 388. — Die Schlussverse der Halbstrophen reimen stets je 3 Mal. Eine Ausnahme macht der Reim auf „ia“ in 5 b, 3 und 6 a, 3, der nur 2 Mal erscheint; ob also dort eine Halbstrophe fehlt? — Am Schluss ist Strophe 8 b nochmals repetiert,

116. De sancta Dorothea. †

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Mittit ad virginem
Sanctam Dorotheam,
Ut pulchritudinem
Atque aureolam
Tyrannus impius</p> | <p>1 b. Forti subripiat
Cum violentia;
Ut hanc eripiat,
Dei clementia
Astat propitius.</p> |
|--|--|

- | | |
|---|---|
| <p>2 a. Natura stimulat
Malum Fabricium,
Fremet et cumulat
Ob hoc supplicium,
Ut hanc alliciat;</p> <p>3 a. Foras eiciat
Mundanum otium,
Ut non despiciat
Castum negotium,
Poenas sustinuit.</p> <p>4 a. Accede, propera,
Insta et supplica
Et nostra munera
Clementer duplica
In caelo et in terra.</p> <p>5 a. Audit et suscipit
Puella canticum,
Quod chorus iam incipit.
Nos caeli anticum
Ingredi rogata</p> | <p>2 b. Superbientium
Terat fastigia,
Vertit Theophilum
Simplex puellula,
Ut haec perficiat.</p> <p>3 b. „Eu,“ inquit, „niteris
Me coinquinare;
Clerum cum ceteris
Glisco adunare;“
Et hoc obtinuit.</p> <p>4 b. Virgo, notario
Poma angelica
In Febuario
Dona et caelia
Transmittens sine guerra.</p> <p>5 b. Consiliarium
Humani generis,
De tuis supplicibus
Servis et liberis
Iugiter cogita.</p> |
|---|---|

Miss. ms. incert. origin. saec. 15. Clm. Monacen. 23274. — 2 b, 4 puella.
— 5 a, 4 Et caeli anticumen nos [!]. — 5 b, 3 De cuius. — Melodie: Die
Mariensequenz gleichen Anfanges.

117. De sancta Dorothea.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Salve, rosa claritatis,
Rivus amplus bonitatis,
Ebur candens castitatis,
Balsamus fragrantiae,</p> <p>2 a. Ecquis te cum tuo grato
Sponso, multum delicato,
Euphonizet coram rato
Vulgo christianico.</p> <p>3 a. Haec est illa virgo clara,
Quae tormenta per amara
Agnum multum in praeclara
Imitatur suppara.</p> <p>4 a. Nam orante, virgo dia,
Scio, quod in ierarchia
Te implorans ac honorans
Situetur caelica.</p> | <p>1 b. Turturea Dorothea,
Quae es cella marmorea,
Tuo <i>δοθίω</i> confer ea,
Quae sunt dona gratiae.</p> <p>2 b. Pangam ergo hanc sonoram
Oram gemmis polituram,
Castam, iustam, quam de-
coram
Referunt graphiligi.</p> <p>3 b. Arem tuam huc inclina,
Hostem, precor, procul miua,
Ne nos fraude hic vulpina
Impellat ad barathra.</p> <p>4 b. Virgo, nobis impetrare
Locum, in quo iubilare
Sponso tibi que sonare
Laudes efficaciter</p> |
|--|--|

5. Simul omnes inclamemus.
Et clamando publicemus.
Nobis hoc det, quo egemus,
Regnat qui perenniter.

Miss. ms. Pragense saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XVI A 12. A. — Miss. ms. Vissegradense saec. 15. Cod. Capit. Vissegraden. V C 7 B. — 2a, 1 Ex quis B. — 3a, 3 Agnum fehlt A. — 3a, 4 supera B. — 4a, 1 orante te A. — 4a, 4 Sitetur A. — 5, 3 det quo fehlt A. — Akrostichon: Stephanus: wohl der Dichter.

118. De sancta Dorothea.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Clara claris
Sata prodit parentibus
Dorothea, | 1 b. Nomen nacta
Haec sancto sanctorum nupta
Per annulum. |
| 2 a. Annis puerilibus
Refulsit virtutibus
Adornata, | 2 b. Valde pulchra facie
Nec cessit ab acie
Castitatis. |
| 3 a. Protestatur angelus,
Summi regis nuntius
Sibi missus, | 3 b. Poma, rosas afferens,
Hanc sororem asserens,
Vita castam. |
| 4 a. Fabricius praefectus
Zelo eius affectus
Hanc optavit; | 4 b. Spretum virgo proiecit,
Christo se patefecit
Desponsatam. |
| 5 a. Hinc ferventis olei
In dolium mittitur
Et [obscur]o] carceri
Mancipatur. | 5 b. Gentilium delubra
Affirmavit sordida
Asserens daemonia
Fore vana. |
| 6 a. Post multa genera,
Quae tulit tenera,
Tormentorum
gravissima | 6 b. Sponsa sponso datur,
Cervix dum truncatur,
Stola clara
trabeatur |

7. Dorothea.

Hymn. et Sequent. ms. Cracoviense (cum commento) anni 1425. Cod. Cracovien. Jagell. 2012. — Mel. offenbar: Laetabundus, wobei 7. das Amen vertritt. — 1b, 2 Haec sancta sanctarum virgo fit.

119. De sancto Edmundo Ep.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Ad honorem summi regis
Vox devoti psallat gregis
Pastoris sollempnia; | 1 b. Sancti praesulis Edmundi
Clara voce laetabundi
Pangamus praeconia. |
|--|---|

- | | |
|---|--|
| 2 a. Quem, dum aetas iuvenilis
Floret, ornat mens seuilis,
Sancta pascunt studia. | 2 b. Hunc adultum spes matura,
Verus amor, fides pura,
Morum vestit gratia. |
| 3 a. Vitas patrum imitatur,
Sanctus sanctis similatur
Meritorum cumulo; | 3 b. Quia Deo famulatur,
Illum Deus veneratur
Intuente populo. |
| 4 a. O laudanda Dei dona,
Fulget virtus in corona
Sanctitatis infula; | 4 b. Tutor factus libertatis
Tutus dormit cum beatis,
Testatur miracula. |
| 5 a. Vita fuuctis et gibbosis
Forma redit et leprosis
Cutis munda corporis; | 5 b. Caecis visus, lingua mutis,
Claudis gressus, vis salutis
Cunctis adest inferis. |
| 6 a. Pastor bone, pastor digne,
Pastor clemens et benigne
Nos tuere subditos. | 6 b. O Eadmunde, nos emunda,
Tua sancta et fecunda
Prece duc ad superos. |

Antiph. et Grad. ms. Vigornienne saec. 13. Cod. Capit. Vigornien. 160. add. saec. 13. ex. — Mit Melodie. — 2a, 2 Floret oru et mens. — 4a, 1 Deo. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

120. De sancto Edmundo Ep.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Plebs fidelis iucundetur,
Et ab ea veneretur
Praesulis memoria | 1 b. Eadmundi, cuius vita
Mundo fuit inaudita,
Odit transitoria. |
| 2 a. Infans natus iam docetur,
Docet, blatrat et medetur
Quosque sapientia. | 2 b. Calet igne, digne castus
Cassat aestus, domat fastus,
Floret inuocentia. |
| 3 a. Vita mundum ad processus
Se salubres dans professus
Iam fit in Cistercio. | 3 b. Sopor raro inest ei,
Pernox stat in via Dei
Celebri commercio. |
| 4 a. De terrenis nil exposcit,
Sed, quae sursum sunt, di-
noscit
Lege fidus Domini. | 4 b. Cultor ipse paupertatis
Vita est, quam porro satis
Suo seusit homini. |
| 5 a. Normam servat et servari
Iubet claustris voto pari,
Nullum demit gratia. | 5 b. Hic plerisque infirmatis
Sanitatem, tribulatis
Laeta fert solacia. |

- | | |
|--|---|
| <p>6 a. Visum caecis, sed auditum
Surdis praestat expeditum
Et fugat daemonia;</p> | <p>6 b. Sane figit claudis gressum,
A stringentis sinit pressum
Febris acrimonia.</p> |
| <p>7 a. De supernis voce lapsa
Tandem ei est commissa
Praesulatus dignitas;</p> | <p>7 b. Quem vitutum tot honore
Perornavit miro more
Divina clementia.</p> |
| <p>8 a. Ergo, sancte pater, audi,
Eadmonde, tuae laudi
Astantes et impetra,</p> | <p>8 b. Ut, qui fecit te beatum,
Nobis praebeat ducatum,
Ubi pax et gaudium.</p> |

Grad. ms. Margaretae Scheiffart de Merode saec. 15. Cod. Mus. Hungarici 259. — Strophe 1, 7 und 8 sind der Nicolaus-Sequenz gleichen Anfanges entlehnt.

121. De sancto Eleutherio.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Plaudat orbis et ad caelos
Ferat laudum dulce melos
Eleutherii memoria.</p> | <p>1 b. Prae ceteris Deum laudet
Tornacus, quae eius gaudet
Corporis praesentia.</p> |
| <p>2 a. Tres defunctos suscitavit,
Leprae mendas emundavit
Praesulis oratio.</p> | <p>2 b. Caecis visus restauratur,
Aegris salus reparatur
Eius beneficio.</p> |
| <p>3 a. Eleutheri, vas electum,
Depuratum ut electrum
Saeculi sub incendio,</p> | <p>3 b. Tu vita, fama celebris,
Carnis carens illecebris
Flores pudoris lilio.</p> |
| <p>4 a. Probra gentis fert furentis
Documentis, argumentis
Hic pro fide militat.</p> | <p>4 b. Vulneratur, manat rivus
Cruoris, fit semivivus,
Quem plebs plangens
visitat.</p> |
| <p>5 a. Quis enarret, quam festive
Veniente tanto cive
Plausit caeli curia;</p> | <p>5 b. Quantus hic est, qui supernis
Festis simul et aeternis
Nova miscet gaudia?</p> |
| <p>6 a. Iesu bone, tu coronae,
Tu dator victoriae,
Tu sanctorum gloria,</p> | <p>6 b. Da stantibus in acie
Cum hoc frui requie
In caelesti patria.</p> |

Miss. Tornacense imp. Parisiis 1498. A. — Miss. Tornacense imp. Parisiis 1509. B. — Miss. Tornacense imp. Parisiis 1540. C. — 1 b, 2 Tornacense A. — 3 a, 2 ut electum A.

122. De sancto Eligio.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Electum Eligium
Laudet hoc collegium,
Una vox ad ligium
Omnium pandatur; | 1 b. Qui matris in gremium
Aquilae per nuntium
Magnus ad obsequium
Christi nuntiatur. |
| 2 a. Lemovicas patria
Fuit huic, quem Gallia
Doctoris peritia
Fabrum fecit auri. | 2 b. Mox regis in curia
Fabricat eximia
Prius ad obsequia
Custodis thesauri. |
| 3 a. Cubans in cilicio
Didicit in somnio,
Sua quod afflictio
Deo fit accepta. | 3 b. Ab eius nam pallio
Balsami perfusio
Fragrat, quae mysterio
Caput est adepta. |
| 4 a. Hic se pro pauperibus
Spolians foeneribus,
Inhians operibus
Regibus fit gratus, | 4 b. Horumque muneribus
Fabricatis domibus
Monachos redivisibus
Ditat vir sacratus. |
| 5 a. Tricentena contio
Virginum coenobio
Datur ab Eligio
Miris coruscante; | 5 b. Adest nam praesidio
Suo monasterio,
Ne detur incendio
Flamma circumstante. |
| 6 a. Erogando proprium
Vacuat marsupium,
Quod super hunc nescium
Replet actor lucis. | 6 b. Cotilorum hic trium
Vino sitiendum
Sitim sedat plurimum
Signo facto crucis. |
| 7 a. Miris tot extollitur,
Claudis gressus redditur,
Paralysis tollitur
Eius prece pura; | 7 b. Vitae restituitur
Mortuus, atteritur
Daemon et eicitur
Praedixit futura. |
| 8 a. Praefulgens Parisius
Sacer hic Eligius
Praesul est eximius,
Post Noviomensis. | 8 b. Pudicus et sobrius,
Prudens, humilis, pius
Audoenus socius
Fit Rotomagensis. |
| 9 a. Vivit aeternaliter
Exspirans carnaliter,
Scit, eius qui nequiter
Tumbam blasphemavit. | 9 b. Oret ergo iugiter,
Et misericorditer
Nobis praeparet iter,
Morte qui nos lavit. |

Miss. Morinense imp. Rotomagi 1516. A. — Miss. Morinense imp. Rothomagi 1518. B. — Miss. Morinense imp. Rothomagi 1523. C. — 1 a, 1 Delectum BC. — 4 a, 2 foederibus BC. — 6 b, 1 hunc ABC. — 6 b, 3 plurimum BC. — 7 a, 3 Paralysis ABC.

123. De sancto Eligio.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Ad honorem salvatoris
Mens depromat et vox oris
Canticum laetitiae, | 1 b. Qui mercedem dat honoris
Suis sanctis et decoris
Et coronas gloriae. |
| 2 a. Totus orbis gratuletur
Et devote veneretur
Beatum Eligium, | 2 b. Cuius fides, cuius vita
Fulsit tamquam margarita
In conspectu gentium. |
| 3 a. Ortu fuit generosus,
Sed virtute gloriosus
Excessit originem. | 3 b. Circumcisis intus, foris
Laboravit renum, oris
Fugare libidinem. |
| 4 a. Pater eius fuit iustus,
Vocitatus Eutherius,
Materque Terrigia. | 4 b. Arborem ramusculus,
Fontem beat rivulus
Rosaque rosaria. |
| 5 a. Ab aetate puerili
Pollens sensu praesubtili
Aptatur ad omnia. | 5 b. Doctus arte manuali
Non doctrina magistrali,
Sed Dei praesentia. |
| 6 a. Videns pater eius sensum
Actu nullo deprehensum
In arte aurifica | 6 b. Fecit eum doctrinari;
Statim fuit sine pari
In urbe Lemovica. |
| 7 a. In illius mens divina
Latet mente columbina,
Laudat illum populus. | 7 b. Crescit odor, crescit virtus
Tanquam iuxta flumen mir-
tus,
Crescit famae titulus. |
| 8 a. Late fundit flos odorem,
Et odoris dulcor florem
Honorat per omnia. | 8 b. Tanti viri famae bonus
Aure regis sonat sonus
Eiusque peritia. |
| 9 a. Rex convocat Eligium
Et ad suum palatium,
Fit secreti conscius, | 9 b. Postquam regis excidium
Suum statuit conscius
Dagobertus filius. |
| 10 a. Dagobertus ut decessit,
Clodovaeo regnum cessit,
Qui strenue plebem rexit,
Et inde Lothario; | 10 b. Qui quodcunque vir suggessit
Sibi sanctus, totum gessit,
Cuius virtus seuper crescit
Adhaerens consilio. |
| 11 a. Ad honorem Dei chorum
Congregavit monachorum
Pro plebibus oratorum
Et fecit ecclesiam. | 11 b. Hinc adeptus praesulatum
Urbis Noviomagatum
Suae finit vitae statum
Transmigrans ad gloriam. |

- | | |
|--|---|
| 12 a. Harum fructus lucris rerum,
Deo plenus et dierum,
Carnis exutus chlamyde
In forma sphaerae lucidae
Caeli subit gaudia. | 12 b. Cuius diem venerari
Nos oportet mente pari,
Ut sacris eius meritis
Mereamur frui lucis
Aeternae laetitia. |
|--|---|

Collect. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. A. — Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?]. B. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. C. — Miss. Leonense imp. Parisiis 1526. D. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1501. E. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1504. F. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1505. G. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1516. H. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1528. I. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1541. K. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1550. L. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1585. M. — 4 a, 2 Entherius D. — 4 b, 3 Rosque D—M. — 5 a, 3 Coaptent ad A. — 5 b, 3 Dei peritia CH. — 6 b, 1 Fecit enim BDGI; doctrinali DFGHI. — 8 a, 3; 8 b, 1 u. 2 fehlen A. — Statt Str. 9 u. 10 in B—M:

Rex igitur Chlotarius
 Imperat, ut Eligius
 Sellam sibi faciat;

Adaptavit egregius
 Sculptor sellulam illius,
 Rex opus adpretiat.

Die Sequenz scheint der Melodie von „Lauda Sion“ zu folgen; daher dürfte die 8 zeilige Strophe 10 nicht auszumerzen sein, da an gleicher Stelle in der erwähnten Sequenz eine ebenso gebaute Strophe vorkommt. — 11 a, 3 Pro prophetibus M. — 11 b, 2 Noviomagentum AB, Noviomensium C—M — 11 b, 3 statum vitae C. — Str. 11 a ist = 13 b in der Eligius Sequenz „Sancto patri et pastori“ (Anal. Hymn. IX, Nr. 190). — 12 a „fructus“ ist sichtlich das Particip. Perf. von fruor und hat zum Obiect „lucris“; Misset-Weale (Anal. Lit. II, Nr. 586) machen zu „fructus“ die Notiz „n'offre aucun sens“ und schreiben statt dessen „fractus“.

124. De sancto Eligio.

1. Sancti praesulis Colentes haec sollemnia

- | | |
|--|---|
| 2 a. Salvificet salus summa

3 a. Dei athleta,

4 a. Vitae nobis gaudia,

5 a. Praesul hic sanctus multa
praedicavit
instantia

6 a. Vitae nobis gaudia,

Eligi pater, impetra;
deprecamur omnes una, | 2 b. Ac Dei protegat dextra,

3 b. Pro nobis ora;

4 b. Eligi pater, impetra.

5 b. Mundana devitare
et amplecti
caelestia.

* 6 b. Deum nobis, pie, placa;
* vitae nobis gaudia,
*
* Eligi pater, impetra.
* |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| 7 a. Pastor hic almus
multa virtute et
doctrina | 7 b. Servorum Christi
sacra roboravit
pectora. |
| 8 a. Plurima quidem
Eligius praesul
in plebe fecit miracula, | 8 b. Per quae multorum
Deo adnuente
ad vitam convertit animas. |
| 9 a. O felix praesul,
cui tot et tanta
Deus concessit
facere mirabilia! | 9 b. Vere beatus,
cui angelorum
semper assistit
consolatio benigna! |
| 10 a. Huius nos precibus,
salvator, conserva; | 10 b. Cum iudicaturus
veneris saecula, |
11. Perennis vitae
da nobis gaudia
in caelorum gloria.

Miss. ms. Noviomense saec. 14/15. Cod. Abbavillen. 7. A. — Miss. Novio-
mense imp. Rothomagi 1506. B. — 2 b, 1 dextera B. — Nach Str. 7 b ist
nochmals eingeschoben: „Vitae nobis gaudia, Eligi pater, impetra“. AB. —
9 b, 3 semper accessit B — Melodie offenbar „Pascha nostrum“, und dem-
nach ganz das gleiche Schema, wie in der Ostersequenz „Concinat orbis
cunctus“ (Anal. XL, Nr. 21; cfr. ibidem Nr. 28). Danach ist klar, wie die
Sequenz aufgebaut und wie sie abzuteilen ist; ganz verfehlt ist letzteres bei
Misset-Weale, Anal. Liturg. II, Nr. 822.

125. De sancto Eligio.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Laudabilem
virum adoremus,
speciosum prae
cunctis natis, | 1 b. Antistitem
inclitum qui fecit
ex fabro mirae
sanctitatis. |
| 2 a. Cuius felix aurificium;
Nam totum solarium,
Quod acquirit per malleum,
Reponit in gazophylacium
Per manus degentium. | 2 b. Eia. praesul munde, funde
Precamina protua gente, mente
Quae plorat, orat,
Quia multa stulta
Commisit; te invocamus
Eligium. |
| 3 a. Qui de maerore ad gaudia
Et de labore ad praemia
Hodie translatus es
Caelestia; | 3 b. Ubi virtus, honor, salus,
Ubi consors nullus malus.
Ubi coetus semper laetus
Sine molestia; |

4 a. Quo nos famulos tuos
tua per suffragia

4 b. Post hanc miseriam
Christi perducat gratia.

Collect. ms. Aurifabrorum Ratisbonen. anni 1423. Cod. Ratisbonen. (Hist. Verein f. Oberschwaben u. Regensburg) s. n. — Strophe u. Gegenstrophe haben gleiche Silbenzahl (nur je eine Silbe Differenz in Str. 2 u. 3), aber der Reim erheischt eine ganz ungleichmäßige Abtheilung der Strophenglieder.

126. De sancto Eliphio.

1. Felix, Eliphi,
caelestis purpura regni,

2 a. Regis praesidio
Fretus in proelio,
Certus de praemio
Curris in stadio.

2 b. Gaude martyrio,
Gaude tripudio.
Laetus consortio
Iunctus angelico.

3 a. Tu palma victoriae
In domo iustitiae
Ornatum ecclesiae
Auges flore gloriae.

3 b. Te Christus associat,
Ut tibi congaudeat
Caelestis exercitus
Dono sancti spiritus.

4 a. In sanguine purpuratus,
Stola prima candidatus,
A labore consolatus,
Gloriaris laureatus.

4 b. In Domino triumphasti,
Quem gentibus praedicasti,
Sed ipsum desiderasti
Ac pro illo decertasti.

5 a. Arbor alta in montibus,
Fructifera virtutibus,
Splendens sidus eximium
In agmine caelestium;

5 b. Dignus dignis adiungeris,
Cum quibus laetus frueris
Visione perpetua,
Indefessa laetitia.

6 a. Transmittit ensis vesani
Te ad caelos Iuliani,
Potentis David militis
Praecidens florem capitis.

6 b. Quem amplexatum manibus
Angelis comitantibus
Ad alta transfers montium
In petra sumens tumulum.

7. Nunc tui compos gaudii
In regnum gaudimonii
Transfer Christum collaudantes
Ac devote exorantes.

Miss. Coloniense imp. Parisiis 1525.

127. De sancta Elisabeth.

1 a. Sanctae matris
Elisabeth sollemnia
Recolamus.

1 b. Et ipsius
In terris patrocinia
Sentiamus.

- | | |
|---|--|
| 2 a. Ista regis filia
Mundi vana gaudia
Non curavit, | 2 b. Sed in pueritia
Carnem per cilia
Castigavit. |
| 3 a. Ideo separabatur,
Minus dum adaptabatur
Viri voto; | 3 b. Huic caute famulabatur,
Hunc timens deprecabatur
Corde toto. |
| 4 a. Inter mundi gaudia
Non pro laude hominum
Laboravit; | 4 b. Contempsit ludibria,
Verum lumen luminum
Haec amavit. |
| 5 a. Hanc dum sponso temporali
Oportebat viduari,
Non curabat alii
maritari; | 5 b. In habitu spiritali
Cupiebat famulari
Hinc in caelis meruit
collocari. |
| 6 a. Lavit pauperibus,
Stravit debilibus
Ista sedula
paupercula, | 6 b. Cuius nos precibus
Mundatos sordibus
Christus protegat
per saecula, |

Grad. ms. Trevirensis saec. 15. Cod. Capit. Trevirens. 178. — Melodie:
La etabundus (deutsche Fassung).

128. De sancto Emmeramo.

1. Laudes Deo nostro concinat harmonia,

- | | |
|---|--|
| 2 a. Ac patris venerandi
sonent clara sollemnia, | 2 b. Quae Christus Emmerami
meritis sacrat lucida. |
| 3 a. Pictavis illum tulit
ortu gravida, | 3 b. Sed Ratispona metit
finem cupida. |
| 4 a. Quem [laete]
coetus in excelso colit
laude debita, | 4 b. Quam idem
in terra consistens struxit
arte sedula. |
| 5 a. Nam tenera pii iuvenis
casta fuit infantia, | 5 b. Quae congruum pontificii
pertulerat ad culmina. |
| 6 a. Nec contentus
gentis incolere
nota moenia | 6 b. Regna procul
pro Christi nomine
petit extera, |
| 7 a. Ut agmina creatori
fida quaereret
voce, daemonis astu perdita, | 7 b. Nec veritus metuendi
pastor subire
plebis licet horrenda proelia. |

- | | |
|---|---|
| 8 a. Postquam Galliae
reliquit fines, meretur
hunc videre Germania; | 8 b. Sed hac transita
decus gaudento [inclitum]
suscepit tellus Norica. |
| 9 a. Ibi coactus munia
capit praedestinata | 9 b. Atque pastoris sedula
frequentat officia, |
| 10 a. Indefessus
verbis et factis
plebis Christo parare
pectora, | 10 b. Semetipsum
invincibili
Dei muniens semper
gratia. |
| 11 a. Sed cum suo
athletae Christus optata
decevisset dare praemia, | 11 b. Martyrio
cupitum finem per sancta
sacer accepit certamina. |
| 12 a. Quem iam agmina inter
aetherea
luce praeditum postulemus,
ut nostra pius tergat crimina. | 12 b. Eius credimus aure
benevola
nos audiri et obtinere,
ut Christi protegamur gratia |

13. Nunc et per omne
saeculum.

Hymn. et Sequent. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14667. — 9b, 1 sedulus. — 11b, 1 Martyr diu. — Melodie offenbar „Occidentana“, somit gleiches Schema wie unten die Eucharius-Sequenz (Nr. 134) und wie z. B. Anal. Hymn. IX, Nr. 230 und 298. Sehr interessant ist, daß nicht nur alle Halbstrophen auf a schliessen, was ja oft der Fall, sondern daß auch die einzelnen Clauseln (Verse) jeder Strophe mit den entsprechenden Klauseln der Gegenstrophe Endassonanz aufweisen; unter anderem ein Beweis, daß bei Sequenzen erster Epoche die einzelnen Glieder einer Strophe abzutheilen und gegenüber zu stellen sind.

129. De sancto Erasmo.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Glorioso martyr Dei,
O Erasme, nos orantes
semper refove. | 1 b. Ave, quod optamus rei,
Pater pie, hoc in nobis
semper perfice. |
| 2 a. Gaudens in caelorum thronis,
A Christo pie vocatus
carnis per interitum, | 2 b. Fac nos tuae passionis
Socios in hac vita et
gaudere post exitum. |
| 3 a. Audi, regni consodalis,
Tuorum fidelium
Fletus in periculo; | 3 b. Tuae laudi nullus talis
Deo servientium
Visus est in populo. |

- | | |
|---|---|
| <p>4 a. O dulcedo peccatorum,
Erasme, ac orphanorum
Pia consolatio;</p> | <p>4 b. Potens martyr, o Erasme,
Nos defende ab inimicis
Et dona victoriam.</p> |
| <p>5 a. O Erasme, o praeclare,
Fac nos tibi famulantes
recta semper sapere,</p> | <p>5 b. Inimicos superare
Post hanc vitam in gloria
sempiterna vivere.</p> |
| <p>6 a. Si sint tantae pravitatis
Cordis impugnantia,</p> | <p>6 b. Cultus tuae sanctitatis
Nostri sit custodia.</p> |

Miss. ms. Hospitalense saec. 15. Cod. Paulan. 26. 1. 13 (Hosp. memb. 6). — 1b, 1 optamus Dei. — 2a, 1 thronus. — Vorstehendes ist eine Erweiterung der Sequenz gleichen Anfanges in Anal. Hymn. IX. Nr. 197.

130. De sancto Erasmo.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Solum gaude, caelum plaude,
Dies adest digna laude,
Quo vehit ad agalmata</p> | <p>1 b. Erasmus, meritis polorum
Praeses, pater orphanorum
Viduarumque armata.</p> |
| <p>2 a. Ens de summa ierarchia
Pater misit de Maria
Filius in saeculo,</p> | <p>2 b. Ut ovanter consolaret,
Microcosmos visitaret
Maesto in articulo.</p> |
| <p>3 a. Sed prae multis hunc respexit,
Nam per preces hic allexit
Eius multas animas,</p> | <p>3 b. Quae baptismo caruere;
Baptizati tunc dedere
Voculas christiferas.</p> |
| <p>4 a. Gaude, coetus miserorum,
Quod hic pater orphanorum
Obtinet multifaria</p> | <p>4 b. Nobis opem invocantes
Et obnixè flagitantes
Vitae necessaria.</p> |
| <p>5 a. Vere martyr pretiose,
Qui suadebat non dolose
Deos vanos respuere.</p> | <p>5 b. Diocletiani edictum
Exiens, Erasmus invictum
Iubens Christum relin-
quere.</p> |
| <p>6 a. O quam diris poenis miris
Polum scandis et aquiris
Factis cum non deliris.</p> | <p>6 b. Eia, ratus, Christo gratus
Milesque multiplicatus
Pro nobis eusebiis,</p> |
| <p>7 a. Confer victum et amictum
Et amove mortis ictum
A nobis subitaneae,</p> | <p>7 b. Ac caelorum da tutamen;
Paupertatis cruciamen,
Plagas aufer, protege.</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>8 a. Hostium insidiis
 Dragma, mentis tutor tu sis
 Vitam nostram regendo;</p> | <p>8 b. Fragilibus da omen
 Cunctis, Dei propter nomen
 Flagitamus te flendo.</p> |
|---|---|

Miss. Misnense imp. Lipsiae 1499. A. — Miss. Misnense imp. Lipsiae 1503 B. — Miss. Misnense imp. Lipsiae 1510. C. — Miss. Misnense imp. Lipsiae 1515. D. — Miss. Pragense imp. Lipsiae 1498. E. — Miss. Merseburgense imp. Lipsiae 1502. F. — Miss. Numburgense imp. Basileae 1517. G. — 1a, 3 Qua pergit C; algamata BCG. — 1b, 1 Erasmus AEF. — 1b, 3 amata AEF; armata wohl = armatura? — 2a, 1 Eius de EF. — 3a, 1 Sed pro EF. — 3a, 2 preces nil AF; preces hunc EG. — 3a, 3 Eius iustas EG. — 3b, 3 hymniferas AF. — 4a, 1 Gaudet AEF. — 4b, 1 Hisque C. — 6a, 3 Factus D. — 6b, 2 implicatus AF. — 7b, 1 Ad te caelorum E. — 7b, 3 Plagis BCDE. — 8a, 2 scis F. — Zu Strophe 7a vgl. Strophe 6b der folgenden Sequenz.

131. De sancto Erasmo.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Ex lumine fit radius,
 Quem sol pius misit Deus;
 Hic est martyr Erasimus;</p> | <p>1 b. Quem non cruentat gladius,
 Egregius ceu medius
 Lucens quem tremit spasimus.</p> |
| <p>2 a. Praesul corvis hic beatus
 In eremo educatus
 Septennis inhabitans;</p> | <p>2 b. Vox de caelis ipsum vocat,
 In Lucrino urbe loquat
 Ad loquendum agitans.</p> |
| <p>3 a. Rex Diocletianus
 Torquet ipsum diversis
 Poenis, tamen fit sanus
 Idolis eversis;</p> | <p>3 b. Caesar tumens, hic patitur,
 Et gens contristatur;
 Eculeo penditur,
 Ferro laceratur.</p> |
| <p>4 a. Cera, plumbum, pix, oleum
 Spernit suffocare,</p> | <p>4 b. Igne fervens doleum;
 Carcer lucet clare.</p> |
| <p>5 a. Post digiti foduntur,
 Viscera trahuntur,
 Ferro caput perimitur;</p> | <p>5 b. Quem angelus arripiens
 Mox eduxit custodiens,
 Christi die moritur.</p> |
| <p>6 a. Cunctas poenas qui vicisti,
 Quibus tortus exstitisti,
 Remove supplicia;</p> | <p>6 b. Confer opem, vestes, victum.
 Prece necis pellens ictum.
 Hinc des vera gaudia.</p> |

Miss. ms. Pragense saec. 15. Cod. Pragen. I D 33. — 2b, 2 In ludicro urbe. — 4a, 1 Ceram. — 5a, 3 Sub ferro. — 6b, 2 Prece nervis.

132. De sancto Erasmo.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Verbum bonum personemus,
 Quo Erasmi adoremus
 Vitam, simul commendemus
 Ac triumphi praemia.</p> | <p>1 b. Qui defunctum suscitavit,
 Plebem fide roboravit
 Credentesque baptizavit
 Quadraginta milia.</p> |
|---|---|

- | | |
|--|--|
| 2 a. Post catenis religatur
Et plumbatis verberatur,
Manus punguntur aculeis,
Dentes tunduntur malleis. | 2 b. Plumbo, sulphure, resina,
Pice, oleoque cera
Hic perfusus stat illaesus
Dei fretus gratia. |
| 3 a. Hunc dum ignis nihil laesit,
Christo magna plebs adhaesit,
Et in templo est contracta
Idolorum statua. | 3 b. Ergo, martyr o benigne,
Venerantes te condigne
Transfer post haec brevem
vitam
Ad aeternam patriam. |

Grad. ms. Schaeftlariense saec. 15. Clm. Monacen. 23 026. — Melodie;
Verbum bonum.

133. De sancta Erentrude.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Vox resultet
novi carminis
Ante thorum
Erentrudis virginis,
Amatrix sapientiae
Regem adiit gloriae. | 1 b. Flos mundi
dum contemnitur,
Margarita
caeli ab hac quaeritur,
Pretio munditiae
Agrum emit gratiae. |
| 2 a. Vere pulchra
ut luna describitur,
A Rudberto
sodalibus praeficitur,
Forma vitae
his efficitur
Doctrix bona. | 2 b. Femur cinxit
virtutis gladio,
Circumdata
pudoris pallio,
Pugnatura
in hoc stadio
Pro corona. |
| 3 a. En, dilecta
dilecto iungitur,
Inter rosas
et lilia pascitur,
Fide quaeritur
et reperitur
Salus vera. | 3 b. In amplexu
sic sponsi iugiter
Caste haeret,
vulnerata suaviter,
Possidetur
iam aeternaliter
Pax mera. |
| 4 a. Quasi cedrus
processu temporis
Froudes profert
immensi roboris,
Massam ponens
tandem huius corporis
Victrix mortis. | 4 b. Vox cum sonat
clamore valido
„Sponsus venit“
occurrunt caudido;
Castam amat
amore solido
Deus fortis. |

- | | |
|---|---|
| <p>5 a. O caeleste
sidus eximium,
Tuae lucis
inclina radium,
Quo mentis
nostrae horridum
Illustretur.</p> | <p>5 b. O dulcis flos,
aegris remedium,
Preces funde
ad Dei filium,
Ut salutis
perenne bravium
Nobis detur.</p> |
|---|---|

Miss. ms. Salisburgense saec. 15. Cod. Mus. German. 22932. A. — Miss. ms. Salisburgense saec. 15. Cod. Salisburgen. V 1 E 39. B. — Miss. ms. Salisburgense (?) saec. 14. Cod. Graecen. 785. C. — Sequent. ms. S. Petri Salisburgensis saec. 16. (Appendix Miss. Romani imp. 1513.) Cod. Petrii. IV F. D. — 1 a, 6 regem adduc BCD. — 2 a, 4 solibus A. — 2 a, 6 bis efficitur BD. — 3 a, 5 invenitur CD. — 3 b, 2 sit sponsi B, sui sponsi CD. — 4 a, 3 Fraudes A. — 5 a, 1 O fehlt BCD. — Melodie: Nativitas Mariae virginis, freilich mit Unebenheiten im Rhythmus.

134. De sancto Euchariorio.

1. Anni colamus Euchariorii merita,

- | | |
|--|---|
| <p>2 a. Qui primus Trevirorum
archipraesul sanctissimus,</p> | <p>2 b. Divini factus verbi
humanati discipulus,</p> |
| <p>3 a. Tertius deque
septuaginta fuit
duobus.</p> | <p>3 b. Binos quos ante
faciem suam misit
Dominus.</p> |
| <p>4 a. In Christi
novissima cena
ministrat pretiosa,</p> | <p>4 b. In igne
et linguis effuso
plenus spiritu sancto.</p> |
| <p>5 a. A Petro directus principe
rura Gallica peragrat,</p> | <p>5 b. Ubique discurrens gentibus
vitae verba disseminat.</p> |
| <p>6 a. Inauditum
grande prodigium
sanctus perperat,</p> | <p>6 b. Dum Maternum
Petri per baculum
vitae revocat.</p> |
| <p>7 a. Quater denis diebus
hunc exanimem
praeceptum magistri
suscitat.</p> | <p>7 b. Nutu tandem divino
iunctus sociis
(tunc) insignem Treverin
visitat.</p> |
| <p>8 a. Ad austrum urbis
hic mansitat;
Iohanni divo ecclesiam
consecrat;</p> | <p>8 b. Coemiterium
benedicit:
in gyro baptismum sacratum
instaurat.</p> |

- | | |
|---|--|
| <p>9 a. Praedicat turbae;
a perfidis
expellitur urbe;</p> | <p>9 b. Ad saxa currunt,
sanctos simul
delere gestiunt.</p> |
| <p>10 a. Eucharius rebelles
ligat orans
ac immobiles
reddidit.</p> | <p>10 b. Membratim cruciati
clamant, credunt
et oramine
solvuntur.</p> |
| <p>11 a. Christi fidem
praedicat gentemque
baptizat,
signis illam
miris confirmat.</p> | <p>11 b. Fusa prece
filium unicum
Albanae
extinctur dat
vitae pristinae.</p> |
| <p>12 a. Paralyticum
signo crucis reparat,
sed signaculi
umbra sacri defunctum
repente vivificat.</p> | <p>12 b. Post insignia
tanta sumens bravium
claro lumine
circumfusus lucisque
perrexit ad Dominum,</p> |

13. Ad quem Eucharius nos
perducat.

Sequent. ms. S. Mathiae Trevirensis saec. 16/16. Appendix Miss. Bursfeldensis imp. Spirae 1498 (Bibl. Ducis Parmen.). — 8 a, 3 Iohanni vivo. — 8 b, 1 sq. Benedicit coemiterium. — Melodie offenbar „Occidentana“, folglich gleiches Schema wie die Emmeran-Sequenz „Laudes Deo nostro (oben, Nr. 128) und wie Anal. Hymn. IX, Nr. 230; 298 u. a. — Als Kuriosum sei noch vermerkt, dafs nach Chevaliers Repert Hymnolog. (Nr. 910) die Quelle dieser Sequenz sein soll „M. bened. Loder-Mörn (1520).“ Wer löst dieses Rätsel der Sphinx?

135. De sancto Eustachio.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Triumphantis militia
Laudetur in ecclesia,
Altitonantis gratia
Provocati;</p> | <p>1 b. Beatorum industria
Nobis sit in memoria,
A daemonis fallacia
Revocati.</p> |
| <p>2 a. Prius magister militum
Fanorum colens ambitum</p> | <p>2 b. Et Traiani ad libitum;
Tunc Placidus est vocatus.</p> |
| <p>3 a. Venanti Christus adfuit,
In cornibus apparuit
Cervi ipsumque docuit
Baptizari.</p> | <p>3 b. Mox tinctus baptismi rore
Cum filiis et uxore
Christianitatis more
Sorte pari.</p> |

- 4 a. Eustachius est vocatus,
Ab idolis revocatus
Elegit mundo temptari
A delictisque mundari.
- 4 b. Mundi relictis opibus
Et militum honoribus
Transivit cum familia
Mare magna miseria.
- 5 a. Tributum solvere uequit,
Nautis uxorem relinquit;
Deus tamen non reliquit
Hanc servans infamia.
Uno relicto filio
Super ripam fluminis
Hunc rapit lupus subito;
Dolor patris est subolis.
- 5 b. Leo reliquum rapiens,
Fere pater insaniens;
Deus tamen custodiens
Hos illaesos [in via],
Aratores et pastores
A bestiis rapiunt,
Edocentes horum mores
Et pueros nutriunt.
- 6 a. Pater egenus serviit,
Quindecim annos latuit
Et armenta custodiit
Maestus pastor.
- 6 b. Barbari imperatorem
Persequentes ultra morem;
Plangens Placidum decorem,
Huius quaestor.
- 7 a. Missi milites pro ipso
Indigentia sic fixo,
Omni honore dimisso,
Taliter reperiunt;
- 7 b. In patriam provocantes,
Eum blande consolantes,
Militiae revocantes
Barbaros afficiunt.
- 7 c. Eustachius nutu Dei,
Uxor eius et filii
Longissime incogniti
Invicem se reperiunt.
- 8 a. Imperator hunc cogebat
Idolis sacrificare;
Ille vero reuuit,
Deo servire studuit
Et familiam servare.
- 8 b. Intromissi cum leone,
Leo cum devotione
Hos illaesos voluit;
Miraculo patuit
[Deumillos] praeservare.
- 9 a. Exhiuc in bovem aeneum
Ardentem atque flammeum
Prece Deo supplicantes,
Animas ipsi reddeutes.
- 9 b. Vestes tamen et corpora
Inusta sunt et opera;
Ipsorum prece precantes
Cum ipsis simus laetantes.

Miss. Gebennense imp. Gebennae 1498. A. — Miss. Gebennense imp. Lugduni 1521. B. — 2 b, 1 Es Traianos AB. — 2 b, 2 Tunc placidas AB. — 5 a, 3 relinquit A. — 6 a, 1 Pater degens AB. — 6 a, 2 Per quindecim annos luit AB. — 6 b, 3 Plangens placidam AB. — Der Sinn der Strophe ist offenbar: Als die Feinde den Kaiser übermäßig hart bedrängten, jammerte er nach Placidius, der Zierde seines Heeres, und wurde sein Sucher. — 7 a, 2 In degentia A; Indegentia B. — 9 a, 2 et flammeum A. — Wie gedankenlos der Kopist für die Drucklegung des Missale arbeitete, zeigen u. a. die Verse „Tunc placidas [?] est vocatus“ (2 b, 2) und „Plangens placidam [?] decorem.“ Es hält sehr schwer, die durch den Kopisten verschuldeten Entstellungen von den der Sequenz ursprünglich schon anhaftenden Dunkelheiten zu scheiden.

136. De sancto Eutropio.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Hac clara die turma
festiva dat
praeconia | 1 b. Nobilis Eutropii
recolendo
martyria. |
| 2 a. Excellentior
Nullus stirpe, fulgentior
Nullus vita dia; | 2 b. Puer literis
Doctus fulsit prae ceteris
Summa prudentia. |
| 3 a. Fuit unus de milibus
Quinque cibo egentibus, | 3 b. Quos pavit Christus piscibus
Binis et quinque panibus. |
| 4 a. Salvavit hic patrem
Et matrem
Totamque Babyloniam; | 4 b. Namque baptizantur,
Firmantur
Fide per eius peritiam. |
| 5 a. A summo clavigero
Praesul efficitur, | 5 b. Xantonas cum sincero
Corde progreditur. |
| 6 a. Dum verbum loquitur
Dei, spernitur; | 6 b. Peticis laeditur,
Face uritur. |
| 7 a. Gaudens doloribus
Praedicat Deum, | 7 b. Tunc carnificibus
Rex tradit eum. |
| 8 a. Atrociter Eutropius
Lapidatur,
Plumbatis verberatur, | 8 b. Ascis [et] securibus
Sancti caput
Martyris amputatur, |

9. Anima cuius in caelis coronatur.

Miss. Noviomense imp. Rothomagi 1506. — 3 a, 2 degentibus. — 4 a, 1 Patrem salvavit hic. — 4 b, 2 sq. Fide firmantur. — 6 a, 1 loquitur verbum. — 8 a, 1 sq. lapidatur Eutropius. — 8 b, 2 Caput sancti. — Alles dieses Störungen des Reimes. — Die Melodie ist durch den ersten Vers gekennzeichnet.

137. De ss. Felicitate et filiis.

- | | |
|--|---|
| 1. Eia, septem fratrum
pangamus laude triumphum. | |
| 2 a. Quorum perenni gloria
concinando
caelestis plaudit curia, | 2 b. Illorum patrocinio
implorando
geminat tellus gaudia. |

- | | |
|--|--|
| <p>3 a. Mater ecclesia
gloriat
fili
fecundata profectibus;</p> | <p>3 b. Rosis et liliis
coronatur
diversarum
virtutum vernans floribus.</p> |
| <p>4 a. Omnis corde,
fide non ficta,
electorum concupiscat
praemia;</p> | <p>4 b. Spernat virgo
vel maritata
luxum florentis mundi cum
vidua.</p> |
| <p>5 a. Omnis sexus
contendat ingredi
artam portam paradisi;</p> | <p>5 b. Omnis aetas
certet promereri
morte palmam martyrii.</p> |
| <p>6 a. O mortis species beata,
qua mercatur perpes vita!</p> | <p>6 b. Ad huius vitae comercia
tendebat felix vidua.</p> |
| <p>7 a. Felicitas beata,
flagris examinata,
sprevit terrorem mortis
amore Christi.</p> | <p>7 b. Praemisit per diversa
natos suos tormenta,
ut succederet illis
in regno caeli.</p> |
| <p>8 a. Hinc se concorditer
hortantur fratres
viriliter,</p> | <p>8 b. Pugnent ut fortiter,
ut ferant poenas
alacriter.</p> |
| <p>9 a. Mactantur fustibus
plumbatis, ruunt
per praecipitia,
caedit ensis colla.</p> | <p>9 b. In quo confoederant,
beatas Deo
reddunt animas,
caeli petunt regna.</p> |
| <p>10 a. O beata fraternitas,
vivae Christi victimae,</p> | <p>10 b. Vestra pugna sit tutela
vestrae familiolae</p> |

11. Et det nobis
vitam aeternam.

Miss. ms. inc. origin. saec. 15. Cod. Mus. German. 7059. — 2 a, 3
plaudat. — 8 b, 1 Pugnans. — Melodie: „Sancta Dei mater“ (Anal.
Hymn. VIII, Nr. 104). — Beachtenswert ist die vielfach auftretende End-
assonanz der einzelnen Verse.

138. De ss. Felice et Adaucto.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Pulchrae Sion generosa
Speculatrix, amorosa,
Sancta speculatio.</p> | <p>1 b. Speculans intus precaris
Dominumque specularis
In decore regio.</p> |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| 2 a. Muudum scrutans in decretis
Praedicaris a prophetis,
Sacro manans nectare; | 2 b. Dulce nectar et vitale,
Nectar cunctis inaequale
Omni dempto compare. |
| 3 a. Nectar fluens a fluento
Trinitatis, opulento
Vitae de profluvio; | 3 b. Hoc e caelis ad nos transit
Nectar, quod in Deo mansit
Verbum a principio. |
| 4 a. Et hoc idem Deus fuit,
Per quod uobis nectar pluit,
Divina confectio; | 4 b. Nectar clarum, sacer rivus,
Quo fit homo redivivus,
Ductus ab exsilio. |
| 5 a. Mens adversis hilarescit,
Mundi fastus et vilescit
Reproba prosperitas. | 5 b. Gurges mellei gustatus
Nectaris inopinatus,
Mira delicacitas. |
| 6 a. Liquor divus, fons inundans,
Imbre lacteo fecundans
Effluentes latices, | 6 b. Duas urbes has olivas,
Inter gloriae convivas
Iam plantatos frutices. |
| 7 a. Mundi principe devicto,
Spreto Caesarum edicto
Celebri victoria, | 7 b. Quorum iubilant adventu
Angelorum cum concentu
Supernorum gaudia. |
| 8 a. Vere, iuste, iure legum
Hos laudemus, quos rex regum
Summa lustrat gloria. | 8 b. Pie Felix et Adacte,
Per vos supplicum intactae
Causae sint in patria. |

Miss. ms. Mosaetraiectinum saec. 15. Cod. Haagen. J. 10. — 4 b, 2
Quod. — 8 b, 1 Adacte.

139. De ss. Felice et Adaueto.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Salutaris, veni caris,
Fletibus nostris amaris
Sis solamen unicum | 1 b. In hoc festo patronorum
Felicis, Adaueti, quorum
Est certamen Punicum. |
| 2 a. Gloriamur mente sana,
Contemnentis saeculi vana
Exsultando dulciter; | 2 b. Imploremus prece prona,
Ut det nobis caeli dona
Et regnum feliciter. |
| 3 a. Sacerdos Felix praecelse,
Adauete, princeps excelse,
Qui sprevistis idola, | 3 b. Mucrone ob hoc truncati,
Palma caeli trabeati,
Martyrum aureola. |
| 4 a. Unionem sponsae Christi
Ecclesiae date tristi
Largiendo pneumatata, | 4 b. Navem Petri fixam stare,
Fauste possit triumphare,
Propellentes schismata. |

- | | |
|--|---|
| 5 a. Decorem ritus Romani
Sumant omnes fide sani
In regno Bohemiae; | 5 b. Ultio procul divina
Fiat, si cessat ruina
Populi Moraviae. |
| 6 a. Sacramento sit contentum
Ritu Romano, inventum
Omnis boni fundamentum
Moto sensu extero, | 6 b. Karitatem pacis ferre,
Unionis et non guerrae,
Decet quemvis huius terrae
Imploratu supero. |
| 7 a. Neuma dulce decantemus,
Iesum Christum collaudemus,
Larga voce personemus
Texentes <i>Magnificat</i> . | 7 b. Alma virgo atque pia,
Tu nos fove, o Maria,
Partus namque tis nos quia
Sola spes vivificat. |
8. Burgum istum defensate,
Patroni, interpellate,
Cives eius adiuvate,
Quorum fides militat.

Miss. ms. Brunense saec. 15. Cod. S. Iacobi Brunen. 12. — Auf dem Vorsetzblatt: „Praesens liber et missale est Sigismundi Knab, Notarii Brunn. datum ad altare sanctorum Felicis et Adaukti martyrum.“ Den Namen des Besitzers (auch Dichters dieser Sequenz) gibt gleichfalls vorstehendes Akrostichon wieder.

140. In Inventione s. Foilani.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Quasi sol diluculo
Nostro vernat saeculo
Martyris inventio. | 1 b. Quem frondosi tegminis
Umbra saeptum virginis
Detegit devotio. |
| 2 a. Moram causans Foillani
Mittit quaerens de Germani
Responso solacium; | 2 b. Visionis hic supernae
Signo refert se fraternae
Mortis metu saucium. |
| 3 a. Orans astat mensae Christi,
Per columbam discit tristi
Fratrem sterni vulnere; | 3 b. Avis alba vitam mundam,
Rubens ala necis undam
Monet intellegere. |
| 4 a. Constans in ieiunio
Gertrudis oratio
Dum fervet instantius, | 4 b. Angelus hoc suggerit,
Quod martyr transierit
Ad regnum superius. |
| 5 a. Ductu lucis praevio
Corporum congestio
Monstratur in invio; | 5 b. Defuncti diutius
Redolent suavius
Nardi stillicidio. |

- | | |
|---|---|
| <p>6 a. Serve Christi,
Nos a tristi
Casu serva,
Te caterva
Canat ista laetius.</p> | <p>6 b. Nos, qui sumus
Vapor, fumus,
Quorum fluis
Vermis, cinis,
Surgamus in melius.</p> |
| <p>7 a. Virgo martyr caespite
Centeno fert plusculum,
Qui cum sceptro divite
Reliquit et saeculum,
Trinae messis inclitae
Referens manipulum.</p> | <p>7 b. Claritatis intimae
Lubrica privatio
Nos, Iesu piissime,
Ligat in exilio;
Redeat lux animae
Patris patrocinio.</p> |

Miss. ms. S. Trudonis saec. 14. Cod. Monten. 28 (107). — 6 a, 4 De caterva.

141. De sancto Frontone.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Donatur miles laurea,
Ergo perstreperent organa;</p> | <p>1 b. Lux praesens poscit gaudia
Sancta ministrans otia.</p> |
| <p>2 a. Absistant rancor et ira,
Pellantur, quaeque sunt dira;</p> | <p>2 b. Nam de morum concordia.
Dulcis fluat harmonia.</p> |
| <p>3 a. O Fronto, nostra gloria,
Hac laeteris symphonia,</p> | <p>3 b. Cuius praeclara munera
Conducant nos ad aethera,</p> |
| <p>4 a. Quo nostra plaudat amoena
Cum sanctorum cantilena</p> | <p>4 b. Voce boando canora
Dulce melos Alleluia.</p> |

Miss. Xantonense imp. Parisiis 1491. — 2 a, 1 Absistunt. — 4 b, 1 Voce brando corona. — 4 b, 2 Dulces.

142. De sancto Fursaeo.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Vita, fide, signis gratum
[Et virtutibus ornatum]
Dat Fursaeum Scotia.</p> | <p>1 b. Morte ductus ad examen
Carnis redit ad certamen
Dictante iustitia.</p> |
| <p>2 a. Visa prius Stygis viae
Ac caelestis harmoniae
Grandi differentia</p> | <p>2 b. Gratulantur a divino
Visitari peregrino
Brito, Saxo, Gallia.</p> |
| <p>3 a. Summa docet, calcatur ima
Neque rude propter clyma
Rudis est in gratia;</p> | <p>3 b. Morbos prece sanat cunctos,
Vitae reddit vita functos,
Effugatur daemonia.</p> |

- | | |
|---|---|
| 4 a. Sicut virus fontem vivum,
Sic vinosum fecit rivum
Posthumo miraculo. | 4 b. Hunc honorat fulgor trinus,
Cum ad caeli migrat sinus
Carnis ex ergastulo. |
| 5 a. Tanros domat se ferentes,
Per septennes innocentes
Se Peronae tribuit. | 5 b. Huius precum dulci lyra
Mansuescat vindex ira,
Quam grex peccans meruit. |

Colgan. Acta. SS. Hiberniae p. 89 mit der Angabe „Ex Missali Ghem pen.“

143. De sancto Gabriele.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Gabrieli, nuntio
Regis caeli, contio
Sit haec laeti carminis; | 1 b. Confert mundo gaudium,
Dum fert Dei filium
Fructum ventris virginis. |
| 2 a. Servitutis terminum
Dat salutis hominum
Zelator carissimus. | 2 b.
.
. |
| 3 a. Quanta sit auctoritas
Eius, taciturnitas
Zachariae perhibet. | 3 b. Mariae credulitas
Prudens et humilitas
Deum nobis exhibet. |
| 4 a. Ioseph iustum docuit,
Quod et iustum tenuit
Eius ventrem spiritus. | 4 b. Christum natum nuntiat,
Ipsum mox associat
Caelestis exercitus. |
| 5 a. Per hunc auge merita,
Iesu, nostra debita
Dimitte piissime, | 5 b. Et post hanc miseriam
Da cum Christo gloriam,
Regum rex altissime. |

Mis. Autissiodorensis imp. Parisiis. s. a. [1484]. — 5 a, 1 Per ipsum. — 5 a, 2 nostra. — Melodie: Veni sancte spiritus.

144. De sancto Gatiano.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Laetabunda, Sion, gaude
Gatiani digna laude
Recolens praeconia. | 1 b. Turonis Deo ducente
Venit, Christi tota mente
Secutus vestigia. |
| 2 a. Archipraesul Turonensis
Errantes in via mortis
Docet vitae praemia. | 2 b. Quasi stella matutina
Nube carens vespertina
Fulget in ecclesia. |

- | | |
|--|--|
| <p>3 a. Turba credit, fides crescit,
Error cedit et clarescit
Lumen sancti spiritus.</p> | <p>3 b. Miles certans, iubilaem
Annum implens, sic ad Deum
Evolat emeritus.</p> |
| <p>4 a. Ut mulier gratulatur
Dragma data, sic laetatur
Vovens cum fiducia</p> | <p>4 b. Re amissa, nec fraudatur,
Sed pro certo restauratur
Gatiani gratia.</p> |
| <p>5 a. Ab omnibus hic laudari
Debet atque venerari
Summa reverentia.</p> | <p>5 b. Nobis, pastor Gatiane,
Post vesperam laetum mane
Impetres in gloria.</p> |

Miss. ms. Turonense saec. 15. Cod. Turonen. 188 (83). — Daraus in „Memoires de la Société Archéologique de Touraine.“ XXI, p. 610. — 4 b, 1 Rem amissam.

145. De sancto Georgio.

1. Fuit quondam Melitena Urbs erroris, mali vena Regno Cappadociae,

- | | |
|--|---|
| <p>2 a. Quam tenebat, quam regebat
Dacianus mittens manus
In servos ecclesiae.</p> | <p>2 b. Imperante rege dicto
Generali sub edicto
Cultus idolatriae</p> |
| <p>3 a. Venit illuc miles unus
Dives, potens et tribunus
Militum egregius,</p> | <p>3 b. Iustus, mundus
et timens Dominum
Caeli, Christum,
salutem hominum,
Nomine Georgius.</p> |
| <p>4 a. Se professus christianum
Sic adfatur Dacianum
Nocentem chisticolis:</p> | <p>4 b. Imperator, ad quid tendis,
Cultum Dei cur impendis
Surdis, mutis idolis?</p> |
| <p>5 a. Ego quidem christianus;
Ad quem idem Dacianus:
Georgi, quid pateris?</p> | <p>5 b. Tolle tui Christi legem,
Te secundum scias regem,
Quidquid ante feceris.</p> |
| <p>6 a. Ad haec sanctus: Sic regnare
Nolo nec idolatrare,
Nam nihil est idolum,</p> | <p>6 b. Quod Christus, salvator meus,
Verus homo, verus Deus,
Docet per apostolum.</p> |
| <p>7 a. His auditis rex tabescit,
Surgit ira, furor crescit,
Spirat ad supplicium;</p> | <p>7 b. Rotam parit, ut rotatum,
In diversa laceratum
Dividat Georgium.</p> |

- | | |
|--|---|
| 8 a. Rota fracta sanus redit,
Viso signo turba credit,
Multa credunt milia; | 8 b. Credunt intus, credunt foris,
Credat et imperatoris
Uxor Alexandria. |
| 9 a. Digna fide, laude digna
Per hunc facta patent signa
Ad opus fidelium: | 9 b. Sanitati restitutum
Caecum, claudum, surdum,
mutum
Matri reddit filium. |
| 10 a. Dormientes et sepulti
Baptizandi surgunt multi,
Renati redormiunt. | 10 b. Florem ferunt fructus throni,
Quos [per] multos fructus
boni
Ad fidem alliciunt. |
| 11 a. Pluris plura fiunt istis,
Inde Dacianus tristis
Sanctum torquet acrius; | 11 b. Nec est lassus, licet passus
Septem annis sub tyrannis,
Hic miles eximius. |
| 12 a. Fortis, audax, lenis, laetus,
In quem nullus cadit metus,
Largus, simplex et discretus,
Laus, decus militiae. | 12 b. Talis tandem decollatur,
Decollatus coronatur,
Coronatus collocatur
In regno laetitiae. |
| 13 a. Israel dux et protector,
Iudas Macchabaeus, Hector,
Tantus Troianorum rector,
Fugiunt Georgium. | 13 b. Illi duo pro suorum
Causa stabant, more quorum
Iste [dux] christianorum
Fide tulit gladium. |
| 14 a. O Georgi, miles Christi,
Cuius hostis tu fuisti,
Quo iuvante tu vicisti
Opem plebi ferens isti,
Fac nos ita vincere, | 14 b. Ut post huius cursum vitae
Hac [finita] mundi lite
Non dicatur nobis Ite,
Sed Benedicti, venite
In aeternum vivere. |

Miss. ms. Sammaglorianum saec. 15. Cod. Parisin. Arsen. 623. — 1, 1
Melitana (oder Militana), keineswegs aber militaria, wie im Repert. Hymnol.
Chevaliers es heifst. — 7b, 1 parit et. — 7b, 3 Dividit. — Mel. offenbar:
Laudes crucis.

146. De sancto Georgio.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Georgius veneretur
Et a cunctis imitetur;
Sic se quisque deserat, | 1 b. Quemadmodum terra culta
Sentes arcet et virgulta,
Ut fructus plus afferat. |
| 2 a. Hic, Cappadox origine,
Christi nati de virgine
Secutus vestigia. | 2 b. Victor miles pro puella
Contra draconem duella
Fecit et prodigia. |

- | | |
|--|---|
| 3 a. Rex stupens miraculo,
Regina cum populo
Et ipsa filia | 3 b. Baptizantur concitus,
Una die penitus
Viginti milia. |
| 4 a. Tandem inssu Daciani
Occisi sunt christiani
Adeo, ut fortior | 4 b. Sub tormentis palpitaret
Et nomen Christi negaret
Fide quis infirmior. |
| 5 a. At Georgius haec videns,
Zelo ductus, Christo fidens,
Sanctis dans solacium | 5 b. Voce libera clamavit:
„Dominus cuncta creavit,
Daemones di gentium.“ |
| 6 a. Ad haec tyrannus exarsit
Et fidelium retorsit
Poenas in Georgium. | 6 b. Eculeo distenditur,
Ungulis caro finditur,
Rimae patent ossium. |
| 7 a. Cultra rotis inseruntur,
Plumbum et pix dissolvuntur
Sartagine. | 7 b. Pyr de caelo rotas ussit,
Ut ros plumbi vis deficit
Certamine. |
| 8 a. Tunc martyr caeso capite
De tyranno praecipite
Triumphavit. | 8 b. Nunc regnans pro nobis vitae
Regem roget sollicite,
Quem amavit. |

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. S.) A. — Miss. Ruthenense imp. Lugduni ca. 1540. B. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1585. C. — 1 b, 3 fructum B. — 3 b, 2 Qua die AC. — 5 a, 3 Sanctis dat A. — 6 a, 2 contorsit A. — 6 b, 2 scinditur B. — 7 b, 1 Ur B; Ut AC. — 7 b, 2 deficit A.

147. De sancto Georgio.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Gaude miles, martyr gaude,
Cum sis dignus omni laude,
Tu defende nos a fraude
Satanae multiplici. | 1 b. Ergo regem fac placatum,
Christum, de Maria natum
Et a patre procreatum,
Corde peto supplici. |
| 2 a. Ora patrem salvatoris
Tu pro nobis multis horis,
Ut et nos in caeli choris
Ducat cum solacio. | 2 b. Rex adesto supplicatus,
Per te noster advocatus
Nostros deleat reatus
Nobis dato spatio. |
| 3 a. In hac vita nos emenda,
Ne nos hora tunc tremenda
Laedat, tua sed complenda
Nobis sit suffragium. | 3 b. Ut pro nobis esse velis
Pugil tandem, quo in caelis
Nos locemur, ne crudelis
Ducat ad praestigium. |

†. Sancte miles, martyr fortis,
 Duc nos de gebennae portis,
 Ne consortes simms mortis
 Nosque cruciatibus.

Orat ms. Friderici III Imper. Cod Vindobonen. 449. 4. — 1a, 1 martyr Georgi gaude. — 3b, 4 Ducat nos ad. — 4, 1 miles Georgi martyr. — Melodie sichtlich: Verbum bonum mit Wiederholung der letzten Halb- strophe.

148. De sancto Germano.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Germinabit germen iustum,
Germen vernans et venustum
Flos Antissiodori, | 1 b. Ros Germanns, florens vita,
Christo vivens legiscita
Mente tenens memori. |
| 2 a. Christi legem propagavit,
Verbo vitae plebem pavit
Fidem probans opere. | 2 b. Verbis docet, probat operibus,
Factus praesulpraececellit mori.
bns
Sacro fretus munere. |
| 3 a. O quam felix, quam praeclarus
Praesul iste Christo carus,
Praesul carens crimine, | 3 b. Praesul absque macula,
Qui mundavit saecula
Ab errorum semine. |
| 4 a. Hic ad Anglos transmeavit
Et errantes revocavit
Ab erroris scelere; | 4 b. Genofevam informavit,
Artis novae snbarrhavit
Insignitam foedere. |
| 5 a. Clansus tumba Cassianus
Vocem solvit, cnm Germanus
Praemisit eloqnum: | 5 b. „Hic quiesco“ inqniens
„Et exspecto gestiens
Venturum iudicium.“ |
| 6 a. Vitam nimis artam ducens,
Fide, vita, signis lucens,
Panem hordeaceum | 6 b. Manu formans propria
Snmpsit in laetitia,
Potum snbdens aqueum. |
| 7 a. Sal, legumen, carnes, vinum,
Pisces, potum sicerinum
Non gustavit, cilicinum
Semper saccnm induens, | 7 b. Inter trabes accumbebat,
Lecto caput exclndebat,
Nam mensnram excedebat
Lecti cervix defluens. |
| 8 a. Morbos sanat victor mortis,
Vitam reddit iam absorptis,
Tandem carnis solvens legem
In decore videt regem
Revelata facie. | 8 b. Huius festum veneremnr,
Hunc devote deprecemur,
Eius prece reformemnr,
Ut in dextris gloriemur
Post spem frui specie. |

Miss. Noviomense imp. Rothomagi 1506. — 1b, 2 legi scita; zu legiscita (oder legis scita) cfr. plebiscita. — Melodie vielleicht: Laudes crucis, in gekürzter Form.

149. De sancto Germano.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Triplici tripudio
Lingua, mens et actio
Psallat in obsequio
Confessoris; | 1 b. Trium fiat unio
Cordis cum melodio
Et actus perfectio
Melioris. |
| 2 a. Hoc Germanus innuit,
Nam, quod corde latuit,
Verbo sancto docuit
Ipse foris. | 2 b. Hic genere splenduit,
Scientia floruit,
Sanctitatis lux fuit
Et honoris. |
| 3 a. Patrem probat bonitas,
Iustitia, castitas,
Victuum asperitas,
Et laboris. | 3 b. Oves pavit subditas,
Revocavit perditas
Vere sequens semitas
Salvatoris. |
| 4 a. Mortuos a tumulis
Virtus solvit praesulis
Et vinctos a vinculis
Damnatoris; | 4 b. Lumen reddit oculis,
Sanitatem populis
Sanctitudo consulis
Sanatoris. |
| 5 a. Terra, pontus, aethera,
Ignis, multa cetera
Tanti norunt opera
Subventoris; | 5 b. Cuius ope libera
Tendamus ad supera
Capescentes munera
Creatoris. |

Miss. Gebennense imp. Gebennae 1491. A. — Miss. Gebennense imp. Gebennae 1498. B. — Miss. Gebennense imp. Lugduni 1521. C. — 3 b, 1 pavit ut ABC. — 4 b, 4 Senatoris C. — Melodie offenbar: Mariae praeconio.

150. De sancto Glodulpho.

- I. Salve, rex regum,
Deus tuorum praesulum,
- | | |
|--|---|
| 2 a. Spes, lux, vita,
Christe, fidelium, | 2 b. Salus, virtus
et vigor omnium. |
| 3 a. Adesto huic catervae
dignanter
solventi praeconia; | 3 b. Adauge plebi devotae,
quae precatur
supplicatque, praemia. |
| 4 a. Innata tibi
pietate tuis
miserere
et indulge servis; | 4 b. Immo redemptis
ignosce famulis
diluens
commissa parentis. |

- | | |
|---|--|
| 5 a. Hoc nunc [te] flagitat
precibus annuis,
cuius nos transitu
nunc gaudemus; | 5 b. Qui pius, humilis
Franciam genere,
corpore Galliam
fovet, ornat. |
| 6 a. Sancte Glodulphe,
pastorem salva,
gregem conserva. populum
emenda, | 6 b. Semperque tuas
Petro clavigero
oviculas, pater sancte,
commenda. |
| 7 a. Tu nos monachos
precibus foveas,
sanctis quos
ossibus [tuis] ornas. | 7 b. Te nunc requies
tenet egregia
floridis
paradisi in campis, |

8. Christus, qui est vita nostra.

Miss. ms. S. Arnulphi Metensis anni 1321. Cod. Meten. 133. — Melodie vielleicht „Romana“ mit einigen Unebenheiten; cfr. Anal. Hymn. IX, Nr. 223 und 287; X, Nr. 262.

151. De sancto Guenailo.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Jucundare,
plebs Corboliensis,
Et exsulta
laudibus immensis,
Voce, corde,
manibus suspensis
Ad superna. | 1 b. Ista nobis
dies celebrior
Est iucunda,
ceteris clarior,
Sole, luna,
stellis splendidior
Hodierna. |
| 2 a. Romelius,
comes Britanniae,
Coniugio
datur Laetitiae;
Celebrantur
amborum nuptiae
In Anglia. | 2 b. Generatur
puer angelicus
Guenaylus,
venustus, pudicus,
Mundo clarus,
potens, munificus
Cum gloria. |
| 3 a. Arte sua
fiscellam finxerat,
De virgultis
illam confecerat,
In pelago
quam exposuerat;
Ingreditur. | 3 b. A maligno
fluctus conturbatur,
Diffidentes
fidere hortatur,
Illo precan-
te mare placatur,
Dum ducitur. |

- | | |
|---|---|
| <p>4 a. Quo iubente
lupa a finibus
Statim fugit
arreptis foetibus.
Et bestia
ab illis partibus
Effugatur.</p> | <p>4 b. Cervus ingens,
quem canum latratus
Persequitur,
cursu fatigatus
Et ad pedes
beati prostratus
Conservatur.</p> |
| <p>5 a. Trina vice
terram percusserat,
Inundantem
aquam produxerat,
Egentibus
sic Moses fecerat,
Quos servabat.</p> | <p>5 b. In profundis
aquae gurgitibus
Se singulis
mergebat noctibus,
Membris suis
lascivioribus
Imperabat.</p> |
| <p>6 a. Insurgente
furore Saxonum
A finibus
recedunt Britonum,
Comitatur
turba nationum,
Dum portatur.</p> | <p>6 b. Ab extremis
partibus translatum
Iuxta pontem
Sequanae locatum,
Corboilum
nomine vocatum,
Honoratur.</p> |
| <p>7 a. Caeci, surdi
et claudi, debiles,
Continuis
momentis labiles
Adcurrentes
ad vota humiles
Roborantur.</p> | <p>7 b. Ad te omnes
venimus supplices,
Ante Deum
tuos iustifices.
Post hanc vitam
sint per te felices
Et salventur.</p> |

Collectan. ms. Corboliense saec. 16. Cod. Sangenovesian. 580. add. anno 1587. — Mit Melodie. — 1 a, 3 exsultet. — 3 a, 2 fexcerat. — 4 b, 3 Persecutus.

152. De s. Helena Treccensi.

- | | |
|---|--|
| <p>2 a. In Helena verbigena
Collaudetur et cantetur
Hymnus cum melodia;</p> | <p>1. Iucundare mente tota,
Trecassina plebs devota,
Speciali gloria.</p> <p>2 b. Dum in sanctis laus fit Deo,
Et sanctis honor in eo,
Dulcis est symphonia.</p> |
|---|--|

- 3 a. In hac omnes Christum laudent
Et per ipsam sibi plaudent
Vitae dari munera.
- 3 b. Dicant omnes et dicant
singuli:
Ave, salus Trecensis populi,
Virgo salutifera.
- 4 a. O quam felix, quam praeclara
Haec est virgo Deo cara,
Regis orta sanguine!
Agyelis filia,
Nata de Gratulia,
Vixit sine crimine.
- 4 b. Porphyrio praesignata,
Nata nondum est adfata
Testante Gratulia;
Templum dixit consecrari
Mariae bis, licet fari
Negaret infantia.
- 5 a. Huic annulus destinatur,
Per quem sibi conservatur
Virginis religio;
- 5 b. Muscis eius os purgatur,
Et huic aestus temperatur
Turturis officio.
- 6 a. Ignis nunquam minoravit,
In baptismo quae gestavit
Virgo, luminaria.
- 6 b. Hanc signavit dextra vitae,
Ut testantur eremitae,
Qui viderunt talia.
- 7 a. Vas habuit et contentum,
Quae mutantur in argentum,
Pauper muliercula.
- 7 b. Argyria doluit
Hoc ideo, quod fuit
Scutella tam parvula.
- 8 a. Virgo nimbos impetravit,
Quos habere peroravit
Diu sicca regio;
- 8 b. Cunas eius non rigavit
Gutta, Deum plebs laudavit
Una cum Evagrio.
- 9 a. Ramum palma flexit alma,
Virgo scidit fructum, vidit
Plebs haec mirabilia.
- 9 b. Paravisti, sponsa Christi.
Tuo patri atque matri
Gaudia perennia.
- 10 a. A maxilla paternali
Dolor fugit filiali
Vitta, mala grana mali
Sanaverunt omnia,
- 10 b. In transitu gloriosae
Huius sanctae speciosae
De nubibus palam rosae
Pluerunt et lilia.
- 11 a. Urbs laetare Trecassina
De tam summa medicina,
Quam custodis, ut divina
Vult propitiatio;
- 11 b. Urbs Trecorum, omni laude
De thesauro tanto gaude,
Eius ortu, vita, plaude,
Naturensis regio.
- 12 a. Assistentes eius laudi
Te precamur, Deus, audi
Et eius sanctis precibus
Nos a poenis mortalibus
Transfer ad caelestia.
- 12 b. Nos digneris exaudire
Nec permittas nos perire,
Sed, cum dies erit irae,
Nobis confer et largire
Sempiterna gaudia.

Miss. ms. Trecense saec. 15. Cod. Trecen. 117. A. — Miss. Trecense imp. Parisiis 1497. B. — Miss. Trecense imp. Trecis 1514. C. — Miss. Trecense imp. Trecis 1533. D. — 2b, 3 Dulcis et B. — 3a, 2 plaudant D. — 4a, 5 Getulia D. — 7a, 1 contemptum AB. — 8a, 2 perornavit AB. — 10a, 3 Vita. — 12a, 1 eius audi B. — Melodie natürlich: Laudes crucis.

153. De sancto Hermachora.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a Plebs fidelis Hermachorae
Gratuletur in honore,
De quo Marci successore
Gaudet Aquilegia.</p> | <p>1 b. Huius consors Fortunatus,
Qui est vere fortunatus,
Nam cum illo coronatus
Passione socia.</p> |
| <p>2 a. Mentem culpa veterem
Reddens fide puberem,
Afflictus in carcerem
Hermachoras mittitnr;</p> | <p>2 b. Qui contemptis omnibus
Poenis et tortoribus
Non minis, non precibus,
Non terrore frangitur.</p> |
| <p>3 a. Quo precante Dominum
Pro se et pro ceteris
Fulget pater Inminum
In occulto carceris.</p> | <p>3 b. Pontianns igitnr
Lumen missum caelitus
Videt et efficitur
Templum sancti spiritus.</p> |
| <p>4 a. Fama lucis nuntiatnr,
Caeca lucem contemplatur,
Fide patris liberatnr
Puer a daemonio.</p> | <p>4 b. Inde mlti baptizati
Manu sancti Fortunati
Dant honorem trinitati,
Credunt Dei filio.</p> |
| <p>5 a. Qnem Sevastns nomine
Sea se vastans crimine
Pro Christi certamine
Vinctnm tradit carceri.</p> | <p>5 b. Ibi simul socias
Christo reddunt gratias
Illatas iniurias
Ascribentes mneri.</p> |
| <p>6 a. Noctu, quornm opere
Diescit religio,
Decollat in carcere
Gentis superstio.</p> | <p>6 b. Quorum qui capitibus
Serta dat victoriae,
Nos eorum precibus
Confignet gloriae.</p> |

Grad. ms. Civitatense saec. 14. in. Cod. Civitaten. LVIII. A. — Grad. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LXXIX. B. — Trop. et Sequent. ms. Civitatense saec. 14. Cod. Civitaten. LVI (20). C. — Trop. et Sequent. ms. Aquilegiense saec. 15. Cod. Semin. Goricien. J. D. — Miss. Aquileiense imp. Venetiis 1508. E. — Miss. Aquileiense imp. Venetiis 1517. F. — 1 a, 2 Gratulemur C. — 1 a, 4 Aquileia E, Aquileya F. — 1 b, 1 Cuius DEF. — 1 b, 2 fehlt EF. — 2 a, 1 Gentem EF. — 2 a, 3 fehlt E. — 2 b, 4 Nec DEF. — 4 a, 2 lumen EF. — 4 b, 1 Unde DEF. — 5 b, 1 Ubi DEF. — 5 b, 2 Sanctas reddunt EF. — 6 a, 3 Decollantur EF; in fehlt F. — 6 a, 4 — 6 b, 3 fehlen EF. — 6 b, 4 Configura C, Praefigurat EF. — Vorstehende Sequenz war in unseren Analecta Hymn. (VIII, Nr. 184) nur aus der Quelle E mitgeteilt; Misset-Weale haben sie 12 Jahre später (Anal. Liturg. II, Nr. 911) aufs neue aus einer einzigen noch jüngeren Quelle, nämlich F, publiziert. Zur Hebung der sehr störenden Lücken, welche im gedruckten Missale von Aquileia am Anfange und Schlufs sich vorfinden, schien es angezeigt, die ganze Sequenz aus den inzwischen gefundenen Quellen aufs neue herauszugeben.

154. In sancti Hermelandi.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Lyrae cordis
Concordet concentus oris,
Alleluia, | 1 b. Hermelandi
Quo possit honore pandi
Res miranda. |
| 2 a. Magno natus genere
Maior surgit opere,
Sol de stella; | 2 b. Sanctis, quos associat,
Ut stella praeadiat
Semper clara. |
| 3 a. Pastor factus ovium
Curam curat omnium
Pari forma; | 3 b. Caro caret sordibus,
Nec mens mundi fastibus
Fit corrupta. |
| 4 a. Multis signis proditum
Est ipsius meritum
Valle nostra; | 4 b. Mundo mundus aruit,
Uti digne studuit
Carne sumpta. |
| 5 a. Sermo mutis additur,
Gressus claudis redditur,
Neque lampas sinitur
Esse caeca; | 5 b. Aucti vini copiam,
Sacri loci gloriam
Sibi iungunt etiam
Haec praedicta. |
| 6 a. Tacere scelera
Nequivit effera
Furtum faciens
gens misera. | 6 b. Qui tot das munera,
Duc nos ad supera,
Quem genuit
puerpera. |

Brev. Lochense imp. Turonibus 1536. — Dort in der Messe des Heiligen. — Melodie offenbar „Laetabundus.“

155. De ss. Hermelando et Baldo.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Tibi, Christe,
Laetus psallat chorus iste
Alleluia, | 1 b. Ut sanctorum
Pandi possit laus istorum,
Res miranda. |
| 2 a. His virtutum radio
Prodit lux a modio,
Sol de stella; | 2 b. Casum vitant scelorum,
Luce micant operum
Semper clara. |
| 3 a. Ut vacant a sordibus,
Sic vernant virtutibus
Pari forma, | 3 b. Quorum mens nec asperis
Mundi neque prosperis
Fit corrupta. |
| 4 a. Actu, mente pariter
Usi sunt salubriter
Carne sumpta. | 4 b. Quae sint horum merita,
Signa monstrant inclita
Valle nostra. |

- | | |
|--|--|
| <p>5 a. Laus sanctorum pauiditur,
Dum morbus expellitur,
Et frons nondum sinitur
Esse caeca;</p> | <p>5 b. Mors, languor, debilitas,
Membrorum ariditas,
Comitatur sospitas
Haec praedicta.</p> |
| <p>6 a. Sanctorum muncera
Pocit innumera
Sanari volens
gens misera.</p> | <p>6 b. A morte libera,
Christe, nos effera,
Virgo quem fudit
puerpera.</p> |

Brev. Lochense imp. Turonibus 1556. — Wiederum in der Messe der Heiligen und mit der Melodie „Laetabundus“, wie die vorhergehende Sequenz. Beide sind scheinbar von demselben Dichter.

156. De sancto Hieronymo.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Iucundare, Sion,
canticis,
Inclita tu, mysticis;
Huius te sancti decorat
praesentia.</p> | <p>1 b. Ovat hinc curia
caelorum,
Sed furia Hebraeorum
Miratur ex interpretis
scientia.</p> |
| <p>2 a. Hic est Stridonensis,
Cuius lingua velut ensis
Haereticorum scindit
perfidiam.</p> | <p>2 b. Auctoris gratia
Eius roborat praecordia,
Ut fratrum parvipendat
calumniam.</p> |
| <p>3 a. Nam eventu sibi contigit,
Muliebrem quia induit
Vestem; matutinum sic
adiit.</p> | <p>3 b. Numquid Venereis beatus
Vir actibus deturpatus?
Sed sic vexatus Roma
abiit.</p> |
| <p>4 a. Egreditur sic conatus,
Velut bos sensatus
Quaerens praesaepe
Domini.</p> | <p>4 b. Sit nobis ut portio
Tuo cum consortio,
Interne precamur
singuli.</p> |
| <p>5 a. Vultu nos benigno
respice,
Ieronyme, doctor inclite,
Ciceronianus qui dicebaris,
hora in
agonis.</p> | <p>5 b. Olim dum tribunali
praesentaris,
Iudici cum maerore faris,
Iniustum te testaris
propter codices
Platonis.</p> |
| <p>6 a. Libere tunc spondisti
Lecturae nunquam isti
Adhaerere,
Sed scripturae verae
Dilatare
mysteria.</p> | <p>6 b. Fundamentum capis
Christum, qui, dum sapis,
Testamentum vetustatis
Tuis transfers cognatis
Manente
materia.</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>7 a. Populis a cunctis
Christi merito veneratur,
Nam ibi tumulatur,
Salvator ubi
generatur.</p> | <p>7 b. Ordinem ineptum
Reformat officiorum
Et regulat chorum,
Redarguit cor
reproborum.</p> |
| <p>8 a. Laete ergo scandis
Polorum algamata,</p> | <p>8 b. Obscura qui pandis
[Scripturae] idiomata,</p> |
| <p>9 a. Nimirum dum transtulisti
gravia
In Hypogaei caverna.</p> | <p>9 b. Iam sed particeps tuorum
tenes bravia
Requiei aeterna.</p> |
10. **Eia ergo, tuo interventu**
Damnatorum a conventu
Parili hoc concentu.
Interne nos ut servcs,
rogitamus.

Miss. ms. Alrispacense saec. 15. Clm. Monacen. 2873. — 1 b, 3 sq. miratur Hebraeorum. — 3 b, 1 sq. vir beatus Venereis deturpatus actibus. — Mit dem Sequenzenschema erster Epoche ist der Reim verquickt in einer Weise, daß das Ebenmaß der Verse öfters nicht gewahrt wurde. Interessant ist, daß das reimende Schlußwort jeder Halbstrophe je gleich viele Silben hat. Man vergleiche unten die Sigismund-Sequenz „Inclite rex regum“ vom gleichen Verfasser, der im Akrostichon sich Iohannes Wolf Poloniae nennt.

157. De sancto Hieronymo.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Summi principis sophia
Concordi sub harmonia
Orbem regit immensum;</p> | <p>1 b. Suavis influentia,
Aeterna providentia
Capacem replet sensum.</p> |
| <p>2 a. Manus sua dona pluit.
Semper erat, est et fuit
In se credentum custos</p> | <p>2 b. Omni hora vel aetate,
Quos mundi calamitate
Pressim vidit onustos.</p> |
| <p>3 a. Hoc Ieronymus illustris,
Doctor verus et industris,
Vigente sentit flore;</p> | <p>3 b. Livens scapulis plagatus
Ciceronis ob tractatus
Spreto sancto sudore,</p> |
| <p>4 a. Istum catulum leonis
Eusebius Histridonis
De oppido produxit,</p> | <p>4 b. Clarus eius ut rugitus
Mundi concitet auditus
Eloquio, quo luxit.</p> |
| <p>5 a. Iuventam docet senilem
Et senectam iuvenilem
Grammaticam Donatus;</p> | <p>5 b. Sensus eius alta pinus,
Cui cudit Victorinus
Rhetoricos ornatus.</p> |

- | | |
|---|---|
| 6 a. Presbyter hic cardinalis,
Quem nec dignitas papalis
Movet; quin Byzantium | 6 b. Fugit apud Nazarenum,
Ubi traxit haustum plenum
Artis se salvantium. |
| 7 a. Quod didicit, hoc perfecit,
Arta vita se confecit
Quadrennis per desertum, | 7 b. Ut temptatio terrarum tris,
Visitatio caelestis
Examinet expertum. |
| 8 a. Bethlehem post haec adivit
Et Aegyptum pertransivit
Signando patrum vitas. | 8 b. Literas sine figmento
Sacras transfert et commento
Proprio redimitas. |
| 9 a. Hebraeo, Graeco, Latino
Et Chaldaico divino
Sermone floret clarus. | 9 b.
.
. |
| 10 a. Os, medulla, caro, cutis
Sunt exhausta, vir salutis
Praeter animum (et) sernis. | 10 b. Deportans exegit centum
Centuplo lucro talentum
Et iungitur supernis. |
| 11 a. Ibi laetus
Inter coetus
Angelorum
Et sanctorum
Semper pro nobis ora, | 11 b. Ut nos sequi
Mites, aequi,
Puro corde
Sine sorde
Brevi possimus mora. |

Miss. ms. Neerlandicum anni 1486. Cod. Mus. Harlemen. 124. — 3 a, 3
Vivente. — 10 a, 3 bleibt unverständlich.

158. De sancto Hieronymo.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Exaltemus Ieronyni
Merita, quibus Domini
Promeruit gloriam, | 1 b. Ut vitam atque doctrinam
Eius sequentes divinam
Mereamur gratiam. |
| 2 a. Hic imbutus artibus
Plene liberalibus
Legem Dei studuit; | 2 b. Qui cum summo studio
Et labore nimio
Bibliam composuit. |
| 3 a. Hic aliquando vexatus
Carnis stimulo conatus
Est hunc penitus frangere | 3 b. Ieiuniis ac lacrimis
Atque poenis acerrimis
Se satagens adfigere. |
| 4 a. Verumtamen huic Platonis
Libros atque Ciceronis
Magis placebat legere. | 4 b. Quare gravi febre tactus,
Sursum ad tribunal tractus
Tunc coactus est dicere, |

- | | |
|---|---|
| 5 a. Cuias esset; qui respondit:
„Christianus“; iudex dixit:
„Immo Ciceronianus; | 5 b. Et, quoniam es mentitus,
Nullatenus impunitus
Effugies meas manus.“ |
| 6 a. Tunc iussit hunc flagellari,
Qui adiurans detestari
Coepit libros gentilium; | 6 b. Et sic correctum dimisit
Et hunc redire permisit
Precibus assistentium. |
| 7 a. Hic presbyter cardinalis
Honore sedis papalis
Dignus fuit reputatus, | 7 b. Sed quorundam malitia,
Quorum damnabat vitia,
Fuit ab urbe fugatus. |
| 8 a. Qui mira paenitentia
Confectus et inedia
Per quattuor annos fuit. | 8 b. Demum Bethlehem veniens
Et in Christo obdormiens
Scandere caelum meruit. |
| 9 a. Cuius meritis iuvari
Deposcimus et purgari
A peccatis omnibus, | 9 b. Ut post huius vitae cursum
Mereamur addi sursum
Caelicis agminibus. |

Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?]. A. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. B. — 1 a, 1 Exsultemus AB. — 3 b, 3 Satagens se A. — 8 a, 2 Confectus sed; offenbar ein dittographischer Fehler.

159. De sancto Hieronymo.

- 1 a. Ecclesiae doctor, Ciceronis codice flagrans,
1 b. Cum tibi Stridonii dederat tria famina Roma,
- 2 a. Verbera sancta luis; promotus ordine sacro
2 b. Corrigit errores flendo; tibi crimine vestem
- 3 a. Addidit hinc aemulus; Bethleem petis ardua; fundis
3 b. Multis claustra viris; sacros, Ieronyme, libros
- 4 a. Transfers et condis pollici spectacula rei.
4 b. Tunc leo mitescit, iussis obtemperat almis;
- 5 a. Ligna tulit raptumque gemit laetusque reducit.
5 b. Alta docens, moriens praesaepique conderis antro.
- 6 a. Te nunc Roma tenet, te templo virginis orat;
6 b. Glorificus miris pictoris in ordine clares.

Miss. ms. Vissegradense saec. 15. Cod. Capit. Vissegraden. V C η. — 3 a, 1 Addidit huic; petis cardua. — 6 b, 2 l. miris fictoris = creatoris?

160. In Translatione s. Hieronymi.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Gaude, mater ecclesia,
Recolens cum gaudio
Ieronymi magnalia; | 1 b. Nam translatus hodie,
Fultus dono gratiae
Egit mirabilia. |
| 2 a. Cyrillus episcopus,
Caelesti flatu ductus,
Solum coepit fodere; | 2 b. Tunc corpus sacratissimi
Visum est Ieronymi
Terram nusquam tangere. |
| 3 a. De sepulcro levatur,
In altari locatur
Populis cernentibus; | 3 b. Adest odor suavis,
Cui nunquam aequalis
Patuit hominibus. |
| 4 a. Patent beneficia
Mira Dei gratia
Bethlehem civitati, | 4 b. Nam sedecim privati
Oculorum lumine
Redduntur sanitati. |
| 5 a. Hinc tres daemoniaci,
Vinclis dura ligati,
Assunt in ecclesia; | 5 b. Mox quidem liberantur
A daemonum nexibus
Ob sancti praeconia. |
| 6 a. Puer matris unicus
Tunc per turbam oppressus
Matre amare flente | 6 b. Sancti tumbam attigit,
Vitae venam recipit
Plebe conspiciente. |
| 7 a. Hinc puer triduanus
Terraetae commendatus
Per patrem apportatur, | 7 b. Qui prece Jeronymi,
Doctoris sanctissimi,
Illico suscitatur. |
| 8 a. In ara exaltatus,
Per noctem demum datus
Tumbae suae pristinae, | 8 b. Terraetae, matri omnium,
Commendans corpusculum,
Sic promissum caelice. |
| 9 a. Hinc, Jeronyme pie,
Vota nostra respice
Et nos Deo commenda, | 9 b. Et peccantes eripe,
Salva vasa gratiae,
Protege et emenda. |
| 10 a. Ave, pater gloriose,
Casti odor lillii,
Ave, mirthus odorosa,
Summi spes solacii. | 10 b. In praecinctu viae stamus,
Lapsis manum porrige,
Tua prece, ne cadamus,
Gressus nostros dirige. |

Missale Numburgense imp. Basileae 1517.

161. De sancto Hildevardo.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Hodiernae lux diei
Hildewardi, viri Dei,
Reducit sollempnia. | 1 b. Hac in die sanctus Dei
Basis existens fidei
Petiit caelestia. |
|---|--|

- | | |
|--|---|
| <p>2 a. Iste natus in Tulia
De praeclara prosapia
Cunctos cives superat</p> <p>3 a. Vacat sedes, praesentatur
Daugoberto, sublimatur
In praesulis solio;</p> <p>4 a. Iste, quem Deus elegit,
Flumen sicco pede legit
Comitante nemine.</p> <p>5 a. Psallat chorus Tenremundae,
Alte canat et profunde
In sancti memoria.</p> | <p>2 b. Castitate, pietate,
Largitate, bonitate,
Quibus cunctis praeerat.</p> <p>3 b. Comes, qui hunc postponebat
Et qui natum promovebat,
Demens fit cum filio.</p> <p>4 b. Horas solus dum canebat,
Angelus huic respondebat
Missus caeli culmine.</p> <p>5 b. Psallant omnes et precentur.
Ut in caelis collocentur
Hyldewardi gratia.</p> |
|--|---|

Grad. ms. Teneramundense saec. 15. Cod. Teneramunden. s. n. — Vgl. die Notiz zur Sequenz de s. Christiana, oben Nr. 93.

162. De sancto Huberto.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Regem regum invocemus,
Vita, voce praedicemus
Ipsius clementiam;</p> <p>2 a. Adest dies, qua Hubertus,
Praesul almus, est insertus
Caelesti palatio;</p> <p>3 a. Praestat fide, miraculis
Divitibus, pauperculis
Multa beneficia.</p> <p>4 a. Miles, comes palatinus
Romam adit peregrinus,
Caelesti praeconio</p> <p>5 a. Praesul factus plebem rexit,
A Traiecto sed transvexit
Cathedra[m Leodium].</p> | <p>1 b. Vita vocem imitetur,
Ut laus nostra decoretur
Per eius potentiam.</p> <p>2 b. Universis praedicanda,
Ecclesiae diligenda
Angetur devotio.</p> <p>3 b. Admiretur, veneretur
Et per ipsum collaudetur
Larga Dei gratia.</p> <p>4 b. Illic praesul consecratur;
Divinitus inspiratur,
Fungitur officio.</p> <p>6 b. In se mundum crucifixit
Et in Christo mentem fixit
Carnis calcans vitium.</p> |
|--|--|

Collect. ms. saec. 12. Cod. Namurcen. 4. add. saec. 12. — Zwischen Str. 5a u. 6b fehlen 2 Halbstrophen, die unlesbar sind; es ließen sich nur noch folgende Worte entziffern: „Et aeterna suspirare | Ad . . . gaudia.“ — Die gleiche Sequenz ist veröffentlicht in den Acta SS. Bolland. Nov. I, p. 851, allem Anschein nach aus der gleichen Quelle, da dort ganz dieselbe Lücke ist; „quaedam voces et lineae vetustate detersae sunt.“ Bezeichnet ist aber als Quelle ein Codex „Musaei archeologici Namurcensis saec. 13.“ Die Abschrift für die Acta SS. besorgte „v. e. Doyen, nunc decanus Wellinensis in dioecesi Namurcensi;“ derselbe las: 1a, 2 Alta voce. — 2b, 1 Ut simul praedicanda. — 5a, 1 sqq. Praesul factus plebem
Vovit a Traiecto sedem
Transvexit cathedrae.

Von den verblassten Halbstrophen zwischen 5a u. 6b entzifferte er die Worte: „suspirare gaudium.“ — Ob die Sequenz mit der Halbstrophe 6b abschließt, erscheint mir zweifelhaft.

163. De sancto Hyacintho.

- 1 a. Salvatorem collaudemus
In Iacinti laudibus,
Ore ei praesentemus,
Corde quod concepimus.
- 2 a. Mores eius, mores digni,
Mores quoniam sanctissimi,
Innotescant omnibus.
- 2 b. Quantum potest, quantum valet,
Magnas omnis promat laudes,
Tu, Polonia, amplius.
- 3 a. Laus sit tibi specialis,
Sit sonora, sit mentalis,
Sit iucundus iubilus.
- 3 b. Toto corde, pleno ore
Virum hunc sanctissimum
Totis lauda viribus,
- 4 a. Te qui pavit, fovit, movit,
Ad virtutes cunctas tulit
Depulsis erroribus.
- 4 b. O quam bonum, quam iucundum
Talem fuit tibi virum
Audire, Polonia!
- 5 a. Nec tu sola meruisti,
Sed et alii plures, pasci
Verbis eius dulcibus.
- 5 b. Hic Germanis fuit notus,
Hic Polonis, hic Romanis,
Hic vicinis populis.
- 6 a. Ut Elias suae plebi,
Alter quamvis, suo gregi
Tantum iste profuit,
- 6 b. Verbo vita, signis, fama
Ad amorem Christi trahens
Sanctis suis moribus.
- 7 a. Laudes ergo tanto viro,
Laudes demus corde puro
Ac sinceris mentibus.
- 7 b. Deprecantes genu flexi
Verum Deum miti vultu,
Huius sancti precibus
8. Ut post mortem tuto portu
Nos reducat et conducat
Ad perenne caeli regnum.

Miss. Cracoviense imp. Cracoviae 1545. — 7b, 3 steht nach 8, 3 u. bildet so den Schluss der an Unebenheiten sehr reichen Sequenz. — Entlehnungen aus „Lauda Sion“ springen in die Augen.

164. De s. Jacobo Maiore.

- 1 a. Surge, Sion, iucundare,
Vide mensam, specularare
Caeleste convivium,
- 1 b. Et convivas exemplare,
Regni dapes admirare,
Iesum Dei filium.
- 2 a. Christo regi qui convivant,
Horum est, ut semper bibant,
Potus et edulium;
- 2 b. Calix Christi, sanguis merus,
Caro Iesu, cibus verus,
Vitae dant subsidium.

- | | |
|--|---|
| 3 a. Calix summae dignitatis
Iacobi . . primatis
Offeritur insigniis, | 3 b. Quem se bibere fatetur,
Bibit, ut perfrueretur
Aeternis deliciis. |
| 4 a. Ave, dux apostolorum,
Quorum primus intras chorum
Laureatus sanguine; | 4 b. Ave, primus patronorum,
Salve, vera lux doctorum,
Re splendens et nomine. |
| 5 a. O sinistra summi Dei,
Ad te currunt quique rei
Spe supernae gratiae, | 5 b. Currunt caeci, currunt claudi,
Qui sanati Iesu laudi
Dant voces laetitiae. |
| 6 a. Hunc patronum veneremur
Iacobumque deprecemur
Cordis, oris iubilo, | 6 b. Ut a poenis liberemur
Patronoque collochemur
In perenni gaudio. |

Miss. ms. Claustroneoburgense saec. 15. Cod. Claustroneoburgen. 617.

165. De s. Iacobo Maiore.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Psallat laeta supernorum
Curia, | 1 b. Et in terra sint iustorum
Gaudia. |
| 2 a. Sancto dies hic sanctitur,
Quo Iudaeae aperitur
Et tibi, Samaria, | 2 b. Quem superna caritate
Patrem salva castitate
Parit virgo filia. |
| 3 a. Contradicit huic Philetus,
Contra fidem inquietus,
Missus ab Hermogene; | 3 b. Fide plenus ille redit,
Doctor ultus esse credit
Vinculato iuvene. |
| 4 a. Claret sanctus absolvendo;
Mox utrique capiendo
Mittuntur daemonia; | 4 b. Magnum reddunt incremata,
Mire dolent pro negata
Laesionis copia. |
| 5 a. Doctor vitae docet istum,
Gaudet iste sequi Christum
Tota cum familia; | 5 b. Quod hic prius affirmabat,
Negat, dolet; sed declarat
Penitus contraria. |
| 6 a. In diebus azymorum
Petit livor Iudaeorum
Sanctum ad supplicia; | 6 b. Dat Iosias collo restem
Poenae, punit Christi testem
Reste suffocaria. |
| 7 a. Trahens eum decollari
Vidit aegrum reparari
Dicto Christi nomine; | 7 b. Mox compunctus baptizatur
Et doctori comes datur
In effuso sanguine. |
| 8 a. Par Iohannis et germane,
Nunc in caelis vides plane
Maiestatem Domini, | 8 b. Quam in carne rutilante
Nobis demonstravit ante
Deus idem homini. |

- | | |
|--|--|
| <p>9 a. Tu primus apostolorum
Choros intras angelorum,
Pia prece supplica,</p> | <p>9 b. Ut in his, quae docuisti,
Nostra semper [ope] Christi
Augeatur practica.</p> |
|--|--|

Orat. ms. S. Caeciliae Coloniensis saec. 15. Cod. Colonien. I. — 4b, 1 incrementa. — 8a, 2 vidit plane.

166. De s. Iacobo Maiore.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Huius festi collaudetur
Et divinis decoretur
Laudibus solllemnitas;</p> | <p>1 b. Crescat fides, spes virescat,
Fervor cordis non tepescat,
Invalescat caritas.</p> |
| <p>2 a. Dies enim veneranda
Et devote celebranda
Recensetur hodie,</p> | <p>2 b. Qua Iacobus, iubar clarum,
Victo rege tenebrarum
Sertum sumpsit gloriae.</p> |
| <p>3 a. Hic est frater aquilae,
Rutilans et nobile
Germen Zebedaei,</p> | <p>3 b. Qui piscator hominum,
Exstirpator criminum,
Pandit verbum Dei.</p> |
| <p>4 a. Hic est fortis supplantator
Atque potens triumphator
Conculcans terrestria,</p> | <p>4 b. Ut merito sic vocetur
Et vox rei famuletur
Veritatis nuntia.</p> |
| <p>5 a. Felix, qui transfiguratum
Verbum vidit incarnatum
Vivens adhuc corpore,</p> | <p>5 b. Per quod cunctis nosse datur,
Salvatori copulatur
Quam felici foedere.</p> |
| <p>6 a. Dogma sacrum praedicat,
Talentum multiplicat
Verbis atque signis;</p> | <p>6 b. Hermogenem superat,
Multis portam reserat
Vitae vir insignis.</p> |
| <p>7 a. Hoste tandem triumphato
Atque cursu consummato
Subiit martyrium;</p> | <p>7 b. Primus inter senatores
Ecclesiae clariores
Vitae sumens bravium.</p> |
| <p>8 a. O quam patet sancti decus,
Dum mitescit ferox pecus
Et draco consumitur!</p> | <p>8 b. Lupa inde Christo credit
Et Iacobo locum dedit,
Quo nunc pie colitur.</p> |
| <p>9 a. Ergo plaudat ecclesia
Iacobo solvens munia
Piae laudis,</p> | <p>9 b. Et tu gaude, Galatia,
Quae tam venerabilia
Membra claudis.</p> |
| <p>10 a. Sed tu, pater et patrone,
Pie pastor, rector bone,
Coruscans virtutibus,</p> | <p>10 b. Prece tua nos gubernat
Et ad regna duc aeterna
Cum caelorum civibus.</p> |

Miss. Ruthenense imp. Lugduni s. a. [1540]. A. — Miss. Parisiense imp. Parisiis 1585. B. — 8b, 1 Luparia A, Lupa vide B; nach der Legende ist Lupa jene bekehrte Frau, die dem Heiligen seine Grabstätte schenkte. — Melodie augenscheinlich: „In caelesti ierarchia.“

167. De s. Iacobo Tharentasiensi.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Laudum praeconia
Solvat celebra
Turba fidelis; | 1 b. Iacobus gloria
Fulget eximia
Regnans in caelis. |
| 2 a. Deum sequens pura mente,
Spreto mundo marcescente
Respuit et idola. | 2 b. Paganorum spreta gente
Baptizatus est repente
Devotus deicola. |
| 3 a. In fide novitius
Fortunati socius
Viam eius sequitur. | 3 b. Non erat tunc alius
Vivens eo durius,
Ob hoc non deseritur. |
| 4 a. Cum draconis oppressura
Concremaret prorsus rura
Lirinensis insulae, | 4 b. Fuit ei ingens cura
Remove prece pura
Pestem mortis aemulae. |
| 5 a. Postquam draco disparuit,
Illic uterque voluit
Ipsa quoque provincia
Fundari monasteria. | 5 b. Monachorum ad regulam
Convertunt statim insulam;
Arelatensis moritur
Praesul, alter eligitur. |
| 6 a. Honoratus
Arelatensium
Sublimatur
ad episcopium; | 6 b. Cendronitis
Iacobus praefuit,
Ubi signis
coruscans floruit. |
| 7 a. Mansuetum sicut ovem,
Quod donarat morti bovem,
Ursuin subiugavit; | 7 b. Ipse Dei ad honorem
Quinque pedes contra morem
Trabem augmentavit. |
| 8 a. Corvus quem eripuit,
Ocellum restituit
Baiulanti asino, | 8 b. Et dum sol incaluit,
Quod tunc nix induruit,
Factum est a Domino. |
| 9 a. Homo simplex ut columba,
In defuncti ut flet tumba,
Suscitatur propere; | 9 b. Die quarta suscitatus
Est magistrum imitatus
Statim in itinere. |
| 10 a. Nos imitantes Iacobum
Vincamus hostem improbum, | 10 b. Ut digne pro victoria
Caeli fruamur gloria. |

Miss. ms. Tharentasiense saec. 15. Cod. Parisin. 8889. A. — Miss. Tharentasiense imp. s. l. et a. [Lugduni 1520]. B. — 2 a, 2 marcescente A. — 4 a, 2 iura B. — 4 b, 3 mortalis A. — 6 a, 4 a episcopum A, ad episcopum B. — 6 b, 1 Cendronicis A. — 9 a, 2 dum flet B.

168. De sanctis Innocentibus.

1. Sator summe,

- | | |
|---|---|
| 2 a. Praeconia
canimus tibi consona, | 2 b. Quo valeant
tibimet fore placita. |
| 3 a. Est namque dignum,
ut lauderis
ab ecclesia, | 3 b. Pro qua humanam
dignatus es
sumere formam. |
| 4 a. Te nato in terra
angeli canunt cantica, | 4 b. Pastoresque tui
cernunt lacti magnalia. |
| 5 a. Impius
Herodes fremit
atque tumet ira, | 5 b. Lividus
iubet necari
parvulorum milia. |
| 6 a. Quos caelum capit
et supra stellarum
dirigit loca, | 6 b. Agnum cum palma
qui sequuntur marty-
rii per prata |

7. Caelestis vitae amoena.

Trop. ms. Prumense saec. 10/11. Cod. Parisin. 9448. — 4 b, 2 magnalia laeti; stört den sonst beachteten Auslaut aller Strophen auf a. — Melodie: Stans a longe.

169. De sanctis Innocentibus.

1. Gaudet clemens Dominus
super agmina sacra

- | | |
|---|---|
| 2 a. Sanctorum pretiosa
innocentum gloria, | 2 b. Herodes quos carnifex
occidit morte cruenta, |
| 3 a. Ecclesiastica nobis
hodie sicut verax
narrat historia. | 3 b. Pro quibus omnibus tibi
<i>Iam nunc intonant praeconia
nostra inclita.</i> |
| 4 a. Quem laudat caelicus ordo
omnisque populus christianus,
mare et flumina, | 4 b. Caelum et sidera, semper
<i>Christum Dominum laudantia
per saecula omnia.</i> |
| 5 a. Illi nos dulcisona
canendo voce
pariter odas
concrepemus debitas, | 5 b. Cuncta et laentur
elementa quaeque
hac die simul
coniubilent condita. |

- | | |
|---|--|
| 6 a. Gaudendo omnes concrepent,
sollemnia sanctorum
psallendo celebrantes
omnes nos pariter dicamus: | 6 b. Gloria sit in aethera,
<i>Cuius sacra rutilant dona,
queis aeternae vitae
consequimur magna prae-
mia.</i> |
| 7 a. Ubi Cherubim
atque Seraphim Dominum
collaudant; | 7 b. Ubi exultat
sancta angelorum semper
caterva, |
| 8 a. Dulci personans cum voce,
psallendo simul
harmonica carmina; | 8 b. Ubi decenter locata
<i>Quam beata
sanctorum sunt agmina!</i> |
| 9 a. In terris qui sua
morti subdidere corpora | 9 b. Pro Christo, omnium
rege, cui sit et gloria, |
| 10 a. Virtus, honor, potentia,
splendor, iubilatio
per saecula aeterna;
huic simul astant
agmina | 10 b. Angelorum caelestia,
<i>Trinitatem sanctam
cernentia
in gloria aeterna
. . .</i> |
| 11 a. Petimus,
ut cum sanctis frui
paradisi
possimus gaudiis | 11 b. Cernere
et te Deum, natum
de virgine,
in fine temporum, |

12. Qui cum patre et spiritu
es ante saecula.

Grad. ms. Marchianense saec. 14. Cod. Duaceu. 114. A. — Pros. et hymn. ms. Marchianense saec. 15. Cod. Duacen. 123. B. — Miss. ms. Marchianense saec. 12. Cod. Duacen. 62. add. saec. 15. C. — Miss. ms. Marchianense saec. 16. in. Cod. Duacen. 89. D. — 9 a, 1 qui sua morti subdidere fehlt C. — 9 b, 2 fehlt C. — 10 a, 2 fehlt C. — Melodie: „Pretiosa“; vgl. die Anal. XL, Nr. 131 gemachten Bemerkungen über die nach diesem Schema gehenden Sequenzen. Beachtenswert sind insbesondere die verschiedenen Berührungspunkte dieser Sequenz mit Anal. Hymn. XXXVII. Nr. 333.

170. De sanctis Innocentibus.

1. Laude piissima
collaudemus ubique, eia,
Mente voceque sonora,

- | | |
|---|---|
| 2 a. Clangente symphonia
Deum, cui praeclara
dat laudes martyrum turba
gratanter per saecula cuncta. | 2 b. Indicabunt innocentes
atque cuncti cum Christo
sancti nationes atque
gentes orbis terrae omnes. |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| <p>3 a. Et Domino iuncti
dominabuntur populis
et regna ascendent
superna cum
victoriae palma,</p> | <p>3 b. Ubi cum beata
gloria nova I om'no
canunt cantica festa
celebrantes
immortalia.</p> |
| <p>4 a. Atque cum eis in pace
regnabit illorum rex
in aeterna
luce donans eis
perenne seruum.</p> | <p>4 b. Quorum prece nobis ipsum
rogamus esse pium,
ut queamus
caelicum cum eis
scandere regnum</p> |

5. Gaudere et in aeternum.

Hymn. et Prosar. ms. Laudunense saec. 12. Cod. Laudunen. 263. A. -- Miss. Laudunense imp. Parisiis 1491. B. — Miss. Laudunense imp. Parisiis 1557. C. — 2 a, 1 ist mit 1, 3 zu einer Strophe vereinigt BC. — 2 a, 3 turba BC. — 2 a, 4 saecula AC. — 2 b, 3 ac ABC. — 3 b, 2 Deo ABC; — 3 b, 2 sq. nova canunt Deo BC. — Betreffe A, aus welcher Quelle sonst schon vieles für unsere Analecta geschöpft wurde, war ich bei dieser Sequenz leider einzig auf den von Ul. Chevalier (Ordinaire de Laon. 1897. p. XXXIII) publizierten Text angewiesen. Jene Handschrift enthält nämlich auch durchweg die Melodien, und so wäre es möglich gewesen, eine sichere Handhabe für die Abtheilung der einzelnen Clauseln zu gewinnen, welche jetzt unsicher bleibt. — Wenn Chevalier l. c. diese Prosa als „versus de la séquence: Laus tibi Chrise“ bezeichnet, wird er bei den Fachgelehrten schwerlich Zustimmung finden. Die Notiz der 3 Quellen: „Non dicitur Alleluia in festo [Innocentium], sed Prosa Laude piissima“ BC, und „Non dicitur Alleluia, sed loco eius cantant Laude piissima“ A — läßt an Klarheit nichts zu wünschen.

171. De sancto Ioaehim.

1. O Iesu Christe, ad sancti Ioaehim, patris
Tuae matris
Mariae, avi tui festa
Corda nostra a peccatis munda praesta.
2. O Iesu, avi tui precamine
Miserere nobis mortis nostrae in examine.
3. O cluens patriarcha,
A quo processit novi testamenti archa
Baiulans manna caeleste
Sacra scriptura teste.
4. O sancte Ioaehim,
prosapiam antiquorum patrum laetificasti,
Quando virginem Mariam, Dei matrem
etiam sine peccati macula
ex sancta Anna generasti.

5. Quae peperit caeli florem,
Huius mundi redemptorem
Ipsum regem angelorum.
6. Tu cum coniuge et nata supplex pro nobis ora,
Ut in nostrae mortis hora
Praesentia gaudere mereamur omnium vestrorum.

Officia ss. Annae, Ioaehim, Ioseph imp. s. l. et a. (Hain 8748). — 2, 2 et a mortis. — Zu vergleichen ist die Sequenz „O Iesu benigne“ (Anal. Hymn. XLII, Nr. 4); wie dort, so fehlt auch hier der Rhythmus und der Parallelismus. In der Quelle wird diese Reimprosa als „Sequenz“ bezeichnet.

172. De sancto Iohanne Baptista.

1. Eia, summe sator,
carmina

- | | |
|--|--|
| 2 a. Devotae plebis, obsecramus,
in supernorum tabula | 2 b. Dignare ascribi canora,
tibi palam, clementia, |
| 3 a. Quo resonare
supplicum lingua
dulcem queat harmoniam; | 3 b. Qui miserari
plasma disponens
mirabiliter longaevam |
| 4 a. Sterilitatem
prole beatam
fecundasti
virtute tua, | 4 b. Ut Elisabeth
ovans gigneret
praeconem et
plus quam prophetar |
| 5 a. Qui te venturum ad ima
praedicaret
in Iudaea
per desertum
parando vias. | 5 b. Namque Iohannes Baptista
praecursor et
plus quam propheta
vocatus est
ab astricola. |
| 6 a. Is agnum Dei
Iesum monstravit,
quem (mundum) Iordanis
baptizavit unda. | 6 b. Legis mandata
implens omnia
caelebs mansit
in parcimonia. |
| 7 a. Unde ab
Herode constanter
sic amputari
non metuit
verticem, ut ad inferna | 7 b. Proferret
Christum venisse in
carne Deum, quem
[suppliciter]
mente rogenus intima |

- 8 a. Et voce petamus sedula,
ut nobis obnixè faveat,
- 8 b. Nociva cuncta submoveat
semper profutura imploraus,
9. Ut cousortes ipsi simus
in aula frueutes Dei
visione per saecula.

Miss. ms. Noviomense saec. 14. Cod. Abbavillen. 7. A. — Miss. Noviomense imp. Rothomagi 1506. B. — 2 b, 2 palam tibi A. — 3 a, 3 dulcemque ad A. — 6 a, 3 mundi. — 6 b, 4 in fehlt A. — 7 a, 1 Unde Herodes A. — 7 a, 2 sq. sic amplecti meruit vertice. — 8 b, 2 imploret AB. — Betreffs A war ich auf Misset-Weale (Anal. Lit. II, Nr. 821) angewiesen; ob in A die Strophen 7 u. 8 so abgeteilt sind, wie Misset-Weale sie vorlegen, weifs ich nicht. Jedenfalls gibt B das Richtigere.

173. In Decollatione s. Iohannis Baptistae.

- 1 a. Celebretur dies ista,
Qua praecursor et baptista
Triumphat martyrio.
- 1 b. Nobis via fit virtutis,
Via vitae, spes salutis
Eius decollatio.
- 2 a. Hunc emissa vox de caelis,
Hunc insigne Gabrielis
Cecinit praeconium;
- 2 b. Et, qui missus est Mariae,
Sacerdoti Zachariae
Tulit idem nuntium.
- 3 a. Patrem sensit non sensatus,
Creatorem nondum natus
Et adludens puero,
- 3 b. Qui sentire se nequibat,
Solem clausum iam sentibat,
Virginis in utero.
- 4 a. Natus puer, iuris norma,
Legum sator, vitae forma,
Patri vocem reddidit.
- 4 b. Hic de Deo prophetavit,
Cui viam praeparavit
Nascenti de virgine,
- 5 a. Non promissa Dei crediderat,
Unde vocis usum perdiderat,
Quia tarde credidit.
- 5 b. Cognitus in populis
Floruit miraculis
Et virtutum germine.
- 6 a. Iubar novum fulsit mundo,
Cum de ventre non fecundo
Prodiit fecunditas.
- 6 b. Gratulatur geus remota,
Nec eius [est] minus nota
Quam Christi nativitas.
- 7 a. Mundi mundus fugit curam,
Vitam purus duxit puram
Mundus omni crimine,
- 7 b. Mundo timens inquinari,
Ne vel vita maculari
Levi posset famiue.
- 8 a. Hic desertum praelegit,
Ibi vitam solus egit
Et se fecit miuimum;
- 8 b. De quo constat esse verum
Inter uatos mulierum
Huic fuisse maximum.

- | | |
|--|--|
| <p>9 a. Qui a mundo se mundavit,
Regem mundi mundus lavit
In Iordanis flumine,</p> | <p>9 b. Nec pro Christo renuit,
Tingere quem meruit,
Suo tingi sanguine.</p> |
| <p>10 a. Gentes eum esse Deum
Crediderunt, quem viderunt
Esse mundi lampadem.</p> | <p>10 b. Quem tyrannus ille magnus
Contemnebat, sed timebat
Propter Herodiadem.</p> |
| <p>11 a. Sanctitatis homo mirae
Regi nolens consentire
Corrigebat, quem redire
Voluit a scelere.</p> | <p>11 b. Inde locus fuit irae,
Regem fecit obsaevire;
Sanctum sprevit et perire
Maluit, quam credere.</p> |
| <p>12 a. Quadam die cultor mali
Suo gaudet in natali;
Dum natale celebratur,
Praecursoris caput datur
Saltatrici praemium.</p> | <p>12 b. Veritatis praeco bonus,
Quem suscepit Dei thronus,
Mortem subit pretiosam,
Decollatur, et in rosam
Commutatur lilium.</p> |
13. Praeco bone, praeco Christi,
Quem secutus praecessisti,
Tu pro nobis intercedas
Et venire nos concedas
Ad perenne gaudium.

Miss. Nannetense imp. Venetiis 1482. A. — Miss. Nannetense imp. Rothomagi 1520. B. — 2 a, 1 vox emissa B. — 10 b, 2 l. vielleicht: Non temnebat. — 11 b, 2 obvenire A. — Melodie offenbar: *Laudes crucis attollamus*“, mit Kürzung der Schlusstrophe.

174. De s. Iohanne Evangelista.

1. Evangelistam Iohannem collaudent christiani.

- | | |
|---|---|
| <p>2 a. Agnus reducens oves
per Iohannis dolium
reconciliavit
peccatores;</p> | <p>2 b. Mors est victa Iohanne,
qui veneno potatus
per vestem mortuos
sanat vivos.</p> |
| <p>3 a. Dic nobis, Maria,
verba Christi dulcia
In cruce tunc morientis,
quem diligebat,
tecum videntis.</p> | <p>3 b. „Mulier, sis mater,
et filius, Iohannes“.
Dilectionis es mater,
cognatus Christi
factus est frater.</p> |

- | | |
|--|---|
| <p>4 a. Hic vernaus rosa martyrum,
lilium virginum,
vox altissima
praedicantium.</p> | <p>4 b. Iesu dulcis, qui Iohannem
dilexisti vere,
tu uobis, victor
rex, miserere.</p> |
|--|---|

Miss. ms. Romanum saec. 15. Cod. Parisin. 851. A. — Miss. ms. Franciscano-Romanum saec. 15. Cod. Parisin 9445. B. — Miss. ms Franciscano-Romanum saec. 15. Cod. Bruxellen. 15074. C. — 2 a, 3 reconcilia tibi B. — 2b, 1 et vita Johannem ABC. — 2b, 2 per mortuos vestem ABC. — 3b, 3 is mater ABC. — Melodie: Victimae paschali.

175. De s. Iohanue Evangelista.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Verbi vere substantivi
Caro, cum sit in declivi
Temporis angustia,</p> | <p>1 b. In aeternis verbum aunis
Permanere nos Iohannis
Docet theologia.</p> |
| <p>2 a. Dum magistri super pectus
Fontem haurit intellectus
Et doctrinae flumina,</p> | <p>2 b. Fiunt ipso situ loci
Verbo fides auris voci.
Mens Deo contermina.</p> |
| <p>3 a. Ude mentis per excessus
Carnis sensus supergressus
Errorumque uubila</p> | <p>3 b. Contra veri solis lumen
Visum cordis et acumeu
Figit velut aquila.</p> |
| <p>4 a. Hebet sensus exsors stili,
Stilo scribit tam subtili,
Fide tam catholica,</p> | <p>4 b. Ne de verbo salutari
Possit quidquam refragari
Pravitas haeretica.</p> |
| <p>5 a. Verbum, quod uou potest dici,
Quod virtute creatrici
Cuncta fecit valde bona,</p> | <p>5 b. Iste dicit ab aeterni
Patris nexu uon secerni,
Nisi tantum in persoua.</p> |
| <p>6 a. Quem Matthaeus de intactae
Matris alit casto lacte
Cum labore et aerumna,</p> | <p>6 b. Quem exaltat super cruce
Cornu bovis, penna Lucae
Ut serpentem in columna,</p> |
| <p>7 a. Quem de mortis mausoleo
Vitae reddit Marci leo
Scissis petris, terra mota,</p> | <p>7 b. Hunc de Deo Deum verum,
Alpha et O, patrem rerum,
Sollers scribit idiota.</p> |
| <p>8 a. Cuius lumeu visuale,
Vultus anceps, leues alae,
Rotae stauetes in quadriga</p> | <p>8 b. Sunt in caelo visa prius,
Quam hic esset vel illius
Formae capax vel auriga.</p> |
| <p>9 a. Illi scribunt Christum pati
Zelum, inde vim Pilati
Cum coroua spiuea;</p> | <p>9 b. Hic sublimis tractu penuae
Tractat Christi ius pereune
Cum ultrici framea.</p> |

- | | |
|--|---|
| 10 a. Pennis huius idiotae
Elevantur regis rotae
Secus animalia, | 10 b. Et caelestes citharoedi
Se prosternunt patris sedi
Canentes Alleluia. |
|--|---|

Collect. ms. Victorinum saec. 15. [13. 16.] Cod. Parisin. 14 872. — 1 a, 2 Caro comsit. — 2 b, 2 fides amis. — 9 a, 2 Celum. — 9 b, 3 ultricis. — 10 b, 3 Modulantes, dann corrigiert Canentes. — Cfr. Gautier, Adam de Saint-Victor. 1894, p. 274.

176. De s. Iohanne Evangelista.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Vertex evangelicus
Est, quem rector caelicus
Diligit prae ceteris; | 1 b. Hic abstractus nuptiis
Et intactus vitiis
Fontem bibit aetheris. |
| 2 a. Christi mortem aspicit,
Curam matris suscipit
Fervens vincit oleum; | 2 b. Haustum virus hebetat,
Mortuos revegetat.
Silicem dat gemmeum. |
| 3 a. Aurum dat ex virgulis,
Caeli Pathmos insulis
Aspicit mysteria. | 3 b. Latro per hunc respicit
Et purgatus recipit
Christi ministeria. |
| 4 a. Vocat cum apostolis
Et caelorum incolis
Hunc de carne Dominus. | 4 b. Mors morsu non tetigit
Ipsam, per quam attigit
Christi vultum comminus. |
| 5 a. Vates et apostole,
Martyr, virgo, recole
Vota te colentium | 5 b. Aquilinis protegens
Alis nos et subvehens
Ad terram viventium. |

Collect. ms. Engelbergense saec. 13. Cod. Engelbergen. s. n. — Melodie offenbar: Veni sancte spiritus.

177. De s. Iohanne ante Portam Latinam.

- | | |
|--|--|
| 1. Eia, carissimi,
agamus cum gaudio
Iohannis sollemnia, | |
| 2 a. Quem Dominus posuit.
Quoniam sic voluit,
In tanta munditia, | 2 b. Ut servaret virginem
Illum sanctum hominem
Gratuita gratia; |
| 3 a. Et post apostolicum
Fecit duodecimum
Divina clementia. | 3 b. Cum patrem deseruit
Et ea, quae habuit,
Dereliquit omnia. |

- | | |
|--|---|
| <p>4 a. Felici commercio
Pro minuto pretio
Dimittens terrestria
Recepit caelestia.</p> | <p>4 b. In Domini gremio
Dormivit cum gaudio
In cena dominica
Fide fretus deica.</p> |
| <p>5 a. Cum per crucem
Mortis ducem
Superaret
Et damnaret
Rex noster et gloria,</p> | <p>5 b. Vocans fratrem
Sibi matrem
Commendavit,
Quam amavit
Vere super omnia.</p> |
| <p>6 a. Ex hac die
Pius pie
Custodivit
Et servivit
Sine qua iniuria,</p> | <p>6 b. Donec vita
Stabilita
Sibi fuit,
Et placuit
Deo dare praemia.</p> |
| <p>7 a. Propter fidem trinitatis
Et amorem deitatis
Exsulatus a patria
Pulsus et cum iniuria.</p> | <p>7 b. Ubi vacans Deo soli,
Raptus ad superna poli
Novit Dei mysteria,
Quae fiunt in ecclesia.</p> |
| <p>8 a. O Iohannes, Deo care,
A peccatis declinare
In hac vita
Fac nos ita,
Mereamur ut praemia,</p> | <p>8 b. Ut per opus pietatis
Cum augmento caritatis
Simus cuncti
Deo iuncti
In caelesti patria.</p> |
9. Ut haec fiant omnia,
Donet Dei gratia.

Misc. ms. Senonense saec. 13. Cod. Parisin. 10502. A. — Miss. ms. Senonense saec. 14. Cod. Londinen. add. 30508. B. — Miss. ms. Senonense saec. 15. Cod. Parisin. 880. 2. C. — Miss. ms. Senonense saec. 15. Cod. Parisin. 864. D. — Miss. ms. Senonense saec. 15. Cod. Montis Pessulani Schol. Medic. 71. E. — Miss. ms. S. Laurentii Longoretensis saec. 14. Cod. Parisin. 1106. F. — Miss. Senonense imp. Senonibus 1556. G. — Miss. Senonense imp. Senonibus 1575. H. — 1 a, 1 Eia ist dreisilbig zu lesen. — 3 a, 2 Dicit GH. — 4 a, 2 inito F. — 4 a, 3 Commutans AB. — 5 b, 4 Quem E. — 5 b, 5 Vere fehlt H; supra C. — 6 a, 2 Plus hic pie D. — 6 b, 5 dare praemia F; auch 4 b, 4 hat nicht den Reim auf ia, wie sonst alle Schlufverse jeder Halbstophe; ferner 8 a, 5 hat das Reimwort „praemia“, das also 2 Mal in dieser Sequenz vorkommen würde. — 7 b, 1 vacens F. — 7 b, 2 Raptus est ad D; suprema poli AF. — 9, 2 Dei donet GH. — Melodie: Mane prima sabbati.

178. De s. Iohanne ante Portam Latinam.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Iohannis Evangelistae
Laudando praeconia</p> | <p>1 b. Expendatur dies iste
In eius memoria.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|---|
| 2 a. Licet per martyrium
ipse non occubuit, | 2 b. Tamen multiplicia
tormenta sustinuit. |
| 3 a. Hic primo in oleo
missus est fervente, | 3 b. Quod ei non nocuit
Deo protegente. |
| 4 a. Post in Pathmos insula
misso in exsilio | 4 b. Caelestium facta est
ei revelatio, |
| 5 a. Quam scripsit Tbiatirae,
Smiruae, Philadelphiae, | 5 b. Epbeso et Pergamo,
Sardis, Laodiciae. |
| 6 a. Per hoc cunctis intimans
praclatis ecclesiae, | 6 b. Quod resumant opera
purae innocentiae |
| 7 a. Et commissa defleant
crimina cottidie, | 7 b. Ut assequi gratiam
mereantur veniae, |

8. Quam benigne conferat
rex misericordiae.

Miss. Bituricense imp. Parisiis 1493. A. — Miss. Bituricense imp. Parisiis 1522. B. — Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?]. C. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. D. — 5 a. 1 Thiathirae B. — 5b, 1 Pargamo ABD. — 5b, 2 Sardis et A — D.

179. De s. Iohanne ante Portam Latinam.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Omni laude commendanda
Est et cunctis admiranda
Iohannis sollemnitas; | 1 b. Haec est illa singularis,
Toti mundo salutaris
Praeclara festivitas. |
| 2 a. Hic ad Christum venit tutus,
Cum unius verbi nutus
Et sentit et sequitur; | 2 b. Dat primaevum Christo flo-
rem.
Cui pluens caeli rorem
Fructus vitae nascitur. |
| 3 a. Fit reclinatorium
Iohanni sanctissimum
Pectus creatoris. | 3 b. In signum munditiae
Custos matris gratiae
Fit et redemptoris. |
| 4 a. Hic ad verbum patris raptus
Et in luce verbi captus
Vas fit sapientiae; | 4 b. Dum de schola trinitatis
Portat verbum, verbo gratis
Doctor est ecclesiae. |
| 5 a. Menti Cbristus sic inbaesit,
Liquor fervens quod non laesit
Ad Christi praesentiam. | 5 b. Crebro Christus consolatur
Et in Pathmos relegatur
Ob verbi constantiam. |
| 6 a. Vim naturae superat,
Dum, quas Crathon fregerat,
Gemmae reparavit. | 6 b. Veneno non laeditur,
Per hunc vita redditur
His, quos virus stravit. |

- | | |
|--|--|
| <p>7 a. Vocat Christus praedilectum,
Longo senio confectum
Ad aeternas nuptias.</p> | <p>7 b. Solum Christum hic amavit,
Unde sibi praeparavit
Vitae nunc delicias.</p> |
| <p>8 a. Intrans tumbam, quid sit mortis
Dolor, nescit, nec mors fortis
Solvit hunc in corpore;</p> | <p>8 b. Vita morti digne cedit,
Sed surgendo statim redit
Vita Dei munere.</p> |
| <p>9 a. Ergo vere laudabilis
Prae cunctis et amabilis
Decantatur;</p> | <p>9 b. Iam a Christo prae omnibus
Hic atque in caelestibus
Honoratur.</p> |
| <p>10 a. Eia, doctor, flos sanctorum,
Inter choros angelorum
Ornas caeli curiam,</p> | <p>10 b. Omnes hic nos te laudamus,
Ut perducas, obsecramus,
Ad caelestem patriam.</p> |

Grad. ms. Praedicatorum saec. 14. Cod. Mus. German. 2440. — 6b, 3 virtus. — 9b, 2 hic et. — Melodie: In caelesti ierarchia.

180. De s. Iohanne Gualberto.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Sperne labem mundialem
In instante penitus,
Sume formam filialem
Te mundantem funditus;
Ignis, aether, aqua, solum
Se iam flectunt caelitus.</p> | <p>1 b. Circumcisis sic effectus
Sperne te solidius,
Cerne crucem terrae flexus,
Nihil est humilium,
Huius formae iam exemplar
Vide, si sublimius.</p> |
| <p>2 a. Pavimentum sic constratum
Percurratur moribus,
Et amoris condimentum
Perfundatur omnibus,
Qui Iohannis in exemplum
Rubus est in ignibus.</p> | <p>2 b. Hic coegit creatorem
Creaturam effici;
Deitatis dat dulcorem
Atque mentem refici,
Sperne indignum amorem,
Si vis divo profici.</p> |
| <p>3 a. Tuis, pater, sic assiste
Filiis precantibus,
Ut locetur chorus iste
Sanctis in caelestibus.</p> | <p>3 b. Nec tuere nos desiste
Sub te militantibus,
Da, ut regnent perte, Christe,
Sanctorum splendoribus.</p> |

Miss. ms. Vallis Umbrosae anni 1471. Cod. Laurent. Conv. sup. 232. — 1b, 3 crucem te reflexam.

181. De sancto Iudoco.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Patris almi
Iudoci contio
Nostra colat
festa cum gaudio,</p> | <p>1 b. Cui dedit
superna ditio;
Tanti viri
frui praesidio.</p> |
|--|---|

- | | |
|---|---|
| <p>2 a. Hic regali
natus prosapia,
Ad saniae
cum venit bivia,</p> | <p>2 b. Dextrum sequens
iter per omnia
Regnum sprevit
et mundi gaudia.</p> |
| <p>3 a. Christi verus imitator
Paupertatis fit amator;</p> | <p>3 b. Ex Britannis ad hos fines
Venit relinquens affines.</p> |
| <p>4 a. Qui, dum pie conversatur
Apud ducem et probatur,
Summo gradu sublimatur.</p> | <p>4 b. Hinc ad nemus transmeavit,
Feras secum non expavit,
Pisces, aves manu pavit.</p> |
| <p>5 a. Quadrum panem dat egenis,
Muneratur fides senis
Tot navibus victu plenis.</p> | <p>5 b. Mutat locum, sed non mentem,
Avem sternit insequentem,
Fontem facit erumpentem.</p> |
| <p>6 a. Ibi, divae visioni
dum cor habet sedulum,
Locum praescit requiei
ex tunc et in saeculum.</p> | <p>6 b. Hinc a Roma revertenti
caeca fertur obviam,
Cui lumen condonatur
per orantis gratiam.</p> |
| <p>7 a. Hic assistens ad altare,
Sacrans corpus salutare
Videt cuncta gubernantem
Dextram Dei consecrantem.</p> | <p>7 b. Huius viri caritatem
Atque miram sanctitatem,
Quo post mortem reservatur,
Incorruptum corpus fatur.</p> |
| <p>8 a. Quod dum male dux scrutatur,
Poena gravi mox multatur;</p> | <p>8 b. Abhinc caro terrae datur
Et a poenis tormentatur.</p> |
| <p>9 a. Tot virtutum operator
Mundae lucis et amator
Pro nobis sit exorator.</p> | <p>9 b. Inclamemus omnes Amen,
Quibus pater dat iuvamen
Peccatorum et levamen.</p> |

Miss. ms. Frisingense. saec. 14. Clm. Monacen. 23054. A. — Miss. ms. Frisingense saec. 15. Clm. Monacen. 8389. B. — 1 a, 1 Sacris almi B. — 1 a, 2 cantio B. — 1 a, 3 colit B. — 2 a, 3 Ad famiae A; Ad sametum B. — 2 b, 1 Ex trium B. — 5 a, 2 Munerat B. — 6 a, 1 Ibi duae AB. — 6 a, 3 Locum praestet B. — 6 b, 2 obvia B. — 7 a, 2 Sacras B. — 7 a, 3 Vidit B. — 7 b, 1 Cuius A. — 7 b, 4 Incorruptam A; Incorrupta B. — 8 b, 2 fehlt A. — 9 a, 1 operator B. — 9 a, 2 fehlt A. — 9 b, 1 Inclamamus B.

182. De s. Iuliano Brivatensi.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Gloriosum
militis Iuliani
triumphum laetabunda</p> | <p>1 b. Harmonicae
vocis concentu colat
militans ecclesia.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|--|
| 2 a. Regione
triumphans aetherea
congratulatur haec
natalia pretiosa. | 2 b. Spirituum
caelestium agminia
concordi personant
symphouia vere digna. |
| 3 a. Quem Vienna
generosum tulit,
[Ferreolum huic
uni]vit
rerum similis cura; | 3 b. Nam uterque
temporalis miles
terrenas contempsit
opes, ut
pertingat ad aeterna. |
| 4 a. Tunc Crispinus consularis
Furens fidem impugnat;
Lues dira. | 4 b. Et quos poterat tormentis
Ad nequitiam trahebat;
Res ne[fanda]. |
| 5 a. [Et] iubet satellitibus,
Ut Iulianum perquirant | 5 b. Atque caesis cervicibus
Reliquos magis terreant. |
| 6 a. Perdere putat,
Quos vivificat,
Infidelis furia; | 6 b. Victos autumat,
Sed Deus probat,
Quod haec est victoria. |
| 7 a. Brivate vicus
est Arvernicus,
Quo secessit Iulianus,
Donec solvat mortis iura; | 7 b. Qui [illum ibi
requi]rentibus
Occurrit imperterritus,
Fultus Dei armatura. |
| 8 a. Quibus non renitens
rapitur
Et volens interficitur
Spirans caelorum regna. | 8 b. Corpus truncum humi
conditur,
Caput Viennam portatur,
Couscendit caelos anima. |
| 9 a. Ad sepulcrum corporis
Fidentibus languidis
Certa salus reddita | 9 b. Clare monstrat populis,
Quid hic reddat meritis,
Qui condidit omnia, |

10. Cui honor est et gloria.

Offic. ms. S. Iuliani saec. 16. Cod. Remen. 291. — „Prosam hanc, propria quoniam deerat, adiunxit Petrus Bosquilius anno 1542.“ Hiermit ist wohl nicht gesagt, daß Bosquilius auch der Verfasser sei; denn es scheint wenig wahrscheinlich, daß im 16. Jahrhundert solche Reime gemacht wurden, wie sie in dieser Sequenz vorkommen. — Interessant ist, wie die Sequenzenform 1. Epoche mit Strophe 4 durch die Sequenzenform 2. Epoche abgelöst wird, freilich mit Versen, die nur Endassonanz aufweisen. Die umgekehrte Erscheinung sahen wir oben (unter Nr. 33) bei der Sequenz „Verbum salutis.“ —

183. De s. Iuliano Cenomanensi.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Iuliane inclite
Et praesulum
Omnis caterva,</p> | <p>1 b. Tibi psallat debite
Per saeculum
Gens haec, quam serva.</p> |
| <p>2 a. Suscipe nunc pia
Haec nostra
Clemens precata.</p> | <p>2 b. Curas ardentia
Hic membra
Prece beata;</p> |
| <p>3 a. Tuo praesidio
Sanantur aegroti
Et energumini;</p> | <p>3 b. Per te hospitio
Foventur ignoti
Sive peregrini.</p> |
| <p>4 a. Pater, omnium crimina
Per te sint dempta;</p> | <p>4 b. Subiungant pium agmina
<i>Amen</i> redempta.</p> |

Miss. Cenomanense imp. Parisiis 1494. A. — Miss. Cenomanense imp. Parisiis 1517. B. — 2 a, 2 Et nostra AB. — Zu Str. 1 a, 2 a u. 4 b cfr. Str. 7 a, 7 b u. 11 aus der Sequenz „Christo inclita candida“ (Anal. Hymn. VII, Nr. 118).

184. De ss. Iustina et Cypriano.

1. Laetentur viscera
hodie nostra,

- | | |
|---|--|
| <p>2 a. Fulcita gloria
tantae sollemnitatis,</p> | <p>2 b. Virginis Iustinae
[h]ortante certamine.</p> |
| <p>3 a. Quam cunctipotens rex
ita suo
adnexuit lateri,</p> | <p>3 b. Ut terreno spreto
Christi sese
adderet consortio.</p> |
| <p>4 a. Thesaurum in fundo
haec nata
reconditum exemit,</p> | <p>4 b. Spiritus gladio
resecans
vitia nutantia.</p> |
| <p>5 a. Cuius pater meritis
Christi meruit
visitatu perfrui;</p> | <p>5 b. Cuius hostis meritis
Christi meruit
effici pedissequus.</p> |
| <p>6 a. O virgo Iustina
gloriosa,
quam dum cupit
magus capere,
victo hoste
ac demum docente
Christi vires captus est.</p> | <p>6 b. O victrix, in caelo
quam triumphat!
Nam, quem primum
habuit aemulum,
post meruit
patrem et socium in
passione inclita.</p> |

- | | |
|--|--|
| <p>7 a. Nunc laureati pariter
hoste devicto
taeterrimo
per ensem
sunt adepti palmam.</p> | <p>7 b. Nunc in caelorum sedibus
locati cum
caelicolis
fruuntur
emerita gloria.</p> |
| <p>8 a. Iam superno repleti manna
ac immortalis stola
praecinctorum,
servulorum preces
deferte ad Dei
patris dextram
Christo sedenti
ante saecula.</p> | <p>8 b. Ut omnes vestrae paternitatis
prece atque rogatu
adiuti
delictis exui
mereamur cunctis
apud illum,
qui caret omni
delicto.</p> |
| <p>9 a. O digna Dei potestas,
quae es sanctorum sola
perpetis triumphus,</p> | <p>9 b. Nos gubernas per saecula,
ut iugia digni
capiamus praemia</p> |
| <p>10 a. Atque laeti
angelorum
iungamur collegio,</p> | <p>10 b. Cum quibus
in caelorum
maneamus aula,</p> |

11. In qua Christus regnat
solus cuncta per saecula.

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentin. 65. —
Mit Melodie, deren Anfang gleich ist jener von Anal. Hymn. X, Nr. 18. —
6 b, 7 passionem. — 7 a, 4 perhensem. — 8 a, 6 dexteram. — Abschrift von
Rev. H. M. Bannister.

185. De ss. Iustina et Cypriano.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Ascendamus ad honestum,
O dilecti, diem festum
Hunc Iustinae virginis,</p> | <p>1 b. Cuius vita gloriosa,
Cuius mors est pretiosa
In conspectu numinis.</p> |
| <p>2 a. Dona quaerens potiora,
Virgo prudens et decora,
Hedesii filia,</p> | <p>2 b. Vita vixit angelorum,
Modo tenet Christi thorum
In caelesti patria.</p> |
| <p>3 a. Haec Christi gratiam
Discens per proelium
Matrem Cleoniam
Vocat ad filium.</p> | <p>3 b. Pater ab angelis
Et Christo monitus,
Per manum praesulis
Sanctis est additus.</p> |
| <p>4 a. Post haec templum frequen-
tatur,
Sic a turpi adamatur
Agladio turpiter;</p> | <p>4 b. Sanctam petit in uxorem
Sed ad vim et ad furem
Restitit viriliter.</p> |

- | | |
|--|---|
| <p>5 a. Plenus malitiis
Atque flagitiis
Daemoniis tribus
Virginem fortibus
 Temptat Cyprianus.</p> | <p>5 b. Pharmacum spargitur,
Sed crux imprimitur,
Hostis expellitur,
Magus convertitur,
 Stat in fide sanus.</p> |
| <p>6 a. Praesul factus sanctam ipsam
Dominam et abbatissam
 Constituit virginum.</p> | <p>6 b. Ille multis praedicabat,
Haec multos illuminabat
 Convertens ad Dominum.</p> |
| <p>7 a. Sanctum iussit tunc suspendi
Et Iustinam male caedi
 Comes Eutulinus,</p> | <p>7 b. Praesulem exungulari
Virginem exalapari
 A spiculatoribus.</p> |
| <p>8 a. Sed cum grates dant in caelis,
Comes durus et crudelis
Iussit tamquam infidelis
 Fieri sartagine;</p> | <p>8 b. Quae cum fuisset succensa
Pice, adipe ac cera,
Mitti praecepit in ea
 Praesulem ac virginem.</p> |
| <p>9 a. In qua manent illibati
Et in nullo violati;
Sed post haec sunt decollati,
Sic a Christo coronati
 Urbe Nicomedia.</p> | <p>9 b. Inde Romam sunt delati.
Demum inde sunt translati
Et in crypta tumulati
Corpus sanctae, caput sancti
 In urbe Placentia.</p> |
| <p>10 a. O Iustina, vas honoris,
Honestatis ac pudoris,
Cypriane, vas decoris,
Incorrupti flos odoris,
 Formam datis saeculo.</p> | <p>10 b. Cypriane, o disserte,
O Iustina, nobis certe
Caeli portae sunt apertae,
Opem vestram nobis ferte
 Iuncti cum theognito.</p> |

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentin. 65. —
Mit Melodie. — 2 b, 1 ursit. — 5 b, 1 Farme um [!]. — 9 b, 1 Roma. —
Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

186. In Translatione s. Iustinae.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Insigne praeconium
Vox resultet omnium
 In Iustinae laudibus,</p> | <p>1 b. Cuius nunc, Placentia,
Ditaris praesentia,
 Membris et virtutibus.</p> |
| <p>2 a. Sigefredo condonata
Huc a Roma sunt delata
 Sub obtentu gloriae</p> | <p>2 b. Huius membra gloriosae,
Tam insignis, tam formosae,
 Feliciter hodie.</p> |
| <p>3 a. Haec est illa corde sano
Virgo iuncta Cypriano
 Sodalis in funere,</p> | <p>3 b. Quam tunc magus et proter-
 vus,
Daemonum ut erat servus,
 Nisus est corrumpere.</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>4 a. Magus daemonem destinat,
Virgo crucis bravium,
Nam delusus sic festinat
Ad salutis gaudium.</p> | <p>4 b. Virgo fide roboratur,
Virtutibus emicat,
Magus pavet et miratur,
Daemon Christum praedicat.</p> |
| <p>5 a. Fit ex mago Cyprianus,
Ex gentili christianus
Et defensor fidei.</p> | <p>5 b. Virgo Christo consecratur,
Mater virginum creatur,
Pudoris flos nivei.</p> |
| <p>6 a. Sed quid multa referam?
Numquid egit perperam
Currendo certamina,</p> | <p>6 b. Tortores et vincula,
Liquores et spicula,
Carceris discrimina?</p> |
| <p>7 a. Paralytici nam duo
Destituti posse suo,
Fluxum passa sanguinis,</p> | <p>7 b. Surda, caecus et obsessa,
Cunctis salus est concessa
Almae nutu virginis.</p> |
| <p>8 a. Ad sepulchrum
tendentes virginis
Tari fluctus
terrui fluminis,
Tandem huius
precatu numinis
Portus praeparatur.</p> | <p>8 b. Sic in Pado
dimersus flumine
Manum sensit
cuiusdam feminae,
Qua deductus
tanto discrimine
Sociis donatur.</p> |
| <p>9 a. In hac ergo iucundemur
Et excelsum deprecemur,
Cui sit laus, gloria,</p> | <p>9 b. Ut hac nobis sit misertus,
Qui pro nobis est expertus
Dira mortis taedia.</p> |

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentin 65. — Mit Melodie. — 9 a, 3 laus et. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

187. De s. Iusto Lugdunensi.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Lauda Iustum confessorem,
Tutum, fidum protectorem,
Lugdunensis civitas;</p> | <p>1 b. Necnon omnis ecclesia
Iusti promat magnalia,
Quem attolit sanctitas.</p> |
| <p>2 a. Generosus a proavis,
Pater comes Andegavis
Iusti fuit praesulis.</p> | <p>2 b. Genus suum non obfuscet
Eius vita, sed coruscet
Moribus et titulis.</p> |
| <p>3 a. Alter Christus baptismate
Demonstratur a pneumate
Sub columbae formula.</p> | <p>3 b. Ab hoc infans illustratus,
A quo fuit generatus,
Lingua profert parvula.</p> |
| <p>4 a. O novitas praemaxima!
Natus infans die prima
Patrem suum indicat:</p> | <p>4 b. „Andegavis comes pater
Meus est, et uxor mater“
Populo notificat.</p> |

- | | |
|--|---|
| 5 a. Praepositus hinc crematur,
Mater casta liberatur
Ab ignis incendio; | 5 b. Haec immunis, hic combustus,
Inde fuit dictus Iustus
A iusto iudicio. |
| 6 a. Viennensis diaconus,
Lugdunensis hic patronus
Invictus efficitur. | 6 b. Diu rexit ecclesiam,
Sed tandem per invidiam
Daemonis expellitur: |
| 7 a. Homo quidam insaniens
Quamplures interficiens,
Dum sensum recuperat, | 7 b. Templi petit refugium;
Templo furens incendium
Plebs inferre properat. |
| 8 a. Astans ibi Primor quidam
Reddi petit homicidam
A mortis periculo. | 8 b. Credens Iustus reddit reum,
Plebs furensque traxit eum
Suspendens patibulo. |
| 9 a. Alios absolvens sibi
Crimen istud vult ascribi,
Sed non suum facinus. | 9 b. Apud Memphim hinc exsulat,
Suam crucem hic bainlat,
Ut praedixit Dominus. |
| 10 a. Ecce, Iustus exsul factus,
Aliena culpa tactus,
Sponte sua, non coactus,
Cathedram deseruit. | 10 b. Eius frequens imitator,
Fidelis comes, Viator,
Itineris consolator
Exsuli non abfuit. |
| 11 a. Tunc verus Israelita
Factus firmus eremita
Cum fratribus se dat ita
Ut servus humillimus. | 11 b. Licet absens esset, tamen
Dat civibus hic iuvamen
Assiduum per precamen
Ut pastor fidissimus. |
| 12 a. Antiochum venientem,
In Aegyptum se sequentem
Praenuntiat, quia mentem
Sanctus replet spiritus. | 12 b. Viatori morte tristi
Sic condolet: „Ut fuisti
Vitae comes, dono Christi
Sic eris et exitus.“ |
| 13 a. Clerus, cives quaerunt Iustum,
Ad locum solibus ustum
Deferentes, inde bustum
Locum donant non iniustum
Urbe sua nobili. | 13 b. Iuste, praesul reverende,
Precantibus condescende,
Nos exaudi, nos attende
Et a malo nos defende
Precatu placabili. |

Miss. Lugdunense imp. Lugduni 1524. A. — Miss. Lugdunense imp. Lugduni 1530. B. — Miss. Lugdunense imp. Lugduni 1556. C. — 5 a, 2 Casta mater B. — 8 a, 3 Abs BC. — 9 b, 1 huc exsulat B. — 12 b, 1 Viatoris C. — 13 a, 1 quaerunt istum ABC. — Mel: Lauda Sion.

188. De sancto Ivone.

1. Pangat et exsultet ecclesia,
quia eius sponsus

- | | |
|---|---|
| 2 a. Hodie
suscepit in sua gloria | 2 b. Ivonem,
confessorem de Britannia. |
| 3 a. Nostris in temporibus
tota sua curia
quem Christustantum amavit,
quod eum praeornaret | 3 b. Scientia canonica
modicis temporibus,
ut tamen ipsa pauperes
oppressos defenderet. |
| 4 a. Qui, cum in scientiae
margarita desudasset
et studium dimisisset
pro pauperum certamine, | 4 b. Ipse desideriis
totis multum laboravit
et vocem suam exaltavit
pro ipsorum liberamine. |
| 5 a. Ad officium eiusdem
cum constantia exstitit
postea assumptus
pro salute fidelium, | 5 b. In quo tunc legitime et
sine alicuius exceptione
ius unicuique
reddebat debitum. |
| 6 a. Quos in lege Dei
instruebat
et assidue verbis
divinis ipsos
imbuebat, | 6 b. Et incarceratos
nocte que die
confortabat
et pro ipsis Deum
exorabat. |
| 7 a. Tandem, cum ad
curam populi
destinatus fuisset,
et opera miseri-
cordiae complevisset, | 7 b. Et pauperes,
debiles pro Deo
[clementer] fovisset,
et contemplationi
se continue dedisset, |
| 8 a. Ipse Deus
mortuos et mortiferos
pro ipsius meritis
plures reddit liberatos | 8 b. Et non solum
ante ipsius dissolu-
tionem, immo et post
clemens restauravit illos |
| 9 a. In tantum, quod eius tumba
a fidelibus
summe honoratur
et devote frequentatur. | 9 b. Ibi invocationes
exaudiuntur,
et ab eo illis
miracula impetrantur. |

- | | |
|---|---|
| <p>10 a. Propter quae ipsum
deprecemur humiliter,
ut pro nobis
assistat incessanter</p> | <p>10 b. Et ut in hac valle
miseriae et in mortis
agone
nos adiuvet libenter.</p> |
|---|---|

Sequent. ms. cum Commento saec. 15. Cod. Wratislaviens. IV. Q. 81. — 2 a u. 2 b sind mit Str. 1 ohne Absatz verbunden. — 3 a, 4 sqq. quod scientia canonica eum praeordinavit. — 3 b, 3 ipsa suos pauperes. — 4 b, 1 sq. totis desideriiis. — 8 b, 4 clementer. — 10 b, 4 adiuvat. — Je 2 Halbstrophen reimen immer im Schlußverse; auch innerhalb der Strophen zeigt sich öfter ein Reim, wie z. B. 6 a, 2 u. 5; 6 b, 3 u. 5; dabei ist wenig Rücksicht darauf genommen, ob Reim und Versabteilung der Gegenstrophe dazu passen.

189. De sancta Katharina.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Concinna
voce modulemur
Katharinam,
conspicua mira
formositate virginem,</p> | <p>1 b. Ad Nili
fecundi ostia
ex regali
ortam sanguine, cae-
licolarum regis nuptam.</p> |
| <p>2 a. Haec adolescentula
perpetuis undantem
scatebris artium
potavit laticem.</p> | <p>2 b. Nam Maxentii edicto
a diversis terrarum
oris citatis
oratoribus</p> |
| <p>3 a. Tullianae rivos
eloquentiae,
torrentem Demosthenis
superat facundia;</p> | <p>3 b. Latentis naturae
peritos rerum
sapientia sui
in stuporem convertit.</p> |
| <p>4 a. Nam Platonis,
Aristotelis dogmata
in sui cordis gerebat
haec penetralibus;</p> | <p>4 b. Mantuanus
ille Maro, vatium princeps,
se iudice carminibus
victum se dicebat.</p> |
| <p>5 a. Miratur occiduus
sol, fervens Aegyptus,
turifer
Arabs, doctae Athenae
doctrinam puellae.</p> | <p>5 b. Hanc venerare, cuius
ingenuum pectus
artium
bonarum, [scientiae]
incaluit aestu.</p> |
| <p>6 a. Nam ab opifice maris
atque terrae petendo
nullam patitur repulsam.</p> | <p>6 b. Ecce, poenas subitura
bac in rotis rigenti
exasperatis chalybe</p> |
| <p>7 a. Ipse pater trisulcum
ignem vibrans e nubibus,
quae densa axes infringunt
grandine.</p> | <p>7 b. Fac age, diva, precamur,
ne nos sulphureae Stygis
flamma suis corripiat
ignibus.</p> |

8. Sed te duce, virgo, neam
visere possimus
caelestis theatri choream.

Grad. ms. S. Elisabeth Wratislaviensis saec. 15. Cod. Mus. Silesiac. Fol. I 40 C. — 1b, 1 sq. fecundi Nili. — 1b, 5 steht vor 1b, 3. — 2a, 1 Haec adiit adulescentula. — 2b, 2 sq. a diversa t. ora. — 4a, 4 haec fehlt. — 4b, 4 diceret. — 6b, 2 hac fehlt. — 7a, 2 fibrans — 7a, 3 quae fehlt.

190. De sancta Katharina.

- | | |
|--|---|
| <p>1a. Fecundatur virginitas
Matris Dei praesentia,
Est virginis fecunditas
Ex carnea materia.</p> | <p>1b. Decet decor virgineus
Deum in partu virginis,
Quod Deus factus carneus
Assumpsit formam ho-
minis.</p> |
| <p>2a. Abiecto carnis titulo
Ab hoste non cognoscitur,
Sol obscuratur nubilo,
Crucis eclipsin patitur.</p> | <p>2b. Causam humani generis
Tractat Deus in homine,
Quem, Katherina, sequeris
Virgo natum ex virgine.</p> |
| <p>3a. Hunc tibi sponsum eligis
Mundi contemnens gaudia,
Quem puro corde diligis
Fidelis ab infantia.</p> | <p>3b. Tu sapientes superas,
Tyrannum patientia,
Tormenta quoque toleras,
Martyr Christi egregia.</p> |

4. Te deprecamur supplices,
Usus nostros multiplices,
Virgo gloriosissima,
Attende clementissima.

Miss. ms. Voraviense saec. 14. Cod. Voravien. 92 (35). — 2b, 1 Clau-
sam. — 2b, 3 Quem Lucia sequeris; Lucia paßt nicht in den Reim, und
namentlich 3b, 1 sqq. weist auf die hl. Katherina hin. — 3a, 1 Nunc. —
Die Dichtung macht den Eindruck eines Hymnus.

191. De sancta Katharina.

- | | |
|---|--|
| <p>1a. Sospitati dedit aegros
olei perfusio;</p> | <p>1b. Katharina Maxentium
confudit alloquio.</p> |
| <p>2a. Quinquaginta sapientes
convertit igenio,</p> | <p>2b. Qui mox Christum confitentes
plexi sunt martyrio.</p> |
| <p>3a. Hanc regina visitavit
carceris in medio,</p> | <p>3b. Quam corona decoravit
una cum Porphyrio.</p> |

- 4 a. Ergo laudes Katharinae
 cucinat haec contio,
4 b. Nam, qui corde poscit illam,
 propulsato vitio

5. Sospes regreditur.

Miss. ms. S. Cornelii Compendiensiis saec. 14. Cod. Parisin. 16823. A. — Miss. ms. S. Cornelii Compendien. saec. 14. Cod. Parisin. 17318. B. — Miss. ms. S. Cornelii Compendien. saec. 14. Cod. Parisin. 17321. C. — Grad. ms. S. Cornelii Compendien. saec. 14. Cod. Parisin. 17329. D. — 2 a. 1 sapientis D. — 2 b, 2 plecti AC. — 5 regreditur fehlt D. — Variationen der gleichen Sequenz werden folgen im Bande der „Tropi Antiphonales“ unter den Verbeten.

192. De sancta Katharina.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Ad palmam huius virginis,
Tam gloriosi nominis, | 1 b. Psallat chorus fidelium
Petens huius subsidium. |
| 2 a. Haec castitatis liliū,
Facta consors caelestium, | 2 b. Regali stirpe genita,
Nobilior per merita. |
| 3 a. In cuius pueritia
Litterali peritia | 3 b. Est erudita primitus
Doctrina sancti spiritus. |
| 4 a. Quinquaginta doctoribus
Cum ea disputantibus | 4 b. Vitae proponit pabulum
Docens spernendum saeculum. |
| 5 a. In Christi stat certamine
Pro eius passa nomine, | 5 b. Palmam triumphi obtinet,
Vitam aeternam possidet. |
| 6 a. Corpus ministri lacerant,
Quod movere non poterant, | 6 b. In carne facto vulnere
Non cessat laudes canere. |
| 7 a. Poenas lictoris respuit,
Dum arma Christi induit
Parata vitam reddere,
Qui venit hanc redimere. | 7 b. Fiunt rotae cum studio,
Instat virginis passio,
Ministri regis saeviunt,
Tormentis hanc iniciunt. |
| 8 a. Ad laudem huius virginis
Ictu caeduntur fulminis, | 8 b. Circumstantes sunt stupidi,
Conversi multi perfidi. |
| 9 a. Regis uxor compungitur,
Dum Katherina caeditur, | 9 b. Eius anteit passio
Caelesti digna praemio. |
| 10 a. Vellunt mammas de pectore
Afflicto diu corpore ; | 10 b. Demum mucrone caeditur,
Spiritus Deo redditur. |
| 11 a. Ad Katherinae transitum
Duplex est signum proditum, | 11 b. Lac emanat pro sanguine
In altum rapta virgine. |

12 a. In cuius natalitio
Nostra petat devotio,

12 b. Ut eius interventio
Nos solvat a contagio.

Miss. ms. S. Waldetrudis Montensis saec. 15. Cod. Bruxellen. II. 2663. —
Melodie: Interni festi gaudia.

193. De sancta Katharina.

1 a. Katharinae,
gloriosae virgini,
Totius
gratiae lumini
Cantemus praeconia.

1 b. Quinquaginta
quae devicit doctores,
Qui credunt
et fiunt martyres
Per ignis incendia

2 a. Virgo capitur,
Flagris caeditur
Et in carcerem truditur
Ad regis imperia.

2 b. Hanc Christus pavit,
Hanc visitavit;
Haec prece rotas prostravit,
Quae straverunt milia.

3 a. Mox virgo decapitatur,
Lac fluit, Veni cantatur,
Et corpus in Sina portatur
Per manus angelicas.

3 b. Oleum ex ipsa manat,
Quod plures languidos sanat,
A faece quae prece perducatur
Nos ad sedes caelicas.

Miss. ms. Gemmeticense anni 1495. Cod. Rotomagen. 301. add. saec. 15/16.

194. De sancta Katharina.

1 a. Virginis obsequio
Katharinae gaudio
Psallat tota contio
Clericorum;

1 b. Cordium devotio
Fragret Dei filio,
Deleatur livio
Peccatorum.

2 a. Ave, virgo regia,
Costi regis filia,
Cuius pollet gratia
Sanctitate.

2 b. Cui foetent daemonia,
Sordet idolatria,
Fulget in ecclesia
Claritate.

3 a. Ave, plena copiae
Sensus et audaciae,
Qua floruit sophiae
Disciplina;

3 b. Lux illuxit gratiae
Per te, victrix, hodie,
Per te digna veniae
Fit regina.

4 a. Ave, splendor fidei,
Non cedens rabiei
Tortorum neque Dei
Linquens legem;

4 b. Firmatrix nostrae spei
Sis coram nato Dei
Reconcilians ei
Suum gregem.

- | | |
|---|---|
| <p>5 a. O vas flagrans odore,
Cuius fuso cruore
Mons Sinai corpore
Decoratur.</p> | <p>5 b. Dei dignos amore
Nos fac, caelestis orae
Quod cohors haec odore
Perfruatur.</p> |
|---|---|

Collect. ms. Claravallense saec. 15. Cod. Trecent. 1612. — Melodie offenbar „*Mariae praeconio*“, und dadurch auch als Sequenz erkenntlich.

195. De sancta Katharina.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. O beata Katharina,
O praeclara laude digna,
Quae meremur,
Ne damnemur,
Repelle supplicia.</p> | <p>1 b. Fonti summae pietatis,
Qui nos lavit a peccatis,
Nos, benigna,
Prece digna
Clementer concilia.</p> |
| <p>2 a. Monte Sina corpus latum
Rorem stillat aegris gratum,
Quo multarum sanitatum
Dantur beneficia.</p> | <p>2 b. Rosa Christi praelecta,
Rosa decens et perfecta,
Passionis falce secta,
Fac nos dignos venia.</p> |
| <p>3 a. Salve, salve, vas pudoris,
Vas caelestis plenum roris,
Mundum intus, clarum foris,
Nobile per omnia.</p> | <p>3 b. Fac nos sequi sanctitatem,
Fac per mentis puritatem
Contemplari trinitatem
Unam in substantia.</p> |

Collect. ms. Claravallense saec. 15. Cod. Trecent. 1612. — 1 b, 4 Prece pia. — Melodie: *Verbum bonum*.

196. De sancta Katharina.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Laetabundus
Te laudat fidelis chorus,
Katherina.</p> | <p>1 b. Qui devotus
Victrici tibi congaudet,
Katherina.</p> |
| <p>2 a. Fidei constantia
Superans Maxentium,
Katherina.</p> | <p>2 b. Mira eloquentia
Victrix eloquentium,
Katherina.</p> |
| <p>3 a. Tu adflicta verbere,
Taetro clausa carcere,
Katherina.</p> | <p>3 b. Sponsus, te dum visitat,
Pie te corroborat,
Katherina.</p> |
| <p>4 a. Te regina sequitur
Et morte progreditur,
Katherina,</p> | <p>4 b. Duce cum Porphyrio
Ducentena contio,
Katherina.</p> |
| <p>5 a. Fracta rotae machina
Multa sternit agmina,
Nec te laedunt fragmina,
Katherina.</p> | <p>5 b. Mox, ut collo plecteris,
Longius eveheris
A ministris superis,
Katherina.</p> |

- | | |
|--|--|
| <p>6 a. L[ocari]s in Sina,
Ex te medicina
Fluit olei,
Katherina.</p> | <p>6 b. Ope nos divina
De mundi ruina
Semper protege,
Katherina.</p> |
|--|--|

Antiphon. ms. S. Petri Erphordiensis anni 1481. Cod. Rosenbergen. 62. add. saec. 15. — 4 b, 2 Et ducena. — Cfr. Anal. Hymn. IX, Nr. 262; letztere Sequenz zeigt reineren Reim, und so scheint diese eine Überarbeitung derselben zu sein.

197. De sancta Katharina.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Lucet fide,
Meritis, vita, spe, signis
Katharina,</p> | <p>1 b. Spernens sceptrum,
Idola, sic maris stella
Katherina.</p> |
| <p>2 a. Clara ex prosapia
Costi regis filia,
Katharina;</p> | <p>2 b. Artium scientia
Floruit puellula
Katharina.</p> |
| <p>3 a. Sistitur Maxentio,
Vinculis, ergastulo
Katharina;</p> | <p>3 b. Fami siti non obedit,
Tortori torta [non] cedit
Katharina.</p> |
| <p>4 a. Quinquaginta sapientes
Mntos fecit et credentes
Katharina;</p> | <p>4 b. Reginam cum Porphyrio
Beat in martyrio
Katharina.</p> |
| <p>5 a. Fit rotarum machina;
Paganorum milia
Caesa sunt, illaesa
Katharina.</p> | <p>5 b. Lac truncato capite
Effluit, aureola
Trina fulget glosa,
Katharina.</p> |
| <p>6 a. In Sina angeli
Hanc humant, olei
Finis dotatur
Katharina.</p> | <p>6 b. Doctrix, martyr, virgo,
Ora pro populo,
Pia sis clero,
Katharina.</p> |

Grad. ms. Calcariense saec. 15. Cod. Calcarien. s. n. A. — Grad. ms. Calcariense saec. 16. Cod. Calcarien. s. n. B. — Melodie: Laetabundus.

198. De sancta Katharina.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Ave, felix Katharina,
Felix martyr et regina,
Felix mundi medicina,
Felix regis filia.</p> | <p>1 b. Ave, virgo ter beata,
Miri sponsi sponsa grata,
Fide Christi decorata,
Fulgens quasi lilia.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|---|
| 2 a. Per te student sapientes,
Per te Christo credunt gentes.
Manus cuius confidentes
Laudent puerperium. | 2 b. Prece rotas dissolvisti,
Vires regis contrivisti
Et reginae contulisti
Vitam et imperium. |
| 3 a. Corpus caesum lac decorat,
Sepulcrum liquore rorat,
Quod transvexit et honorat
Angelorum curia. | 3 b. Ora, virgo, supplicamus,
Ut in Christo sic vivamus,
Quod per Christum capiamus
Sempiterna gaudia. |

Orat. ms. Ellwangense saec. 15. Cod. Stuttgardien. 1 b 91. — 1 b, 2 Viri. — 2 b, 1 Per te totas. — 3 a, 2 Et sepulcrum. — Nach Ausweis der Melodie, nämlich „Verbum bonum“, offenbar eine Sequenz.

199. De sancta Katharina.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Diem festum celebremus,
Regem magnum adoremus,
Imperantem regibus; | 1 b. Veneremur et reginam,
Quae suscepit Katherinam
Cum suis virginibus. |
| 2 a. Orta tribu de regali
Flore vernat virginali
Martyr, quae nunc immortalis
Praemiatur gaudio. | 2 b. Sensu, fide praemunita,
Forma vultus insignita
Et ad plenum erudita
Literarum studio. |
| 3 a. Haec pro lege Dei certat,
Sed conatur, ut subvertat
Caesar mentem virginis; | 3 b. Videns stupet et miratur
Et stupore contrahitur
Mirae pulchritudinis. |
| 4 a. Ad cultum idolorum
Movetur chresticola;
Flecti nequit, sed deorum
Detestatur idola. | 4 b. Caesar instat blandimentis,
Minis, prece, pretio;
Virgo multis argumentis
Resistit Maxentio. |
| 5 a. Quinquaginta peritorum
Convocatur contio,
Sed confortat angelorum
Hanc invictam visio. | 5 b. Hos aggressa confidenter
A primate incipit,
Qui consultus insolenter
Coram sancta desipit. |
| 6 a. Victos iubet rex comburi;
Tunc periti perituri
Postulantes veniam | 6 b. Fidem sanctae confitentur
Trinitatis nec verentur
Caesaris insaniam. |
| 7 a. Stupefactus ad eventum
Praesentis miraculi
Valde timet detrimentum
Sui Caesar populi. | 7 b. Christi saevit in ancillam
Crebro caesam verbere,
Post flagella iubet illam
Taetro claudi carcere. |

- | | |
|--|--|
| 8 a. Visitatur a regina
Sponsa Christi Katherina
Noctis sub silentio, | 8 b. Et custode separato
A se procul praeoptato
Frunntur colloquio. |
| 9 a. Clam ingressa, clam recedens
Militumqne princeps credens
Soli Christo militans; | 9 b. Ab errore revocantur
Et a Christo visitantur,
Cuius sponsam visitant. |
| 10 a. Eductam de carcere
Rex miratur vivere,
Qui cibum negaverat; | 10 b. Virgo stat intrepida,
Cui columba candida
Victum ministraverat. |
| 11 a. Capitale
snbit sententiam,
Virginalem
lac pudicitiam
Designans emanavit. | 11 b. Ab angelis
in monte Sinai
Fertur, in quo
legem Adonai
Moysi propalavit. |
| 12 a. Aegros reddit sospitati,
Sunt nonnulli liberati
Ab inimici laqueo
Sacro peruncti oleo,
Quod de sepulcro manat. | 12 b. Sponsa Christi, nos exaudi
Assistentes tuae laudi,
Per te det nobis veniam,
Qui confert iustis gratiam,
Corde contritos sanat. |

Miss. Bituricense imp. Parisiis 1493. A. — Miss. Bituricense imp. Parisiis 1522. B. — 1 a, 3 Impetrantem A. — 5 a, 4 Hanc iunctam AB. — 5 b, 4 decipit A. — 7 b, 2 caesam vulnere A. — 10 b, 4 Cibum A.

200. De sancta Katharina.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Veni, Costi filia,
Candens inter lilia,
Splendor Alexandriae. | 1 b. Veni, virgo regia,
Nobilis, egregia,
Casta, regnans sobrie. |
| 2 a. Disputatrix optima,
Legis pandens intima,
Doctores, quos arguit | 2 b. Tendentes ad devia,
Veritatis in via
Datos igni posuit. |
| 3 a. Tortoribus traditam,
Carceribus abditam
Porphyrius visitat | 3 b. Adduxitque reginam;
Credentes Katherinam
Mox tyrannus flagitat. |
| 4 a. Decollantur ideo
Spiritum dantes Deo,
Rota fit et frangitur. | 4 b. Commendatur gladio,
Sed prius oratio
Pro suis efficitur. |
| 5 a. Lac fundens et oleum
In Sinai per Denm
Fertur his mirantibus. | 5 b. Virgo videns terminam,
Semper ora Dominum
Pro te memorantibus. |

Miss. Tornacense imp. Parisiis 1498. A. — Miss. Tornacense imp. Parisiis 1509. B. — 4 a, 1 Decollatur AB. — Melodie: Veni sancte spiritus.

201. De sancta Katharina.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Omnis mundus
Laetabundus
Psallat cum laetitia; | 1 b. Noster coetus
Cantet laetus
Remota tristitia. |
| 2 a. Puro corde
Sine sorde
Colat haec festalia; | 2 b. Die isto
Plaudit Christo
Costi regis filia. |
| 3 a. Katherina
Laude digna
Currit ad palatium, | 3 b. Laeta vadit
Et invadit
Superbum Maxentium. |
| 4 a. Rex commotus
Fremit totus,
Minatur supplicium; | 4 b. Illa ridet
Et deridet
Tyranni iudicium. |
| 5 a. Rex astutus
Et versutus
Inquirit originem, | 5 b. Blandis verbis
Et acerbis
Aggreditur virginem. |
| 6 a. Virgo blanda
Et amanda
Respondit sophisticæ, | 6 b. Quaestiones
Regis omnes
Solvit dialecticæ. |
| 7 a. In palaestra
Contra sceptrum
Non timet assistere; | 7 b. Nullus homo
Est in domo,
Qui possit resistere. |
| 8 a. Rex proponit,
Haec exponit
Illius problemata; | 8 b. Obstupescit
Et pavescit
Rex ad eius dogmata. |
| 9 a. Adducuntur
Et promuntur
Rhetores in publico, | 9 a. Convertuntur
Coniunguntur
Cum coetu angelico. |
| 10 a. O benigna,
Deo digna,
Supplex roga Dominum, | 10 a. Funde preces,
Munda faeces
Peccatorum hominum. |
| 11 a. Dies iste,
Iesu Christe,
Celebrantes foveat; | 11 b. Summum bonum
Sit in donum,
Katharina faveat. |

Miss. Lausannense imp. Lausannae 1493. A. — Miss. Lausannense imp. Gebennis 1505. B. — Miss. Lausannense imp. Lugduni 1522. C. — 6 b, 3 dialectice AC, dyalectice B. — 7 a, 2 sceptrum ist kein reiner Reim zu palaestra; aber das gleiche gilt bei 6 b, 1 u 2. — 8 a, 3 problemata AB. — 11 b, 2 Sic AB; domum AC. — Melodie vielleicht „O beata beatorum“, aber dann wären Str. 5 u. 6 zu einer zu vereinen, und die Sequenz wäre um 3 Strophen verlängert.

202. De sancto Kiliano et sociis.

1. Pari concentu
trium martyrum

- | | |
|---|---|
| 2 a. Kiliani,
Colonati
et Totnani rata
veneremur sollempnia | 2 b. Atque piis
laudibus
eorum altisona
modulemur praeconia. |
| 3 a. Qui aversantes terrea,
mundi frivola,
cuncta huius callis ludicra, | 3 b. Sequendo Christi monita
iustis promissa
adepti sunt poli praemia. |
| 4 a. Illius zelo flagrantem
ensi tyrannico
submiserunt colla | 4 b. Et fusa cruoris unda
celsa conscenderunt
caeli palatia. |
| 5 a. Ubi sanctorum turba
triumphat purpurata
in veste candidula; | 5 b. Angelorum milia
concrepant ovantia
praedulci melodia. |
| 6 a. Ergo ipsorum
iam voce consona | 6 b. Crebris precibus
pulsemus veniam, |
| 7 a. Ut reatus
nostri contagia
per horum gloriosa
solvantur merita. | 7 b. Nostra quoque
dignentur nomina
perenniter conscribi
in caelesti aula, |

8. In qua cum eisdem
semper canamus
regi aeterno gloriam.

Miss. ms. Lambacense saec. 15. Cod. Lambacen. 316. A. — Miss. ms. Lambacense saec. 15/16. Cod. Lambacen. 164. B. — 2 a, 1 sqq. die Eigennamen der Heiligen fehlen B (ob also vielleicht de Communi?). — 2 a, 3 vrata AB. — 5 a, 3 candida B. — 7 b, 4 aula fehlt A.

203. De sancta Kunegunde.

1. Legis laxet onera,
Species et genera
Nova dans et vetera,

- | | |
|---|--|
| 2 a. Cui sub annis teneris
Virgam praebens umeris,
Ignem stringens Veneris, | 2 b. Lucifer in superis,
Lux de luce miseris
Aptans bonos ceteris. |
|---|--|

- | | |
|---|--|
| <p>3 a. Sponso sponsa iungitur,
Nec hic nec haec polluitur,
Menda famae sequitur.</p> | <p>3 b. Videri quod colitur,
Per vomerum demitur,
Vis a vi depellitur.</p> |
| <p>4 a. O sacrum concambium,
Quo vitae compendium</p> | <p>4 b. Quaerit habens taedium
Martiale studium!</p> |
| <p>5 a. Sic sagena
Maris, vena,
Sic amoena,
Sic obscoena
Capit aquae varia;</p> | <p>5 b. Agnigena
Deo plena
Legis dena
Sine poena
Solvit virgo sobria.</p> |
| <p>6 a. O regina Kunegundis,
De profundis
Nos iucundis
Perfrui fac atriis;</p> | <p>6 b. O regina Kunegundis,
Moribundis
Ex his undis
Redde tutos vitiis.</p> |
| <p>7 a. Mundus perit
Et nec erit,
Finis venit, <i>Vae, Vae</i> serit,
Redit ad originem
Homo, cinis in cinerem.</p> | <p>7 b. Caro laedit
Et obedit
His, quae carnis lues edit,
Mortis imago ferit,
Sanguis sanguinem tetigit,</p> |
| <p>8 a. Ergo, virgo et regina,
Carnis huius de sentina
Aude preces et inclina
Dirae mortis paria,</p> | <p>8 b. Ut caelestis per te vestis
Detur maestis in his festis,
Cedat pestis, quae de gestis
Exigit supplicia.</p> |

Hymn. et Sequent. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14667. — 5 a, 1 Agni cena; zu Agnigena cfr. Christigena. — 7 a, 3 *Vae* saevit. — In dieser Sequenz bleibt manches Rätsel ungelöst.

204. De sancto Lamberto.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Laetabundus
Lamperto decantat chorus
Alleluia.</p> | <p>1 b. Regi regum
Exsultat in alvo sanctus,
Res miranda.</p> |
| <p>2 a. Oriuntur splendidi:
Lucerna de sterili,
Sol de stella;</p> | <p>2 b. O lucerna luminans,
Mundo semper rutilans,
Semper clara.</p> |
| <p>3 a. Sicut sol per radium,
Tu illustras saeculum
Pari forma;</p> | <p>3 b. Neque solis claritas,
Neque tua sanctitas
Fit corrupta.</p> |

- | | |
|--|---|
| <p>4 a. Ludenensis oriens
Te praemisit veniens
Valle nostra;</p> <p>5 a. Stabolenis cecinit;
Benedictus Deus sit,
Gens conversa desinit
Esse caeca.</p> <p>6 a. O felix, propera,
Prece nos libera,
Ne damnemur
gens misera.</p> | <p>4 b. Verbum vox altissimi
Nascendo praecurristi
Carne sumpta.</p> <p>5 b. Iam cum sanctis omnibus
Gaudes in caelestibus,
Lampertus; ab angelo
Haec praedicta.</p> <p>6 b. Monstra cum dextera
Christum in aethera,
Hunc, quem genuit
puerpera.</p> |
|--|---|

Miss. ms. Lambrechtense saec. 15. Cod. Graecen. 299. — 2b, 3 Fiunt clara. — 4a, 1 Ludenensis, unverständlich; ob Ludenensis = Leodiensis? In dem Falle dürfte „Leodiensis“ den kl. Hubertus, den Nachfolger des hl. Lambert, bezeichnen, der bekanntlich den Bischofssitz von Maastricht nach Lüttich transferierte. — 5a, 1 Sabolensis. = 5b. 4 Vox praedicta. — Melodie natürlich „Laeta bundus,“ aus welcher Sequenz manches entlehnt ist; so immer der Schlußvers jeder Halbstrophe.

205. De sancto Lamberto.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Laus iucunda
Lamberto cantetur sancto,
Alleluia;</p> <p>2 a. Ortus de primoribus
Fit clarior moribus
Caeli stella;</p> <p>3 a. Sicut sol in speculo,
Refulsit in saeculo
Pari forma;</p> <p>4 a. Dum Puppinum arguit,
Ad aram occubuit
Valle nostra.</p> <p>5 a. Dodo vivus putruit,
Mala morte corrui,
Soror fide caruit
Mente caeca;</p> <p>6 a. Infelix, propera
Noxas exonera;
Cur damnaberis,
gens misera?</p> | <p>1 b. Quem caritas
Dilatavit et sanctitas
Admiranda.</p> <p>2 b. Cuius vita praesulis
Exstitit mirabilis,
Semper clara.</p> <p>3 b. Fidem veram docuit,
Fide Deum coluit
Incorrupta.</p> <p>4 b. Sublimatur Legia
Martyris egregia
Carne sumpta.</p> <p>5 b. Principis adultera,
Venenata vipera,
Perpetravit scelera
Haec praedicta.</p> <p>6 b. Iam super sidera
Sanctum considera
Cum matre pia
puerpera.</p> |
|---|--|

Grad. ms. Averbodiense saec. 15. Cod. Averbodien. s. n. A. — Miss. ms. Averbodiense saec. 15. Cod. Averbodien. s. n. B. — 5b, 2 Veneat a vipera R. — Melodie wiederum: Laeta bundus.

206. De sancto Lazaro.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Inter mira salvatoris
Signa et prodigia | 1 b. Lazari atque sororis
Salus est egregia. |
| 2 a. Hac in carne, hac in mente
Per Messiam resurgente
Suscitantur pectora, | 2 b. Ut ad laudem conditoris
Et ad vitae sanctioris
Consurgamus opera. |
| 3 a. A benigno salvatore
Suscitandus a sopore
Est dilectus Lazarus, | 3 b. Qui transmigrans Gallilaeam
Invitatur ad Iudaeam
A sanctis sororibus. |
| 4 a. Quo audito illic mansit,
Sed ad illas post haec transit
Lazarum se diligentem
Excitare dormientem; | 4 b. Etsi dormit, salvus erit,
Etenim somnum re quaerit;
Sed, a Iesu dum aditur,
Iam defunctus invenitur. |
| 5 a. Hinc, Maria dum adorat
Et utraque soror plorat
Turbae cum frequentia, | 5 b. Fremit Iesus et turbatur
Atque coram lacrimatur
Et amoris gratia. |
| 6 a. Inde lapis tollitur,
Mortuus egreditur,
Ligatus absolvitur
Christi ad imperia. | 6 b. In spem paenitentium
A sorde foeculentium
Unus discumbentium
It Iesus ad prandia. |
| 7 a. Per hunc multi crediderunt
Et credendo revixerunt,
Ceterique convenerunt,
Ut viderent Lazarum. | 7 b. Propter signum hoc prae-
clarum
Turbae Israelitarum
Acceptis ramis palmarum
Exceperunt Dominum. |
| 8 a. At scribae et pharisaei,
Sacerdotes et Iudaei
Cogitarunt sanctum Dei
Trucidare Lazarum. | 8 b. Sed tu, factor protoplasti,
Quae non erant, qui plasmasti,
Posses hunc, quem suscitasti,
Suscitare iterum. |
| 9 a. Per hunc nos nunc, pastor bone,
Prima resurrectione
De intus vivifica | 9 b. Et secunda post utrumque
Corpus nostrum spiritumque
Superne glorifica. |

Miss. ms. Aeduense saec. 12. Cod. Semin. Aeduens. 125. add. saec. 14.
A. — Miss. ms. Aeduense saec. 15. Cod. Semin. Aeduens. 131. B. — 4b, 2
Enim AB; summum A; requirit AB. — 8a, 1 Ac. B.

207. De sancto Lazaro.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Laetetur ecclesia
Caelestis beata,
Matrem laudet filia
Celebrans optata
Lazari sollemnia, | 1 b. Exsultet Bethania.
Domus honorata
Ex Christi praesentia,
Pie visitata
Caritate socia. |
| 2 a. Quam felix concordia
Fratris et sororum,
Ubi contubernia
Facit rex caelorum
Et sanctorum milia! | 2 b. Mariae flagrantia
Odor unguentorum,
Marthae diligentia
Sapor est ciborum
Circa ministeria. |
| 3 a. Quarum amicitia
Deus lacrimatur,
De mortis miseria
Fratres suscitatur
Caelesti potentia; | 3 b. Vitam post mortalia
Plebs cuncta miratur,
Ad tanta prodigia
Fides praedicatur
Et Dei magnalia. |
| 4 a. Celebrantur gaudia,
Lazarus videtur,
Dum mors in victoria
Vivens absorbetur
Et mortis angustia. | 4 b. Sedens ad convivia
Lazarus fatetur,
Quod Dei clementia
Mortuis medetur
Reddens vitae praemia. |
| 5 a. Fusa caelo gratia
Fratres et sorores
Fiunt in Provincia
Fidei doctores
In magna constantia; | 5 b. Praesul in Massilia
Fratres docet mores,
In misericordia
Solvit peccatores,
Facit mirabilia. |
| 6 a. Ad caeli palatia
Digne exaltatur
Et vivens in gloria
Cum Christo laetatur,
Fruens boni copia. | 6 b. Haec tua familia
Te, sancte, precatur,
Ut virtus propitia
Tua nos sequatur
Sitque semper praevia. |

Miss. Massiliense imp. Lugduni 1530. — 2 b, 1 Maria. — 3 a, 2 la-
crimantur.

208. De sancto Leodegario.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Martyris praeconio
Serviens cum gaudio
Fidelium contio
Iucundetur. | 1 b. Pro Leodegario,
Martyre propitio,
Laudis exsultatio
Frequentetur. |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| <p>2 a. Hic vivens innocue
Et castus continue
Dignus est praecipue,
Quod laudetur.</p> | <p>2 b. Hic stirpis ingenuae,
Literatus strenue,
Esse praesul Aeduae
Promeretur.</p> |
| <p>3 a. Fama tanti praesulis
Experta miraculis
Saeculorum saeculis
Commendetur.</p> | <p>3 b. Traditus ab aemulis
Fugam tulit exsulis,
Mox orbatus oculis
Non terretur.</p> |
| <p>4 a. Lingua sibi scinditur,
Sed, ut ante, loquitur,
Plebs per ipsum regitur
Et docetur.</p> | <p>4 b. Mox capite plectitur,
Sed mira res agitur:
Cadaver non quatitur
Nec movetur.</p> |
| <p>5 a. Ceteris quam pluribus
Fulget hic virtutibus,
Subvenit languoribus
Et medetur.</p> | <p>5 b. Huius ergo precibus
Plebs mundetur sordibus
Et in caeli sedibus
Collocetur.</p> |

Miss. Gebennense imp. Gebennae 1498. A. — Miss. Gebennense imp. Lugduni 1521. B. — 2a, 2 castis B. — Melodie: Mariae praeconio.

209. De sancto Leonardo.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Confessorem venerandum
Veneremur Leonhardum,
Cuius nomen tam iucundum
Floret in ecclesia.</p> | <p>1 b. Leo fortis, dum certavit,
Mundum, carnem, hostem
stravit
Et se nardum declaravit
Odoris fraglantia.</p> |
| <p>2 a. Remigio commendatur,
A quo puer baptizatur
Et instructus decoratur
Divina scientia.</p> | <p>2 b. Huius crevit hortamentis
Adolescens puer mentis
In divinis sacramentis
Et virtutum gratia.</p> |
| <p>3 a. Fit medela languidorum
Nexus solvens captivorum
Et reginae dat Francorum
Salutis remedia.</p> | <p>3 b. Sanctitate vir insignis,
Qui praeclaris fulget signis,
Impetret nobis indignis
Sempiterna gaudia.</p> |

Grad. ms. Mosaetraiectinum saec. 15. Cod. Hagen. J. 8. — Melodie: Verbum bonum.

210. De sancto Leonio.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Gaude, plebs nunc Pictavensis,
Praeconia cum recenses
Patroni magnifica,</p> | <p>1 b. Pange metris, voce, mente,
Non recise sed attente,
„Pater,“ dic, „salvifica.“</p> |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| <p>2 a. Terras linquens caelos cepit,
Caelis multorum recepit
Votorum precamina.</p> | <p>2 b. Pater, auscultat, Leoni,
Omni te genere toni
Sonant nostra carmina.</p> |
| <p>3 a. O quam probant et declarant
Magnum vatem et enarrant
Doctorum oracula!
Hilarius absque mora,
Cum mortis adesset hora,
Leonio plebis lora
Commisit per saecula.</p> | <p>3 b. Fili, sumens plebis curam
In hac urbe profuturam,
Inquit, o assumito.
Vita fulgens et doctrina
In huius mundi labina
Preces et dogma propina,
Curam plebis gerito,</p> |
4. Ut per te glorificetur
Trinus Deus et ametur
Et a cunctis honoretur
Factor mundi, Dominus.

Misale Pictavense imp. Parisiis 1526. — 2a, 1 caelo. — 2b, 2 sq.
genere tonant nunc nostra.

211. De sancto Livino.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Sollemni vos induite,
Filiae Sion, chlamyde;</p> | <p>1 b. Induit stolam gloriae
Martyr Livinus hodie.</p> |
| <p>2 a. Iure terris veneratur,
Caelis dignus qui probatur
Tali privilegio.</p> | <p>2 b. Caelesti alimonia
Donatur mater gravida
Spiritus officio.</p> |
| <p>3 a. In lucem partu edito
Sol novae lucis radio
Mundum replet gaudio.</p> | <p>3 b. Dextra signat iam renatum,
Et divina vox beatum
Praedicat indicio.</p> |
| <p>4 a. Dant puero praeconia
Prece pulsa daemonia,
Nutrix vitae reddita,</p> | <p>4 b. Dux et comes it angelus,
Pontus minax fit floridus
Et abyssus pervia.</p> |
| <p>5 a. O felix sacerdotium,
Cuius testatur meritum
Divina sententia!</p> | <p>5 b. Lepra iuncta paralyti
Intranti cedit praesuli,
Cuius comes gratia.</p> |
| <p>6 a. Sacros pedes veneratur
Mare, nauta reportatur,
Gaudet caecus lumine;</p> | <p>6 b. Post plectrum linguae perdi-
tum
Linguae manet officium,
Tortor perit fulmine.</p> |
| <p>7 a. Super orantis verticem
Columba stillat sanguinem
Mortem signans sanguine;</p> | <p>7 b. Christus astat et solatur,
Tortor instat, et mactatur
Vitam nactus sanguine.</p> |

- | | |
|---|---|
| 8 a. Hinc cum victrici laurea
Intras gaudens aetherea. | 8 b. Unde summa laetitia
Tibi plaudit ecclesia. |
| 9 a. Sed plaudit specialius
Laude clerus et populus, | 9 b. Quem singulari gratia
Tua fovet praesentia. |

10. Communis est laetitia,
Communis sit et gratia.

Miss. Magdeburgense imp. Lubecae 1480. A. — Miss. Magdeburgense imp. Magdeburgi 1486. B. — Miss. Magdeburgense imp. Magdeburgi 1497. C. — Miss. Magdeburgense imp. Nurembergae 1503. D. — Miss. Merseburgense imp. Lipsiae 1502. E. — 2a, 2 caeli ABCD. — 2a, 3 Tanti CD. — 3b, 4 Dextera D. — 4b, 1 comes id AB, comes fit D, comes et E. — 5a, 1 O fehlt E. — 6b, 1 perditum fehlt E. — 7a, 1 vertice D. 9a, 1 plaudat E. — 9a, 2 Gaude AB, Gaudet E. — Str. 10 lautet in E: In angusta via sumus | Tua prece tribue | Ut cum Deo mereamur | Sine fine vivere.

212. De sancta Lucia.

1. Alleluia.

- | | |
|---|---|
| 2 a. Praefulgida
dicito margarita, | 2 b. Unde tibi
facies tam decora? |
| 3 a. Conditor creaturarum
cuncta fabricando
formosa | 3 b. Hanc mihi concessit formam,
sibi statuens tam
decoram. |
| 4 a. Cuius iussis ob-
secundando speciosa, | 4 b. Ex hoc cupita
complems loca honoranda. |
| 5 a. Adorno
coronas
possidens diademata
regia, | 5 b. Inserta
coronas
fulvas honorabilium
pectora. |
| 6 a. Pertinaci ferens
grave cordis
honoris inopia, | 6 b. Colla pontificum
vestiens
pectoralis fascia. |
| 7 a. Praetendo figuram
sollicita | 7 b. Ad vitae caelestis
felicia. |

8. Cuius cives
simus in saecula.

Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. A. — Antiph. et Grad. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235. B. — 2b, 1 facias AB. — 3b, 3 decorem AB. — 4b, 1 Exoccupata AB. — 5a, 3 diademata A. — 5b, 2 coronans A. — 5b, 4 pectoras A. — 7b, 1 Ad fehlt AB. — Betreffs der Melodie vgl. die Bemerkung zu Anal. Hymn. XL, Nr. 29. — Der vielfach verderbte Text bleibt in den Strophen 5 u. 6 noch dunkel.

213. De sancto Ludovico Ep.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Silvam in silvis colere
Virtutum iubet ratio; | 1 b. Ludovicum Karolinum
Extollat Franca natio, |
| 2 a. Virginalis castitatis
Atque odoris lilium | 2 b. Et regale maiestatis,
Humilitatis speculum. |
| 3 a. O praeclare et amande
Et venerande pontifex, | 3 b. Graduate, ordinate
Scandis, virtutum opifex. |
| 4 a. Flos Minorum,
Praedux illorum,
Stella, lux errantium; | 4 b. Os doctorum
Tam mortuorum
Micans sidus marium. |
| 5 a. Intrat praesul
non per sanguinem,
Sed per precum
similaginem
Deum placans precamine; | 5 b. O sacerdos,
florens ut rosa
Quem exclamat
patrem Tolosa
Dulci modulamine. |
| 6 a. Gens leprosa
Hac de rosa
Excipit munditiam; | 6 b. Navigantes
Fluctuantes
Nanciscuntur laetitiam. |

7. Xenodoxis famulatur,
Visitat [et] exhortatur,
Profert vaticinia.

Grad. ms. St. Georgii Villigensis saec. 15. Cod. Carolsruhan. Geo. 3. — 2 a, 2 Ac. — 4 b, 3 Impetras sidus. — 5 b, 2 Et ut rosa. — 5 b, 4 patrem fehlt. — 6 b, 3 Porti nanciscuntur. — 7, 1 Xenodoxis. — Der Schluss der Sequenz ist ganz verwildert; zunächst folgt nach 7, 3 eine Lücke: dann dieses Chaos: Dum in sinu tantae indolis flores mutatae ostendunt regem. Delicate miseris compati in panibus. O patrone, in agone nostrae cohorti sis via. Dirigens sorti tu miserere beatorum in caelesti gloria.

214. De sancto Maglorio.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Adest dies specialis,
Dies festus et natalis
Praesulis Maglorii. | 1 b. In hoc ergo spiritaes
Et ipsius speciales
Iucuudentur filii. |
| 2 a. Angelus hunc erudivit
Integrumque custodivit
Vas caelestis gratiae; | 2 b. Cum sit magnus gloria,
Velut ex industria
Nomen habet gloriae. |

- | | |
|---|--|
| <p>3 a. Lucrum quaerens spiritale
Culmen rexit principale
Minoris Britanniae;</p> | <p>3 b. Fugit tamen nutu Dei,
Quo vacaret totus ei,
Regimen ecclesiae.</p> |
| <p>4 a. Curam tradens alii
Compos desiderii
Degit sub silentio,</p> | <p>4 b. Sic latere voluit,
Nec abscondi potuit
Lucerna sub modio.</p> |
| <p>5 a. Consul adest sed leprosus,
Ne lateret gloriosus
Pater sine gloria;</p> | <p>5 b. Preces eius lepram mundant,
Cuius iussis obsecundant
Aves, pisces, maria.</p> |
| <p>6 a. Vitae reddit mortuum,
Quem vorago fluctuum
Prius absorbuerat;</p> | <p>6 b. Ad huius arbitrium
Piscis turba piscium
Ministrans obtemperat.</p> |
| <p>7 a. Vultum reddens servulo
Victum reddit populo,
Navem rexit baculo,
Sed nec plaustro defuit.</p> | <p>7 b. Lingua mutae solvitur,
Servus pisci tollitur,
Vis hostilis vincitur
Et serpens occubuit.</p> |
| <p>8 a. Culpam donat hic levitae,
Angelus hunc pane vitae
Munit mortis pretium;</p> | <p>8 b. Hostes privat hic repente
Partim visu, partim mente,
Vita nequam filium.</p> |
| <p>9 a. Maglori pater, visita
Nos pietate solita,
Tuae preces et merita
Culpa relaxent debita.</p> | <p>9 b. Per te vincatur zabulus
Et vitiorum populus,
Per te victores saeculi
Christo vacemus seduli.</p> |

Miss. ms. Sammaglorianum saec. 15. in. Cod. Parisin. Arsen. 623. A. —
Collect. ms. Victorinum saec. 15. [13. 16]. Cod. Parisin. 14872. B. —
1 b, 2 spiritales A. — 4 a, 3 Desit B. — 7 a, 2 dedit B. — 7 a, 3 textit B. —
b, 3 Vix hostilis B. — 8 b, 1 Hostes fugat. — Cfr. Gautier, Ad. de St.
Victor, 1. ed. II, p. 283.

215. In Translatione s. Maglorii.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Ad honorem
patris Maglorii
Spiritalis
exsultent filii;</p> | <p>1 b. Sub pastoris
sacri praesentia
Gregem sacra
deceat laetitia.</p> |
| <p>2 a. Primo Dei gratia
Translatum de Sargia
Recepit Britannia
Corpus sacratissimum.</p> | <p>2 b. Sub accessu litoris
Tactu sacri corporis
Pars mutatur arboris
In saporem optimum.</p> |

- | | |
|---|---|
| <p>3 a. Claudus salit et laetatur,
Adulescens suscitatur
Custos monasterii.</p> | <p>3 b. Ad regna siderea
Scala patet aurea
Meritis Maglorii.</p> |
| <p>4 a. Votis illuc conscendamus,
Conscendentes gaudeamus
Et gaudentes erumpamus
In laudum praeconia.</p> | <p>4 b. Si quis votum vovit rectum,
Voto dabit hic effectum,
Qui vas Dei praelectum
Fuit ab infantia.</p> |
| <p>5 a. Vas insigne, vas honoris,
Incorrupti flos odoris,
Honestatis ac pudoris
Formam praebet saeculo.</p> | <p>5 b. Virginali vernans flore
Caelos replet hic odore,
Regem cernens in decore
Mundi cordis oculo.</p> |
| <p>6 a. O Maglori, voto pari
Te studemus venerari,
Dum versamur in hoc mari,
Tua nobis suffragari
Dignetur clementia.</p> | <p>6 b. Circa gregem-spiritalem
Curam gere pastoraalem,
Nos ad terram pascuaalem
Tu per viam duc regaalem
Sub Christi custodia.</p> |

Prosar. ms. Parisiense saec. 13/14. Cod. Commun. Assisien. 695. A. —
Miss. ms. Sammaglorianum saec. 15. in. Cod. Parisin. Arsen. 623. B. —
Hymn. et Prosar. ms. Marchianense saec. 15. Cod. Duacen. 123. C. —
Collect. ms. Victorinum saec. 15. [13. 16.] Cod. Parisin. 14 872. D. —
2 a, 2 Translatus de Sagia D. — 4 a, 2 Ascendentes D. — Cfr. Gautier,
Ad. de S. Victor, 1. ed. II, p. 293.

216. In Translatione s. Marcelli.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Gaude, superna civitas,
Nova frequentans cantica;</p> | <p>1 b. Ad crescit tibi dignitas,
Murorum surgit fabrica.</p> |
| <p>2 a. Faber et fabri filius
Te restaurant in melius;</p> | <p>2 b. Fabri mens et industria
Relucet in materia.</p> |
| <p>3 a. In tua transit moenia
Marcellus, gemma prae-
sulum;</p> | <p>3 b. Tibi praesens ecclesia
Praesentat hunc carbon-
culum.</p> |
| <p>4 a. Chorus concordi spiritu
Psallat in eius transitu;</p> | <p>4 b. Grex pastoris miracula
Retractet mente sedula.</p> |
| <p>5 a. Dum ferrum candens ponderat
Adhuc aetate tenera,</p> | <p>5 b. Calorem tactu temperat,
Ferri praedicat pondera.</p> |
| <p>6 a. Dum servus Christi praesuli
Ministrat aquae calicem,
Christus ad laudem servuli
Mutat in vinum laticem.</p> | <p>6 b. Nec minus est miraculum,
Quod succedit in ordine,
Dum ferens aquae vasculum
Haurit chrisma deflumine.</p> |

- | | |
|--|---|
| <p>7 a. Vinum et chrisma praesulis
Praeferebant indicia,
Per quem baptismus populis,
Per quem sacratur hostia.</p> <p>8 a. Sacris astans altaribus
Vinctum videt in populo,
Solvit a poenae nexibus
Et a peccati vinculo.</p> <p>9 a. Marcelle pater, respice
Nos pietatis oculo</p> <p>10 a. Te diligentes unice,
Te recolentes sedulo,</p> | <p>7 b. Gradu minor quam meritis
Vocem laxat antistitis,
Promotus in pontificem
Fert opem reo duplicem.</p> <p>8 b. In serpente visibili
Triumphat invisibilem,
Sic Christus invincibili
Virtute ditat humilem.</p> <p>9 b. Sub huius adhuc lubricae
Carnis gementes vinculo.</p> <p>10 b. Consorts lucis angelicae,
Caeli suscribe titulo.</p> |
|--|---|

Miss. ms. Parisiense saec. 14. Cod. Sangenovefian. 97. A. — Collect ms. Victorinum saec. 15. [13. 16.] Cod. Parisin. 14872. B. — 2 b, 1 et fehlt B. — Str. 4 a fehlt B; dafür in Str. 4 b nach Vers 1 eingeschoben: Sub brevitatis summula und nach Vers 2: Voce decantet modula B. — 6 a, 1 Christi servus B. — 6 b, 3 Cum B. — 8 b, 3 Six B. — 9 b, 1 Hic huius. — Cfr. Gautier, Ad. de S. Victor, 1. ed. II, p. 302.

217. De ss. Marcellino et Petro.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Huius diei
clara sollemnia</p> <p>2 a. Qua presbyter
sanctus eximia
Marcellinus
fulsit constantia,</p> <p>3 a. Harum rosarum purpura
Praesens vernet ecclesia,</p> <p>4 a. Hora namque
sui plantaria
Spirans Austri
perflavit gratia,</p> <p>5 a. Hinc martyrum
virtus egregia
Fragravit
sicut murræ copia;</p> <p>6 a. Grossos suos
tulit ficulnea,
Mala germinaverunt
punica;</p> | <p>1 b. Flores martyrum
reddunt celebra,</p> <p>2 b. Cum exorcista
Petro socia
Passionis
rutilans gloria.</p> <p>3 b. Praedulcique fragrantia
Felix redolet Gallia.</p> <p>4 b. Cuius inde
miti clementia
Fluxerunt
aromata dulcia.</p> <p>5 b. Quorum effloruit
victoria,
Ut arbor
palmae, flecti nescia.</p> <p>6 b. Dedit flores
fructusque vinea,
Odorem fudit nardus
pistica.</p> |
|---|--|

- | | |
|--|--|
| <p>7 a. Hi sunt, qui Deo
placens hostia
Se tradiderunt
ad supplicia</p> | <p>7 b. Laveruntque
vestimenta sua
In sanguine
agni vernantia,</p> |
| <p>8 a. Cum lysopo
cedrum offerentes
Atque cocci bis tincti
stamina.</p> | <p>8 b. Roboravit
istos fides et spes
Ardentes caritate
gemina.</p> |
| <p>9 a. Nam, beatus Petrus
exorcista
Dum signorum
coruscat gratia,</p> | <p>9 b. Cum sponsa credit et
familia
Artemius
sanata familia.</p> |
| <p>10 a. Marcellinus
presbyter lavacra
Populis
confert salutaria.</p> | <p>10 b. Hinc tormenta
martyres varia
Perferunt
Sereni saevitia.</p> |
| <p>11 a. Quibus decollatis
ad gaudia
Feruntur animae
caelestia.</p> | <p>11 b. Nobis ergo Christi
clementia
Per horum succurrat
suffragia.</p> |

Grad. ms. Cameracense saec. 12. Cod. Cameracen. 62 (61). — Mit Ausnahme von Str. 1 besteht jede Halbstrophe aus 2 Langzeilen von je 10 Silben (nur in der Str. 3 sind es 8); die Zeilen reimen, abgesehen von 8 a, 2, immer auf a. Nur technische Rücksichten bewegen mich, die 10silbigen Zeilen zu brechen, wobei es mangels einer regelmäßigen Cäsur nicht möglich war, eine gleichmäßige Brechung zu erzielen.

218. De sancta Margareta.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Haec est dies omni
laude prosequenda,</p> | <p>1 b. Dies haec in mente
iure retinenda.</p> |
| <p>2 a. Dies, in qua tenebras
Lucifer effulgens
Effugavit, maculas
Peccati indulgens.</p> | <p>2 b. Hac die Margareta
Passa caelos scandit,
Resultet ecclesia,
.</p> |
| <p>3 a. Fuit quidem desponsata
Christo sponso sponsa grata
Et caelestis filia.</p> | <p>3 b. Virgo vere speciosa,
Velut sine spinis rosa,
Candens inter lilia.</p> |
| <p>4 a. Haec est, inquam, virgo pru-
dens,
Quae caelesti sponso nubens
Respuit Olybrium;</p> | <p>4 b. Christum sequens mente pura
Diis dare negat tura,
Reputans ludibrium.</p> |

5. Caeli sponsus adamatur,
Patris domus refutatur,
Vilipendit praedia
Morti praescripta.

Miss. ms. Secoviense saec. 12. Cod. Graecen. 769. — 2 b, 1 Hac in die. — 5, 2 Patriae. — Die Sequenz ist sichtlich unvollständig.

219. De sancta Margareta.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Surge laudum ad concentus,
Ordo sacer et conventus,
Virginalis gloriae; | 1 b. Pro triumpho Margaretae
Laudum favi stillent de te,
Carmina laetitiae. |
| 2 a. Margareta, flos decoris,
Imitatrix caeli floris,
Castitatis formula. | 2 b. Ad exemplum passionis
Gratiarum rigat donis
Et impinguat saecula. |
| 3 a. Quam pudicam et formosam
Et in fide fructuosam
Impetit Olybrius; | 3 b. Ut transplantet ad errorem
Eius fidem et pudorem,
Instat hostis impius. |
| 4 a. Nunc suspensam ungarum
Mactat plagis, nunc virgarum
Scindit scissionibus; | 4 b. Nunc in aquis, nunc in igni
Artat dolus hanc maligni,
Nunc addit carceribus. |
| 5 a. Ibi fato dans draconem
Vinctumque terens daemonem
Psallit in victoria; | 5 b. Expletura vitae cursum
Cor et manus levat sursum,
Orat cum fiducia: |
| 6 a. „O, qui praees caeli thronis,
Da, qui meae passionis
Recolit memoriam, | 6 b. Ad salutem mundo frui,
Post cum sanctis vultus tui
Perpetim praesentiam.“ |
| 7 a. Votis favens suae testis
Adest ipse rex caelestis
In columbae specie; | 7 b. Quae deposcit haec, condonat,
Quibus datis hanc coronat
Ferri stratam acie. |
| 8 a. Eia, martyr gloriosa,
Domini tam speciosa
Praedotata gratia, | 8 b. In praesenti sic procura
Te laudantes, ut futura
Non amittant gaudia. |

Miss. ms. Coloniense [?] anni 1319. Cod. Capit. Treviren. 154. A. — Miss. ms. S. Iohannis Hierosolymitani saec. 14. Cod. Friburgen. (Helv.) Inc. 325 (146). add. saec. 15. B. — 1 b, 2 fani B; stillant A. — 2 b, 1 Et B. — 4 b, 1 igne A. — 4 b, 3 adiit A. — 5 a, 2 tenens B. — 6 b, 3 praesentia B. — 7 a, 1 sui B. — 8 a, 1 mater B. — Die Kollation von B verdanke ich Rev. H. M. Bannister.

220. De sancta Margareta.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Urbs beata, Sion, gaude
Pio voto, iugi laude
Pia colens gaudia; | 1 b. Celebretur dies laeta,
Virgo vicit Margareta
Triumphali gloria. |
| 2 a. Quae gentili stirpe nata,
Fide Christo foederata
Sponsi nitit annulo; | 2 b. Iuvenili vernans aevo
Dolum nescit, caret naevo
Crucis clara titulo. |
| 3 a. Oves pascit, oves feta,
De gemello foetu laeta,
Rosam nectit lilio. | 3 b. Quam de grege praedoraptam
Velut agnam aris aptam
Praesentat Olybrio. |
| 4 a. Adamatur, sed amentem
Sic amantis spernit mentem,
Ridet tribunalia. | 4 b. Blandimentis non seducta
Minas spernit, stat in lucta,
Christi fert dextralia. |
| 5 a. Furit praeses, datus irae,
In obscurum iubet ire
Lucernam iustitiae; | 5 b. Nocte saepta carcerali
Luce nitet virginali
Margarita gloriae. |
| 6 a. Satan prodit ad conflictum,
Quem substernit virgo victum
Per crucis praesidium. | 6 b. Genus prodit requisitus,
Dolos nudat, sed invitus,
Implorat effugium. |
| 7 a. Fugam captat, loco cedit;
Ad tribunal virgo redit
Educta de carcere. | 7 b. Idolorum spernit cultum,
Nec tyranni trucem vultum
Veretur offendere. |
| 8 a. Flammis data velut aurum
Enitescit, cepit laurum,
Omni caret scoria. | 8 b. Ignem vincit, aquis datur,
Sed nec aquis suffocatur;
Utrimque victoria. |
| 9 a. Hanc de caelo vox confortat,
Dum columba laurum portat,
Triumphales titulos; | 9 b. Unde gaudens et devota
Deo precum reddit vota,
Laborum vitulos. |
| 10 a. Ferro demum neci data
Caelos petit laureata
Corona iustitiae. | 10 b. Regi regum sit laus digna,
Cui, virgo, nos consigna
Cum colonis gloriae. |

Sequent. ms. Pragense (Arnesti de Pardubic) anni 1860. Cod. Capit. Pragen. P. 9. A. — Miss. ms. Cracoviense saec. 15. Cod. Capit. Cracovien. 3. B. — 1b, 2 vincit A. — 2b, 3 cara A. — 4a, 1 sed amantem A. — 5a, 1 datur B. — 5b, 3 Margarita rosea A. — 6a, 2 substerruit A. — 6a, 1 datur B. — 8a, 2 Enitescit caput aurum A. — 10a, 3 Corona victoriae A. — 10b, 3 Cum coronis. — Melodie: Gaude Sion quod egressus, aber mit Vermehrung der Strophenzahl. — Die erste Halbstrophe ist zu vergleichen mit Anal. Hymn. I, Nr. 136.

221. De sancta Margareta.

- | | |
|---|---|
| 1 a. Iubilemus Christo melos,
Margaretam qui ad caelos
Vexit post victoriam. | 1 b. Pax et salus nuntiantur
His, qui eius venerantur
Condigne memoriam. |
| 2 a. Virgo paret quem beata,
Huic est haec consignata
Ante saeculi tempora. | 2 b. Verbum patris hanc ornavit,
Quando hic magnificavit
Et in caeli curia. |
| 3 a. Res est mira, res insignis,
Torret sacros artus ignis
Nec mentem attenuat. | 3 b. Caeli fusa virgo rore
Tanto gaudens in dolore
Christum regem invocat. |
| 4 a. Radix pater vitiata.
Proles virgo Deo grata,
Margarita inclita; | 4 b. De radice tam spinosa
Paradisi prodit rosa
Florens, rubens, candida. |
| 5 a. Mira floris pulchritudo,
Quam honestat magnitudo
Septiformis gratiae. | 5 b. Collaetemur huic flori.
De quo gaudent omnes chori
Virginalis gloriae. |
| 6 a. Iesu pie, splendor patris,
Margaretae nos beatiss
Iunge prece sedula; | 6 b. Flos et fructus puellaris
Et corona virginalis,
Tibi laus per saecula. |

Grad. ms. Strahoviense anni 1611. Cod. Strahovien. Mus. E 9 (H I 2). —
2b, 1 oravit.

222. De sancta Margareta.

- | | |
|---|--|
| 1 a. <i>Salve</i> , martyr gloriosa,
Margareta generosa,
Verae vitis balsamus; | 1 b. <i>Ab aeterno</i> ordinatum
Vas, insigne, decoratum,
Castitatis thalamus. |
| 2 a. <i>Salve</i> , agna sine felle,
Vas imbutum favo, melle,
Vas immensae gloriae; | 2 b. <i>Nos peccatis involuti</i>
Flagitamus provoluti
Medicinam gratiae. |
| 3 a. <i>Porta</i> nitens, gemmis clara,
Sidus fulgens, templum, ara,
Hostia pacifica; | 3 b. <i>Cinnamomum</i> redolens,
Sensu, cana, fide pollens,
Prudens et mirifica. |
| 4 a. <i>Salve</i> , terra fertilis,
Odor suavis, utilis,
Rosa patientiae; | 4 b. <i>Myrtus</i> temperantiae,
Stirps obedientiae,
Turtur innocentiae. |

- | | |
|--|--|
| <p>5 a. <i>Tu</i> contemnis iudicem,
Per cuncti opificem
Superans in omnibus;</p> <p>6 a. <i>Tu</i> in loco tenebroso
More petis amoroso
Sponsi amicitiam;</p> <p>7 a. <i>Tu</i> tribunal despexisti,
Plagas duras derisisti
Fragili in corpore;</p> <p>8 a. <i>Palmam</i> vitae apprehendis
Et cum Christo parvipendis
Huius mundi gloriam;</p> <p>9 a. <i>Sol</i> probatus clarior
Passionis clibano,
Nive iam candidior
Veniens a Libano.</p> <p>10 a. <i>Salve</i>, rosa rubicunda,
Sponsa agni tota munda,
Potens es in patria,</p> <p>11 a. O beata, ne nos spernas,
Sed ardentes fac lucernas
Ad convivas et supernas
Ingredi feliciter.</p> <p>12 a. <i>In</i> extremo huius vitae
Formidantes reduc rite,
Ut de vera caeli vite
Degustemus sine lite
Suavitatis pocula.</p> | <p>5 b. <i>Flos</i> campi conteritur,
Cum Margareta caeditur
Paganorum manibus.</p> <p>6 b. <i>Tu</i>, cum oras, hostem sternis
Quem confusum, virgo, spernis
Carnis per munditiam.</p> <p>7 b. <i>Ebur</i> auro variatum
Cor in Christo solidatum
Mortis splendet tempore.</p> <p>8 b. <i>Laus</i> te ornat virginalis,
Mucro stravit cum poenalis,
Aufert auro scoriam.</p> <p>9 b. <i>Lux</i> ipsa iustitiae
Tibi lucet iugiter,
Immemor tristitiae
Visu ardes suaviter.</p> <p>10 b. <i>Verbi</i> Dei praedicatrix,
Trinitatis contemplatrix
Intra caeli atria.</p> <p>11 b. <i>In</i> supremo collocata,
Post te trahe, Deo grata,
Ne nos mortis via lata
Rapiat hostiliter.</p> <p>12 b. <i>Iesu</i> bone, rex caelorum,
Preces audi peccatorum,
Da consortia bonorum,
Ut et te, Deum deorum,
Laudemus in saecula.</p> |
|--|--|

Miss. ms. Attilense anni 1450. Clm. Monacen. 3311. A. — Sequent. ms. S. Petri Salisburgensis anni 1603, Appendix ms. Miss. Romani imp. Venetiis 1513. (Bibl. Petrin. S II 14a.) B. — 3a, 1 clara gemmis B. — 3a, 2 templi ara B. — 8b, 2 cum fehlt B. — 9b, 1 Sol ipse AB. — 10a, 3 Potens nunc in B. — 12b, 4 et fehlt B. — Melodie: *Salve mater salvatoris*, aus welcher Sequenz stets das erste Wort jeder Halbstrophe entlehnt ist; dem entsprechend war 9b, 1 zu corrigieren.

223. De sancta Margareta.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. O beatae Margaretae
Virginis sollemnia,</p> | <p>1 b. De palma cuius athletae
Laetatur ecclesia.</p> |
|---|--|

- | | |
|---|--|
| <p>2 a. Haec gentili patriarcha
Nata Theodosio</p> | <p>2 b. Digna sacri flatus arca
Petitur Olybrio.</p> |
| <p>3 a. Cuius spernens minas, preces
Carcere recluditur;</p> | <p>3 b. Hinc non pavens miles neces
Flagris, virgis caeditur.</p> |
| <p>4 a. Sed, quia nec sic oboedit,
Laceratur pectine;</p> | <p>4 b. Nudis costis hinc procedit
Rivus rubens sanguine.</p> |
| <p>5 a. Post haec Ursus
Frendens rursus
Carceris in tenebras
Sanctam trudit,
Hanc illudit
In dracone satanas.</p> | <p>5 b. Quem vi crucis
Scindens trucid
Denudat insidias,
Cuius versa
Fraude mersa
Lymphis vicit balneas.</p> |
| <p>6 a. Ergo circumstantis gentis
Credunt quina milia,</p> | <p>6 b. Decollata qui pro Christo
Capiunt caelestia.</p> |
| <p>7 a. His astantem iunge plebem,
Ut per transitoria</p> | <p>7 b. In perenni mereamur
Exsultare gloria.</p> |

Grad. ms. Bocholtense saec. 15. Cod. Bocholten. L 6. — 7 a, 1 Tuis. —
Melodie: O beata beatorum.

224. De sancta Margareta.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Titulus memoriae
Celebretur hodie
Martyris eximiae.
Margaretæ;</p> | <p>1 b. Fermentum malitiae
Cesset et nequitiae,
Et ipsius gloriae
Congaudete.</p> |
| <p>2 a. Hanc fidei firmitas,
Hanc spei soliditas,
Hanc sincera caritas
Decoravit;</p> | <p>2 b. Virginalis castitas
Morumque sinceritas
[Atque mentis firmitas]
Hanc ornavit.</p> |
| <p>3 a. Haec sanguinem proprium
Propter Dei filium
Fudit et Olybrium
Mente sprevit;</p> | <p>3 b. Haec periclitantium,
In partu praegnantium
Adesse praesidium
Consuevit.</p> |
| <p>4 a. O mater eximia,
Cuncta pelle noxia
Contra nos pugnancia,
Virgo pura;</p> | <p>4 b. Per tua suffragia
Detur nobis gratia
Et in caelo gloria
Permansura.</p> |

5 a. Margarita diceris,
Margaritis ceteris
Virtute praeponeris,
Virgo digna;

5 b. Iam sponsum amplecteris,
Iam Christo coniungeris,
Nos Deo, quo frueris,
Reconsigna.

Prosar. ms. Marchianense saec. 15. Cod. Duacen. 123. — Melodie viel-
leicht: *Mariae preconio*.

225. De sancta Margareta.

1. Pange, chorus omnium,
nunc Margaretae triumphum.

2 a. Virginis huius pater
erat patriarcha
gentilium;

2 b. Haec Deum colit; pater
odit; fugit; nutrix
eam alit.

3 a. Cuius oves pascit,
cum praefectus
Olybrius transit.

3 b. Videns eam cupit
praecipitque
sibi praesentari.

4 a. Verba profert dulcia,
nec flectitur
virgo beata.

4 b. Minas infert impius,
nec formidat
neque terretur.

5 a. Furit hic iubetque
virginem incarcerationi.

5 b. Vorat hanc draco, sed
signo crucis liberatur.

6 a. Post haec flagellatur
virgis, aere suspenditur,

6 b. Rastris laceratur,
comburitur, aquis mergitur.

7 a. Post decollatur et
in paradiso
collocatur.

7 b. Sit laus patri, nato
salus, flamini
sancto virtus.

Missale Noviomense imp. Rothomagi 1506. — 3 a, 2 cum hac. — 3 a, 3
Olymbrius.

226. De sancta Margareta.

1 a. Adest dies decora
Hac hora, qua per ora
Nostra memoratur

1 b. Margaretae series,
Cuius vita species
Perpulchra probatur.

- | | |
|--|--|
| 2 a. Nobilis natalibus
Fuit, sed gentilibus,
Et Antiochena. | 2 b. Cuius pulchritudine
Accensus libidine
Profert verba lena |
| 3 a. Olibrius virgini.
Tantae turpitudini
Non vult assentire | 3 b. Prece neque pretio;
Virginis responsio
Facit hunc saevire. |
| 4 a. Christi fidem confitens,
Hic fidei renitens
Hanc incarceravit. | 4 b. Exuta suspenditur,
Verberibus caeditur,
Sanguis terram lavit. |
| 5 a. Sustinet in gaudio
Pro tanto martyrio
Virgo nec suspirat. | 5 b. Carnem scindit durior
Ungula, tunc fortior
Ad caelos aspirat. |
| 6 a. Ossa nuda, viscera
Vice patent altera;
Sic incarceratur. | 6 b. Lumen clarius sole
Incarceratae solae
De caelo mandatur. |
| 7 a. Signo crucis fugatus
Fuit transfiguratus
Daemon in draconem; | 7 b. Formam sumpsit humanam,
Virgo percepit vanam
Hanc illusionem. |
| 8 a. Hostem solo prostratum
Dimisit conculcatum
Dicto, cur venisset, | 8 b. Servo nec consilio
Faveret, Olibrio
Nec dis oboedisset. |
| 9 a. Virgo post haec crematur,
Aqua refrigeratur
Dolio ligata; | 9 b. Terra mota, vinculis
Ruptis, a periculis
Exit nil gravata. |
| 10 a. Duodecim milia
Fere credunt, varia
Mors illos mactavit. | 10 b. Orat pro tortoribus,
Pro se deprecantibus
Preces impetravit. |
| 11 a. Collum parat gladio,
Triumphat martyrio
Capite truncato. | 11 b. Eius patrocinio
Secum in collegio
Nos iungat beato. |

Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?]. A. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. B — Miss. Andegavense imp. Rothomagi 1543. C. — 3 b, 3 servire C. — 11 b, 3 Christus nos B.

227. De s. Maria Magdalena.

1. Exsurgat totus almiphonus
supercaelestium chorus
citharoedorum,
omnifarie Deo
eulogizans cum Alleluia.

2 a. Suave et laudisonum una plus solito subclangat in iubilo organum nostrarum invencularum, chorea tympanistriarum;	2 b. Necnon, unit quos catholicus omnes uno una pneumate christianismus, nunc Mariae Magdalенаe congratulentur sollempniis.
3 a. Quae septeno dudum daemone plena, vesania cursitaverat pestilentiosa	3 b. Per andronas lubricas Babylonis, cuius gaudet Bel gymnasiis anathematicis,
4 a. Et ubi occurrant daemonia, onocentauri, dracones praevolucres struthioque simul collusitant,	4 b. Absonius ululae lugubres et elegizant, et Sirenae delubris voluptatis coantiphonizant.
5 a. Pilosi et saltitant, lamia catulos lactat, foveam torvus struit ericius, ibix et corvus cum onocrotalo horrisonum una discriminant;	5 b. Basiliscus sibilat, cerastes et imperitat. Genus id multa minax, incarcerans exterricula quaeque dirissima morsibus, experta est Maria.
6 a. Demum tacta divinitus memoria Sion, dilecta matris tot furias (ab)horrens deserit metropolim Chaldaeorum;	6 b. Iesum ardens medullitus, quem festina quaeritat mox ierarcham, per quem liberetur captiva phantasmatum a phalange.

- 7 a. Sciens, ubi fuerit,
quid fecerit,
non erubuit;
sese amati
[ad] epulas contulit,
veniae fontem turpis
adiit, quo se lavaret;
- 7 b. Alabastrum attulit,
pedes Iesu
flendo compluit,
crinibus tersit
[atque] osculans unxit,
tot ferens holocausta,
quot prius oblectamenta.
- 8 a. Quam miseratus conditor
refugam suscipit,
refovet paraclitus
luctuosam,
diligentem diligit
dimissisque flagitiis
omnimodis liberrimam
ire praecipit.
- 8 b. Sic liberata bestiis
de Babylonicis
pedibus assederat
miserantis,
verbum eius audiens,
et intime soli vacans
theoriae arcem Sion
felix conscendit.
- 9 a. Cui Iesus
architectus
stratum tetragonum
dans aequilaterum,
totum crystallis
luminosum, sternit
igneis carbunculis;
- 9 b. Fundans saphyris
caeruleis
miris candidatam
et unionibus
iaspidibus et
propugnatam munit
gemmeis turriculis.
- 10 a. Anaglypharias
margaritis portas,
podismum cum plateis,
basilicas cum tricliniis
et illius omnia
aureola
mirificavit
tamquam vitrum perlucida.
- 10 b. Quam gemmis rutilam
et obrizo mundo
rex regit Emanuel,
divum ipse capitolium
urbis, manens omnia
in omnibus,
quos triumphali
comit inibi laurea.
- 11 a. Hac speculativa
iam plenarie
condelectans in aula,
fac, nos ut delectemur
in dilecto tuo,
suffragatrix
ardentissima, Maria,
- 11 b. Et ut letalibus
arreptos, heu,
vitiis furis
reddat nos sanae mentis
miserans, ut solet,
salutari
curando indulgentia.
- 12 a. Ut sic nequitiis
adversariis
fauste triumphatis
corona tecum
regni tripudiantes
- 12 b. Collaudemus una
et in cymbalis
iubilationis
Deum deorum
cum angelis in Sion.

Grad. ms. Eremitense saec. 11. Cod. Eremiten. 366. A. — Collect. ms. Admontense saec. 12. Cod. Admonten. 257. B. — 1, 3 citharae donum A. — 1, 4 omnifariam B. — 1, 5 elogizans B. — 2 a, 1 Suavis B. — 2 a, 6 choreo A. — 2 b, 1 Haec non B. — 2 b, 2 quos unisonus A. — 2 b, 3 pneumati B. — 2 b, 4 christianismi A. — 2 b, 6 congratulemur A. — 3 a, 2 daemone fehlt A. — 3 b, 2 publicas Babyloiiis A. — 4 a, 1 Est ubi occurrunt A. — 4 a, 3 onocentaurus A. — 4 a, 4 daemones A. — 4 a, 5 struthious A. — 4 b, 1 Absonus A. — 4 b, 3 eleyzant A. — Str. 5 a fehlt A. — 5 b, 3 — 6 a, 3 eine Lücke in A. — 5 b, 4 u. 5 unverständlich. — 5 b, 8 es B. — 6 b, 1 sq. medullitus quem fehlt A. — 6 b, 6 hac plange A. — 7 a, 2 quod faceret B. — 7 a, 4 amarius AB. — 7 a, 5 epulis tulit A, oculis tulit B. — 7 a, 7 quod A. — 7 b, 5 oculis B. — 7 b, 7 quod B; prius et A. primitus B. — 8 a, 1 miserans AB. — 8 a, 2 suscepit A. — 8 a, 6 dimissamque A. — 8 b, 4 salvatoris A. — 8 b, 5 verbum illius AB. — 8 b, 8 ascendit B. — 9 a, 1 architectum A. — 9 a, 3 statim tetragonum A. — 9 a, 4 aequilaterii A. — 9 a, 5 — 9 b, 4 eine Lücke in A. — 9 b, 5 lapidibus A. — 9 b, 6 propugnans A. — 10 a, 3 modismum, korrigiert in podismum B, potissimum A. — 10 a, 6—8 fehlt A. — 10 b, 4 divinum A. — 10 b, 6 his omnibus A. — 10 b, 7 quos pietatis A. — 10 b, 8 munit A. — 11 a, 4 nos et B. — 11 a, 5 et dilecto A. — 11 b, 2 arreptos fehlt A, arreptus B. — 11 b, 4 reddat nos fehlt A. — 11 b, 5 sq. ut — curando fehlt A. — 11 b, 7 curans B. — 12 a, 3 triumphans A. — 12 a, 5 regni fehlt A. — Nach 12 b, 5 folgt noch in A: ysus eonaston eonon. — Ein Vergleich dieser Sequenz mit der Kreuzsequenz „Grates honos“ (Kehrein, Nr. 59) läßt kaum einen Zweifel, dafs beide vom gleichen Verfasser sind; als Verfasser der Kreuzsequenz gilt aber Hermannus Contractus.

228. De s. Maria Magdalena.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Ex arcano pietatis
Revocatur a peccatis
Peccatricis anima, | 1 b. Cum ad pedes maiestatis
Munus offert caritatis,
Corde, manu, lacrima. |
| 2 a. Convivantum domo plena,
Christe Iesu, pasceris,
Cum in ipsa Magdalena
Cor contritum ingeris. | 2 b. Maesta venit, rubet gena
Pro reatu sceleris,
Et dolori laxat frena
Memor vitae veteris. |
| 3 a. Ardet intus, extra plangit,
Lavet et abluitur.
Crine tergit, ore tangit,
Ungit et inungitur. | 3 a. Aemulatur pharisaeus,
Aemulus vincitur,
Miseratur pius Deus,
Mulier absolvitur. |
| 4 a. Sic in schola salvatoris
Aggreditur vas honoris
Lota contumelia, | 4 b. Quam compellit vis amoris
Sui semper amatoris
Subsequi vestigia. |
| 5 a. Martha servit, fatigatur;
Sed Maria iucundatur
Secus pedes Domini. | 5 b. Lacrimosa iuxta crucem
Christum perdens perdit lu-
cem
Sociata virgini. |

- | | |
|--|---|
| 6 a. Primo mane fert unguentum,
Vadit flens ad monumentum,
Mentem gerit sauciam, | 6 b. Eius fletus hilaratur,
Prima venit et miratur
Resurgentis gloriam. |
|--|---|

7. Iteremus et cantemus
Magdalenae gloriam.

Miss. ms. Romano-Franciscanum anni 1451. Cod. Univ. Patavin. 2203. —
2 b, 4 vitae. — 3 a, 2 lavit. — 3 b, 3 Miserator pius Dominus. — 4 a, 1
stola. — 4 a, 2 Aggreditur sichtlich falsch; ob verlesen? — 4 a, 3 con-
tumeliae. — 4 b, 3 Sui sequi. — 5 b, 2 pendens perdit. — Abschrift von Rev.
H. M. Bannister.

229. De sancta Martha.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Dies adest gloriosa
Marthae virginis, | 1 b. Cuius festa pretiosa
Fulgent gaudiis. |
| 2 a. Stirpe regia
Haec virgo processit
Syro patre genita | 2 b. Et Eucharia,
Quibus post successit
Heres matre inclita. |
| 3 a. In qua revera
declaratur,
quod nobilis fructus | 3 b. Producatur a
generosa
stipitis plantula. |
| 4 a. Igitur, in quantum
vis excrevit corporalis,
tantum accensa caelesti
gratia profecit fervor
spiritalis; | 4 b. Ambulans in omni
sapientia de virtute
in virtutem, spiritu
tenerrimam sic subiecit
iuventutem. |
| 5 a. Hoc modo devota
conversans puellula
Deum caeli, quem
domo cordis gerebat,
tandem pascendum
hospitio recipiebat,
cui sic
officiose serviebat,
ut sororis
vacantis opem
imploraverit. | 5 b. Laborante quidem
illa verbis divinis
haec intenderat,
cuius faciem semper
concupierat;
sic ambae redemptori
placere
desiderant, quia caelestis
pater illas
sibi in sponsas
adoptaverat. |
| 6 a. Felix igitur
probatur tali praedita
quondam patrona
Bethania, | 6 b. Amore cuius
redonatur [fratri] vita
[a Christo] Lazaro
pristina. |

- | | |
|--|--|
| <p>7 a. Immo felicior
est Marsiliae
praedicanda
clara provincia.</p> | <p>7 b. Quae salutifero
virginis usa
consilio, cultum linqvens
idolorum illustrata est
fidei gratia.</p> |
| <p>8 a. Revocatis
sic permultis ab
erroribus</p> | <p>8 b. Insistebat
semper virtutis
operibus.</p> |
| <p>9 a. Praeter panem
nil edebat,</p> | <p>9 b. Absque lympa
nil bibeat.</p> |
| <p>10 a. Tandem aqua suffocatum
Ad vitam restituit,</p> | <p>10 b. Draconisque feritatem
Necando comminuit.</p> |
| <p>11 a. O Martha beatissima,
Angelis
et hominibus gratissima,</p> | <p>11 b. Tua larga gratia
Caelitus
nobis impetrata venia</p> |
| <p>12 a. Illi prece nos reconcilia,
cui quondam praeprasti
convivia,</p> | <p>12 b. Ut sic mereamur introire
[ad civium] caelestium
hospitia.</p> |

Miss. ms. S. Floriani saec. 14. Cod. Florian. III 221 A. A. — Miss. ms. S. Floriani saec. 14. Cod. Florian. XI 394. B. — Miss. ms. S. Floriani saec. 15. in. Cod. Florian. XI 389. C. — 3 a, 3 quod nobis fructus C. — 3 b, 3 stirpis C. — 4 b, 4 subicit ABC. — 5 a, 3 Dominum caeli A. — 5 a, 11 imploravit C. — 8 a, 1 Revocata C. — 10 a, 1 aquis A. — 11 b, 3 impetra B. — 12 a, 3 ut hospita devota convivia ABC. — 12 b, 2 caeli ABC.

230. De sancta Martha.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Adest Marthae sollemnium,
Surgat vox in praeconium;</p> | <p>1 b. Vox nostra laudes concrepet,
Nec a voce mens discrepet.</p> |
| <p>2 a. Haec redemptorem gentium
Suscepit in hospitium,</p> | <p>2 b. Pavit opus opificem,
Fovit ancilla iudicem.</p> |
| <p>3 a. Quae. dum pararet fercula
stans ait Christo querula:</p> | <p>3 b. „Dic, ut ad ministerium
Soror praestet auxilium.“</p> |
| <p>4 a. Christus utramque praedicat,
Sed [primam] partem indicat;</p> | <p>4 b. [Marthae vitam] esse bonam,
Mariae probatissimam.</p> |
| <p>5 a. Est bona vitae practica,
Sed melior theorica;</p> | <p>5 b. Prima defectus inficit,
Secunda nunquam deficit.</p> |
| <p>6 a. O Christi felix hospita,
Mercede gaudens inclita,</p> | <p>6 b. Te Deus hospes hodie
Regno locavit gloriae.</p> |

„Liber [ms.] dictus Iosephina, compilatus de scientifico magistro Iohanne de Gerson, sacrae theologiae professore“ saec. 15. Cod. Mazarin. 3895. add. saec. 15 ex. — Überschrift: „Prosa de s. Martha.“

231. De sancta Martha.

1. Eia, recolamus
carmina Deo digna.

- | | |
|--|--|
| 2 a. Chordas cordis temperemus,
sit pro chordis
cordium concordia ; | 2 b. Dulce melos demus, cuius
laus sanctorum
merces est gratissima. |
| 3 a. Hodie
memoria iucunda
veneremur Martham,
matrem sanctissimam, | 3 b. Quam factor
omnium, factus pauper,
caelo regnans, terris
elegit hospitam. |
| 4 a. Secus pedes
vacat Maria,
haec procurat sobria
convivia. | 4 b. Grata Deo
Marthae actio,
Mariae laudatur
contemplatio. |
| 5 a. Gaudet ille
foetens Lazarus
se vocatum
ab inferis. | 5 b. Caeci visu,
claudi donantur
gressu sanctae
Marthae meritis. |
| 6 a. O Martha, nimium beata,
vita cuius miranda ! | 6 b. O fide firma, spe robusta,
caritate inclita ! |
| 7 a. Mirabilis in illa
emicuit gratia,
uti apostolorum
fit apostola ; | 7 b. Nam mortuos suscitatur,
daemonibus imperat,
serpentes tollit, tactu
lepram mundavit. |
| 8 a. Beatum praedicat
patrem angelorum,
quem [hic] pane pavit. | 8 b. Postremum decurso
stadio fruitur
regno sidereo, |
| 9 a. Pro parvis donata
maximis,
pro terrenis praemia
captans caelestia. | 9 b.
.
.
. |
| 10 a. Christi cara, prece tua
nobis detur venia, | 10 b. Ut ad illam, quam speramus,
te praeduce patriam |

11. Pertingamus.

Miss. ms. Augustanum saec. 14. Cod. Mus. German. 22929. — 3 a, 3
veneramur. — 6 a, 2 admiranda. — 6 b, 1 O fehlt. — 7 a. 3 ut. — 7 b, 1
Nam fehlt. — 8 a, 3 que panem. — 8 b, 2 stadio praesentium. — 10 b, 2
te gaudere patriam. — Melodie: Eia turma; vgl. zu dieser Melodie Anal.
Hymn. X, Nr. 238.

232. De sancta Martha.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Marthae ingens sanctitas,
Moribus ditata,
Est vera securitas
Fidelibus data,
In caelis parata. | 1 b. Ipsius virginitas
Summe decorata,
Serviendi caritas
Deo fuit grata,
Quem est hospitata. |
| 2 a. Serpens ille pavidus
Victus est per eam,
Signo crucis trepidus
Dimittens cavernam,
Qua steterat abditus,
Morte trucidatus
Atque prosternatus; | 2 b. Vertens naves funditus,
Faciens procellam
Et absorbens fervidus,
Tollendo lucernam
Vitae navigantibus,
Ore propalatus
Et vorans elatus. |
| 3 a. Fronto in altari stans
Plebe congregata
Raptus est sanctificans
Voce Dei facta,
Ut videret obitum
Et esset adiutor
Christi et servitor; | 3 b. Scriptura testificans
Deifice facta,
Tumulum sanctificans
Ipsa exspirata
Evidens est speculum
Et vitae largitor,
Qui fuit sepultor. |
| 4 a. Virgo sancta, populo,
Per quem visitaris
Tarrasconis oppido,
Ubi tumularis,
Impetra et subito
Regnum, quo locaris, | 4 b. Ut refectus pabulo
Cibi salutaris
Cernat Deum oculo,
Cum quo gratularis
Celso in empyreo
Et glorificaris. |

Grad. ms. Nurembergense saec. 15. Cod. Civ. Nurembergen. III 15 b. —
2 a, 3 Nam signo. — 2 b, 2 procella. — 4 b, 2 Civis saturaris. — 4 b, 6 glori-
ficatus.

233. De sancto Martino.

- | | |
|--|---|
| 1. Laudet Christum
iam contio nostra, | |
| 2 a. Qui beatum Martinum
replevit sua gratia | 2 b. Et patronum nobis hunc
esse dedit per saecula. |
| 3 a. Cuius recolimus
venerantes sollemnia,
beata precantes
eius nobis adesse
iuvamina. | 3 b. Nam digne vertitur
in memoriam cunctorum
christicolarum, qui
posita hic patravit
miracula. |

- | | |
|--|--|
| <p>4 a. Nam caecis
visum, claudis gressus
reddidit officia</p> <p>5 a. Necnon mortua
resuscitavit corpora.
Nam catechuminum
prostratus in prece pia,
virtute fretus diva,</p> <p>6 a. Mox turba gentilium
in Christum credidit magna;</p> <p>7 a. Idcirco
paradisi positus
gaudet in aula,
Regi regum permanens
gratus per saecula,
possidetque ardua.</p> | <p>4 b. Et mancis
ac paralyticis
(re)paravit membra sana,</p> <p>5 b. Alium laqueo
captum morte satis dira,
Tertium viduae
natum reddidit in arva
spoliando tartara.</p> <p>6 b. Sed plura vir iisdem
zabulo intulit damna.</p> <p>7 b. Quapropter
eius colentes festa
hodie sacra
ab omni malo, Christe,
nos oratione (pia)
semper eius libera.</p> |
|--|--|

Miss. Matisconense imp. Lugduni 1532. — 1, 2 conscio. — 3b, 4 patra-
vit magna. — 6b, 1 isdem. — 7a, 5 saecula. — 7b, 2 sq. hodie festa sacra.

234. De sancto Martino.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Excitetur plebs devota
Et intendat mente tota
Martini praeconio;</p> <p>2 a. O praeclarum iubar lucis,
Quam in laudem summi ducis
Et honorem militis</p> <p>3 a. Gemma fulgens confessorum,
Sidus cleri, flos doctorum
Singulari luce morum
Illustrat ecclesiam.</p> <p>4 a. Hic a cunis curae mitis
Et virtutum insopitis
Indulgebat studiis;</p> <p>5 a. Vix a lacte sequestratur,
Cum errorem detestatur
Natalis Pannoniae;</p> | <p>1 b. Confessorem veneremur,
Quem si digne confitemur,
Laudis est confessio.</p> <p>2 b. Cleri cura sic expendit,
Quod devotam se ostendit
Viri tanti meritis!</p> <p>3 b. Audi mores et mirare,
Viri vitam imitare
Et sic potes immolare
Gratam laudis hostiam.</p> <p>4 b. Nondum tamen vas signatum,
Vas acetis defaecatum
Parentum contagiis.</p> <p>5 b. Fit paterni spreto cultus,
Dei cultor et occultus
Amator ecclesiae.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|---|
| <p>6 a. Ut praetexta togae cessit,
Vir effectus morem gessit
Militari cingulo;</p> | <p>6 b. Nunquam tamen est elatus,
Fit minister, qui praelatus,
Dominante famulo.</p> |
| <p>7 a. Nudum videt et medetur,
Sed eodem se fatetur
Christus tegi pallio.</p> | <p>7 b. Munus grande, munus gra-
tum,
Quod probatur commenda-
tum
Tanto testimonio.</p> |
| <p>8 a. Dum Romanus militabat,
Unum nuns attentabat;
Sed conversus pectus dabat
Solus virum milibus.</p> | <p>8 b. Ducem sprevit Iulianum,
Sprevit Martis ins profanum,
Se professus christianum
Immunem a caedibus.</p> |
| <p>9 a. Mundi pompam aspernatur,
Christo miles consecratur,
Praesul factus pastor datur
Plebi Turonensium.</p> | <p>9 b. Hoc pastore fraus expavit,
Livor cessit, lis cessavit,
Cnius favor soporavit
Condatense inrgium.</p> |
| <p>10 a. Ergo plausu singulari
Tam insignes, tam praeclari
Sonent actus terra, mari
In eius praeconia.</p> | <p>10 b. Pie pastor, pater bone,
Constitutis in agone
Spem virtutis et coronae
Tua dent suffragia.</p> |

11. Ut superna visione
Perfruamur, Alleluia.

Collect. ms. Gemblacense saec. 13. Cod. Bruxellen. 5527—34. — 2 b, 2 dedit. — 10 b, 2 Constitutus. — Cfr. Catal. Codd. Hagiograph. Bruxellen. I, 547 sq.

235. De sancto Martino.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Pater noster, pastor bonus,
Forma gregis et patronus,
Snae sortis sprevit onus
Adhuc catechuminus;</p> | <p>1 b. Christus nudus operitur;
O quam laete vox auditur:
Haec est vestis, qua vestitur
Angelorum dominus.</p> |
| <p>2 a. Adulescens sanctitatis
Arrianis confutatis
Fidem scribit trinitatis
Schola sub Hilarii.</p> | <p>2 b. Multos sanat et insanum,
In os cuius mittit manum,
Et eiecit sic profanum
Per os aurificii.</p> |
| <p>3 a. Lepram curat fugientem,
Osculatur accedentem,
Globum ignis fert ardentem
.</p> | <p>3 b.
Avis rapax advolavit,
Diem mortis prophetavit
Spiritu consilii.</p> |

- | | |
|--|---|
| <p>4 a. Esto noster speculator,
Caeli vigil contemplator,
Trinae mortis suscitator,
Tria cura scelera.</p> | <p>4 b. Nos invadunt iam rapinae,
Lupi regnant in hoc fine,
Pater noster, o Martine,
Nos a malo libera.</p> |
|--|---|

Antiph. et Grad. ms. Nivernense saec. 12. Cod. Parisin. Nouv. acq. 1235.
add. saec. 14. — 1 b, 2 laeti. — 2 b, 4 orificii. — 4 b, 1 Hos.

236. De sancto Martino.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Nostri patris et pastoris
Ad honorem sonet oris
Et cordis melodia,</p> | <p>1 b. Qui carnalis expers molis
Vultum videt veri solis,
Sol alter in patria.</p> |
| <p>2 a. Pater pie, filiorum
Miserere depressorum
Adhuc carnis sarcina.</p> | <p>2 b. Nam invasit lupus gregem;
Gregis pastor, lupi legem
A nobis elimina.</p> |
| <p>3 a. Sacro fonte nondum lotus
Caritate fervens totus,
Quod probas in pallio,</p> | <p>3 b. Gregem sacro fonte lotum
Fac ferventem, fac devotum
In tuo servitio.</p> |
| <p>4 a. Trinae cultor trinitatis,
Lepram sanans, sanitatis
Munus gregi tribue,</p> | <p>4 b. Ne grex lepra sit pollutus
Peccatorum vel imbutus,
Lepram mentis dilue.</p> |
| <p>5 a. Suscitor mortuorum,
Nos de morte vitiorum
Vitae reconcilia,</p> | <p>5 b. Ut te duce sic regamur,
Quod post mortem perfruamur
Immortali gloria.</p> |

Miss. ms. S. Martini Turonensis saec. 15. Cod. Turonen. 195. A. —
Miss. S. Martini Maioris Monasterii imp. Turonibus 1508. B. — Miss. S.
Martini Turonensis imp. Parisiis 1529. C. — 1 a, 3 In cordis AC. — 3 a, 3
Quae AC. — 3 b, 2 ferventem et devotum B. — 4 a, 2 sana AC.

237. De sancto Martino.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Pauper mundo, dives caelo
Migravit a saeculo,</p> | <p>1 b. Cuius virtus lepram solo
Sanavit in osculo.</p> |
| <p>2 a. Cuius vitam decoravit
Morborum curatio;</p> | <p>2 b. Cuius Deus subiugavit
Daemones imperio.</p> |
| <p>3 a. Cuius Christus declaravit
Se vestitum pallio;</p> | <p>3 b. Cuius tres resuscitavit
Mortuos oratio.</p> |

- | | |
|---|---|
| 4 a. Cuius vita ceterorum
Lux est et instructio; | 4 b. Cuius funus angelorum
Sancto ministerio |
|---|---|

5. Hymnis honoratur.

Miss. ms. Turonense saec. 15. Cod. Turonen. 191. — Str. 5 habe ich ergänzt aus dem 8. Responsorium des heutigen Martinus-Officiums im Brev. Romanum. Offenbar ist nämlich vorstehende Sequenz ursprünglich eine Verbeta gewesen, mit der Melodie: *Sospitati*.

238. De sancto Martino.

1. Gratuletur urbs devota
Turonorum mente tota,
Concordi laetitia.

- | | |
|---|---|
| 2 a. Plebs resultet electorum,
Sonet et laus clericorum
In Martini gloria. | 2 b. Omnis mundus iam laetetur
Et sincere veneretur
Ipsius sollempnia. |
| 3 a. Et nos omnes iubilemus
Et iucunde celebremus
Eius natalitia, | 3 b. Qui, cum nudi miseretur,
Christum tegit et meretur
Audire divinitus : |
| 4 a. „Me Martinus hac contexit
Veste data“; quam inspexit
Post ostensam caelitus. | 4 b. Hic dum staret ad altare,
Non cessabat exorare
Pro commissis ovibus. |
| 5 a. Quem perfudit lux caelestis,
Cuius globus ignis testis
Exstat circumstantibus. | 5 b. Febres fugat ope precum,
Aegros sanat, qui nos secum
Ducat praesul inclitus. |
| 6 a. Ergo talem honoremus
Et instanter exoremus
Praesulem egregium, | 6 b. Ut per ipsum valeamus
Adipisci, quod optamus,
Paradisi gaudium. |

Miss. Cenomanense imp. Parisiis 1494. A. — Miss. Cenomanense imp. Parisiis 1559. B. — Miss. Redonense imp. Parisiis 1492. C. — Miss. Redonense imp. Parisiis 1523. D. — Miss. Redonense imp. Parisiis 1533. E. — 3 b, 2 miretur ACDE. — 5 b, 3 Ducet B.

239. De sancto Martino.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Archi-summi-praesulis
In Martini titulis
Gaudet orbis orbita, | 1 b. Cuius canunt hodie
Per mundum ecclesiae
Tam praeclara merita. |
|--|--|

- | | |
|---|--|
| 2 a. Natus in Pannonia,
Altus in Italia,
Patronus in Gallia, | 2 b. Sanctus ab infantia,
Mundus in militia
Miles contra vitia, |
| 3 a. Partem sui pallii
Caesi ferro gladii
Nudo dedit obvio; | 3 b. Qua tectus apparuit
Christus dicens: Induit
Me Martinus pallio. |
| 4 a. In latrones incidit,
Per hunc latro credidit,
Illico chisticola | 4 b. Rediit in patriam,
Matri confert gratiam;
Pater colit idola. |
| 5 a. In tribus ecclesiis
Diversis litigiis
Martinus eligitur, | 5 b. Tandem Dei gratia
Praesul in Turonia
Repugnans efficitur. |
| 6 a. O quam felix civitas,
Cuius haec sollemnitatis!
O quam felix patria, | 6 b. Cuius patrocinio
Pollet et auxilio,
Meritis et gratia! |
| 7 a. Hos curat a febribus,
Illos a daemonibus,
Currunt paralytici; | 7 b. Salus datur omnibus,
Qui sunt tacti manibus
Spiritualis medici. |
| 8 a. Fuis Deo precibus
Cum lacrimis dulcibus
Mortuos tres suscitavit. | 8 b. Hic in carne positus,
Eius semper spiritus
In supernis habitat. |
| 9 a. Veste data pauperi
Empto panno veteri
Se Martinus induit; | 9 b. Dum sacrat mysteria,
Christus nuda brachia
Caelitus operuit. |
| 10 a. Omnes fugat haereses,
Visitans dioeceses
Dat pacem ecclesiis. | 10 b. Mox accensus febribus,
Iacens in cineribus,
Indutus cilicii |
| 11 a. Oculis ac manibus
Atque totis viribus
In caelum erigitur. | 11 b. Satan torpet odio,
Nam Abrahae gremio
Martinus excipitur. |
| 12 a. Te, Martine, petimus,
Quod, si petis, ibimus
Ad caeli palatia. | 12 b. Ergo tuis precibus
Detur nobis omnibus
Peccatorum venia. |

240. In Translatione s. Martini.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Haec festi duplicatio
Duplici digna gaudium
Duplicem reddat iubilum,</p> | <p>1 b. Ut cordium devotio
Et vocum concrepatio
Duplicem tergat nubilum.</p> |
| <p>2 a. Martini ordinatio
Dat generale gaudium,
Sed corporis translatio
Turonicis solacium;</p> | <p>2 b. Verum, si sit devotio
Humilis postulantium,
Cunctis adest suffragio
Virtutis participium.</p> |
| <p>3 a. Quod ei pontificium
Deus dederit, omnium
Concors probat electio</p> | <p>3 b. Et insani defensoris
Subita voce lectoris
Irrisa contradictio.</p> |
| <p>4 a. Quod a sancto perpetuo
Nutu Dei translatio
Facta fuerit hac die,</p> | <p>4 b. Virtus caelica testatur,
Quae attonitos hortatur
Sub abbatis effigie.</p> |
| <p>5 a. Huius igitur tam miri
Attollentes laudes viri
Ipsam devote precemur,</p> | <p>5 b. Ut moribus ordinati
Et a vitiis translati
Cum Domino gloriemur.</p> |

Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. (1502?). A. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. B.

241. De sancto Materno.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Laudet Deum salvatorem,
Triumphantem et tutorem,
Militans ecclesia.</p> | <p>1 b. Nobis dedit fundamentum,
Quo non maius est inventum
Ducens ad caelestia,</p> |
| <p>2 a. Praestans quoque per Ma-
ternum
Iter verum et supernum
Aeva ad solacia.</p> | <p>2 b. Is a Petro missus praesul,
Cui comes binus consul,
Nobis ex Italia.</p> |
| <p>3 a. Maternus ac Valerius,
Hi duo et Eucharius
Erant in Alsacia</p> | <p>3 b. Verbum Dei seminantes,
Sed Maternum aggravantes
Febres et elogia.</p> |
| <p>4 a. Quadraginta tunc diebus
Ex humanis fuit rebus
Mira Dei gratia,</p> | <p>4 b. Sed a morte revocatus,
Populusque confirmatus
Iesu ex clementia.</p> |
| <p>5 a. Qui a Deo sic renatus
Trini gregis fit praelatus
Resecans zizania;</p> | <p>5 b. Hic tot annis praesidebat.
Quot diebus dormiebat
Iacens in elogia.</p> |

- | | |
|---|--|
| 6 a. Qui, cum multos illustrasset
Et errores extirpasset
Parum a Colonia. | 6 b. Nocte quadam fastigatus
Et a plebe segregatus
Mansit in ecclesia. |
| 7 a. Quemque duo adiere
Et coronam portavere
Caelique ex curia: | 7 b. Tres post dies Christum
cernes,
Dicunt, velut sancti omnes
Omni absque furia. |
| 8 a. Pater sanctus, cum vidisset
Haecque fratribus dixisset,
Degens in Almania | 8 b. Voce Dei est vocatus,
Caelum petens coronatus,
Manens in Colonia. |
| 9 a. Quod Treveri agnovere.
Ut Tongrenses perrexere
Magna cum maestitia, | 9 b. A Colonis petierunt,
Quo pastore voluerunt
Frui cum laetitia. |
| 10 a. Certant illi, certant isti,
Quos, Materne, direxisti
Hac scientes velle Christi
Disponentis omnia. | 10 b. Senex tandem apparebat,
Quem nec prius quis videbat,
Iussu Dei is dicebat
Verba haec egregia: |
| 11 a. Navi corpus illud date
Nec vectorem adunate,
Nam clarebit sic probate
Dei praesentia. | 11 b. Fluxu navis hunc sumpsere
Roris prope litus vere
Treverenses, qui sincere
Rore privat corpora. |
| 12 a. [Bone pastor], o Materne,
Caeli civis aeviterne,
Natos vallis hodiernae
Vera urbis sempiternae
Transfer ad solacia. | 12 b. Et fac servos summi ducis,
Quos redemit morte crucis,
Post hanc vitam verae lucis
Rebus frui non caducis
In aeterna saecula. |

Miss. ms. S. Elisabethae Wratislaviensis. saec. 15. Cod. Mus. Silesiaci. Fol. I 83 c. — 3 a, 3 Elsatia. — 7 b, 2 Ducunt. — 10 a, 3 Hac (= hac via, ratione). — 11 b, 2. Zu dem Namen Roris vgl. Acta SS. Sept. IV, 392 (N. 197 ff.). — Melodie: Laudes crucis.

242. De sancto Materno.

- | | |
|--|--|
| 1 a. Veni, sancte spiritus,
Per quem mundum inclitus
Maternus edomuit; | 1 b. Qui doctus divinitus
Trevirensis primitus
Fide gentem imbuit. |
| 2 a. Vice Petri fungitur
Et a Petro mittitur
Ad partes Germaniae; | 2 b. Ibi se gentilium
Dei per auxilium
Obicit fallaciae. |
| 3 a. Huic sanctus Valerius
Simul et Eucharius
Eliguntur socii. | 3 b. Vitae viam indicant,
Christi nomen praedicant
Sordes vitant otii. |

- | | |
|--|--|
| <p>4 a. Maternus miraculis
Et virtutum titulis
Clarens morbos depulit;</p> | <p>4 b. Daemonibus imperat,
Claudis gressum reparat,
Caecis visum attulit.</p> |
| <p>5 a. O vir ineffabilis,
Praesulum flos nobilis
Et decus ecclesiae,</p> | <p>5 b. Te rogamus cernui,
Fac nos tecum perfrui
Vultu regis gloriae.</p> |

Miss. Coloniense imp. Parisiis 1504 A. — Miss Coloniense imp. Parisiis 1514. B. — Miss. Coloniense imp. Parisiis 1520. C. — Miss. Coloniense imp. Parisiis 1525. D. — 3a, 1 Hinc BC. — 4a, 3 Clarens fehlt. D. — Melodie offenbar: Veni sancte spiritus.

243. De sancto Mauritio.

- | | |
|--|---|
| <p>1 a. Pretiosa mors sanctorum
In conspectu Domini</p> | <p>1 b. Martyrum est Thebaeorum
Et laus suo nomini;</p> |
| <p>2 a. Qui tot simul coronavit
Corona martyrii</p> | <p>2 b. Et ad caelos sublimavit
De terra exsilii.</p> |
| <p>3 a. Hi Thebaei, servi Dei,
Nullius criminis rei
Moriuntur,
Nunc sequuntur
Agnum sine macula;</p> | <p>3 b. Qui viventes inter gentes,
Quae Caesaris sunt, reddentes
Et, quae Dei,
Reddunt ei,
Regnabunt in saecula.</p> |
| <p>4 a. Quorum vita gloriosa,
Quorum mors est speciosa,
Quorum passio beata,
Quibus morte vita data;</p> | <p>4 b. Quorum virtus admiranda,
Quorum fides adoranda,
Quorum vota consecrata
In caelis sunt collocata.</p> |
| <p>5 a. Qui. dum Caesaris proelia
Sequerentur in Gallia,
Iussi sunt sacrificia
Offerre et daemonia
Adorare crudelia.</p> | <p>5 b. O mira patientia
In eis et potentia!
Spectantes ad caelestia
Despiciunt terrestria,
Spernunt praecepta regia.</p> |
| <p>6 a. Et respondens Mauritius,
Qui erat primicerius,
Dixit regis militibus:</p> | <p>6 b. Sciat Caesar egregius
Nos esse servos illius,
Qui virginis est filius.</p> |
| <p>7 a. Tunc Caesaris insania
Saeva dictat imperia
Atque mori sanctos iussa
[Dat] post Christi vestigia.</p> | <p>7 b. Quos tota caeli curia
Acceptit cum laetitia
Et duxerunt ad superna
Caelorum [hos] palatia.</p> |

8. Hi pro nobis intercedant,
Et Christo sit gloria,
Qui regnat in saecula.

Miss. Xantonense imp. Parisiis 1491. A. — Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?]. B. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. C. — 3b, 5 Regnabant A. — 7a, 3 iubet ABC. — 7b, 3 Et ad superna duxerunt A.

244. In Translatione ss. Maurorum.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Militans ecclesia
Concipit in gratia
Prolem, quam per nimia | 1 b. Tormentorum genera
Veluti puerpera
Parit in tristitia. |
| 2 a. Post partum non meminit
Pressurae, quae desinit,
Et dolor maestitiae | 2 b. Mutatur in gaudium,
Quod in coetu civium
Patet Mauritaniae. |
| 3 a. Christiani, quoniam
Spernant idolatriam,
Cadunt ictu gladii, | 3 b. Serentes in lacrimis
Et pressuris plurimis
Metunt fructum gaudii. |
| 4 a. Laetare, Colonia
Sancta, cuius moenia
Sacrarunt martyrio | 4 b. Pro fide catholica,
Dum Maximianica
Saevit persecutio. |
| 5 a. Quorum intercessio
Nos purget a vitio;
Sacro claudens exitu | 5 b. Maurorum memoria
Patri, proli, gloria
Sit cum sancto spiritu. |

Grad. ms. S. Gereonis Coloniensis anni 1424. Cod. Mus. Archiep. Coloniensis. VI 5. A. — Miss. ms. S. Cuniberti Coloniensis saec. 15. Cod. Darmstadien. 837. B. — Miss. ms. Belisianum saec. 15. Cod. Bruxellen. 9786-90. C. — 1b, 2 purpurea C. — 4a, 3 Satiarunt C. — 4b, 2 Maximianica B. — Melodie: Veni sancte spiritus.

245. De sancta Maxentia.

- | | |
|---|--|
| 1. Psalle, pia contio, ¹
Sanctae mentis studio
Virginis sollemnia. | |
| 2 a. Victrix patientia,
Florens pudicitia
Hanc ornavit gloria; | 2 b. Pura conscientia,
Criminum victoria
Praefulget Maxentia. |
| 3 a. Pollens ergo meritis
Virginis et martyris
Miscet rosis lilia. | 3 b. Christus palmae virginis
Fusi simul sanguinis
Duplicavit praemia. |

- | | |
|--|---|
| 4 a. Haec est gemma virginum,
Cui sequi Dominum
Post sua vestigia
Dedit eius gratia. | 4 b. Haec vas auri solidum,
Lumen caeli limpidum,
Stella solis praevia,
Vincens mundi gaudia. |
| 5 a. Quae, dum credit
Et oboedit,
Nulli cedit
Nec mors laedit,
Quod spes monstrat praescia; | 5 b. Christum amans,
Christum clamans
Mortem spernit,
Hostem sternit,
Calcat quaeque noxia. |
| 6 a. O benigna, Deo digna,
Nomen Christi coluisti
Virtutum per merita, | 6 b. Verbo legis informata,
Serto regis adornata,
Cuius fide praedita. |
| 7 a. Carnem vexat infidelis,
Cor exsultat sed in caelis,
Laetitiae dispendia
Nulla facit memoria. | 7 b. Ibi plene defaecaris
Iam secuta de spe carnis,
Quae finita miseria
Tecum erit in gloria. |
| 8 a. O fidelis advocata,
Iam in caelis coronata,
Tuum regem
Et hunc gregem
Ad pacem concilia, | 8 b. Ut rex regum, summum bonum,
Cuius caritas [est] thorum,
Ut te secum,
Sic nos tecum
Ducat ad caelestia. |

9. Amen dicant omnia.

Miss. ms. S. Cornelii Compendienseis saec. 14. Cod. Parisin. 16823. —
6 b, 3 perdita. — 7 b, 2 secuta. — Melodie: Mane prima sabbati.

246. De s. Maximo Regiensi.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Plaude, felix et inclita
Virgo, mater ecclesia, | 1 b. Christo sponso dulcisona
Laudum depromens carmina, |
| 2 a. Qui martyrum purpurea
Te coronat victoria | 2 b. Et illustrat perspicua
Confessorum per lumina. |
| 3 a. Inter quos fulsit caelica
Praesul Maximus gratia, | 3 b. Festa cuius insignia
Solaris reddit orbita. |
| 4 a. Hic ortus ut lux aurea
Mundi contempsit florida, | 4 b. Apprime philosophica
Hausit fluenta trifida. |
| 5 a. Post mundi linquens omnia
Iuga subit monastica; | 5 b. Ob vitae sibi merita
Praesulis datur infula. |
| 6 a. O summi regis gratia.
O sancti viri gloria! | 6 b. Redduntur caecis lumina
Aegrotis et remedia. |

- | | |
|---|--|
| 7 a. Ad eius precem mortua
Vitam resumunt corpora ; | 7 b. Nam sua libens munia
Acceptat Christi gratia. |
| 8 a. Stat miles ad certamina,
Zabuli frangit spicula, | 8 b. In cuius mente placida
Virtutum fragrant balsama. |
| 9 a. Signo crucis navicula
Disparuit phantastica. | 9 b. Sed quis eius magnifica
Cuncta dicat miracula ? |
| 10 a. Ad tanti patris studia
Pullulat plebs monastica, | 10 b. Et sub Christi militia
Castra florent insignia |
| 11 a. Ut Iacob tabernacula
Et Israel tentoria, | 11 b. Ut cedrorum plantaria
Fluenta prope limpida |
| 12 a. Post signorum magnalia
Et virtutum insignia | 12 b. Carnis deponens onera
Sanctus conscendit aethera, |
| 13 a. Ubi gaudet mirifica
Creatoris praesentia | 13 b. In angelorum curia
Per festa immortalia. |
| 14 a. Audi, pater, humillima
Filiorum praeconia ; | 14 b. Tua dulcis custodia
Nobis assit per omnia. |
| 15 a. Fac, ut praesens familia
Inter sanctorum milia, | 15 b. Qua frueris, perpetua
Tripdiet in gloria |

16. Et caelesti symphonia
Deum laudet per saecula.

Miss. Morinense imp. Rothomagi 1516. A. — Miss. Morinense imp. Parisiis 1518. B. — Miss. Morinense imp. Rothomagi 1523 C. — 1 b, 2 depromis AB. — 5a, 3 Iura A. — 8b, 2 flagrant A. — Str. 10a sqq. wurden als eigene Sequenz benutzt während der Festoktav des Heiligen.

247. De s. Maximo Regiensi.

In Octava.

- | | |
|---|--|
| 1 a. Congredientes exultemus
Et beatum collaudemus
Omnes una Maximum ; | 1 b. Hinc psallentes confessori
Ab utraque parte chori
Concordemus plurimum. |
| 2 a. Quia noster est patronus,
Concors fiat oris sonus
Et mentis devotio ; | 2 b. Nihil habens in se triste
Expendatur dies iste
In eius praeconio. |
| 3 a. Ab aetate inventntis
Vas effectus est virtntis,
Vas caelestis gratiae, | 3 b. Sacris vernans institutis,
Verbum vitae et salutis
Propinans ecclesiae. |

- | | |
|--|---|
| 4 a. In draconem transformatus,
Vomens daemon ignis flatus
Exterrere voluit; | 4 b. Signo crucis sed protectus
Sanctus signat suum pectus,
Et draco disparuit. |
| 5 a. Fictae navis notat fraudem,
Daemon ei dum dat laudem
In humana specie. | 5 b. Infinitos tot conflictus
Christi miles fert invictus,
Superat egregie. |
| 6 a. Eius nota sanctitate
In Regensi civitate
Pontifex eligitur: | 6 b. Reformidat pastor bonus
Tantae dignitatis onus,
Sed invitus trahitur. |
| 7 a. Morbos sanat et languores
Et informat bonos mores
Coruscans miraculis. | 7 b. Prece curat sauciatos,
Suscitat tres morti datos,
Visum reddit oculis. |
| 8 a. Flatu suo canis perit,
Sanat, quem bos cornu ferit,
Tactu manus propriae. | 8 b. Propter famam tot signorum
Fit concursus infirmorum
Totius provinciae. |
| 9 a. Cum sic eius fama crescat,
Vana laude re tumescat
Exsulat a patria. | 9 b. Terram petit Morinorum,
Ibi migrat, angelorum
Transit ad consortia. |
| 10 a. In excelso laus auditur,
Aer vernis insignitur
Respersus odoribus. | 10 b. Mox a clero convenitur,
Sanctus praesul sepelitur
Cum dignis honoribus. |
| 11 a. Quidam pater flens precatur,
Sancti corpus ut tangatur
A defuncta filia; | 11 b. Tangit, statim suscitatur,
Patris planctus terminatur
Absorptus laetitia. |
| 12 a. O tot praesul meritorum,
Hunc psallentem tibi choram
Christo reconcilia; | 12 b. Mores nostros sic compone,
Ut in actu vel sermone
Non subrepant vitia. |

Miss. Morinense imp. Rothomagi 1516. A. — Miss. Morinense imp. Parisiis 1518. B. — Miss. Morinense imp. Rothomagi 1523. C. — 4b, 2 signa A. — 5b, 2 miles eris invictus A.

248. In Inventione s. Maximi Regiensis.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Plebs, ad laudes prompta plaude,
Digne lauda dignum laude
Inter magnos Maximum, | 1 b. Per quem patrem et patronum
Possidere possis thronum
Vitae lucidissimum. |
| 2 a. Te virtutum lux accendat,
Ut commendes, quem commendat
Commendanda novitas | 2 b. Anni novi, sed annorum
Novitatem mira morum
Castigat maturitas. |

- | | |
|---|---|
| <p>3 a. In Regensi rector urbe
Carus clero, carus turbæ,
Clarus signis habitat.</p> <p>4 a. Perit carnis exsufflatus,
Visus viget caecis datus,
Convalescit saucius;</p> <p>5 a. Ergo, tantæ bonitatis
Pastor, pande veritatis
Gregi tua viscera,</p> | <p>3 b. Cornu bovis iugulatum,
Morsu carnis suffocatum
Aliosque suscitât.</p> <p>4 b. Sanitatem sic adeptus
Gaudet aeger, sed deceptus
Latro furit impius.</p> <p>5 b. Interventu sanctitatis
Nos purgatos a peccatis
Et a poenis libera.</p> |
|---|---|

Miss. Morinense imp. Rothomagi 1516. A. — Miss. Morinense imp. Parisiis 1518. B. — Miss. Morinense imp. Rothomagi 1523. C.

249. In Ostensione s. Maximi Regiensis.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Gloriosi praesulis
Sit festiva singulis
Dies sancti Maximi,</p> <p>2 a. Quo in altum posito
Stella magna subito
Super ipsum claruit,</p> <p>3 b. Stella Christum parvulum,
Stella Christi famulum
Declaravit populo;</p> <p>4 a. Ostendit stella tribus
Orientis regibus
Ortum regis gloriae;</p> <p>5 a. Tres viri magninomi,
Praesules Noviomii,
Ambiani, Morini,</p> <p>6 a. O vir magni meriti,
Cuius actus incliti
Declarantur sidere,</p> | <p>1 b. In qua cum praeconio
Facta est ostensio
Viri praeclarissimi.</p> <p>2 b. Quae cum solis radio
Cunctis die medio
Rutilans apparuit.</p> <p>3 b. Illa mundi Dominum,
Haec doctorem hominum
Cum magno miraculo.</p> <p>4 b. Sic tribus praesulibus
Sanctum elevantibus
Stella fulsit gratiae.</p> <p>5 b. Dum portant reliquias,
Visa stella gratias
Plebs dat summo numini.</p> <p>6 b. Apud Deum obtine
Nos in Christo lumine
Semper tecum vivere.</p> |
|---|---|

Miss. Morinense imp. Rothomagi 1516. A. — Miss. Morinense imp. Parisiis 1518. B. — Miss. Morinense imp. Rothomagi 1523. C. — 5 a, 3 Ambianis AB.

250. De sancto Medardo.

- | | |
|--|---|
| 1 a. Praesulis eximii
Matris Sion filii
Celebrent sollemnia, | 1 b. Qui cum palma gloriae
Summi regis hodie
Transit ad palatia. |
| 2 a. Hic sacerdos inclitus,
Iesu Christi praeditus
Speciali gratia, | 2 b. Sanctitate claruit,
Nulla boni caruit
Pastoris industria. |
| 3 a. Sensu puer senuit,
Viam vitae tenuit
Perstans in iustitia, | 3 b. Pius, prudens, humilis,
Quietus et stabilis
Legis in custodia. |
| 4 a. Summi gradus culmine
Sublimatus lumine
Dei replet atria, | 4 b. Panem frangit parvulis
Verbi Dei, populis
Adponit cibaria. |
| 5 a. Non pigrescit otio
Nec claudit sudario
Talentorum xenia. | 5 b. Huius quippe tempore
Sacro crescit foenore
Domini pecunia. |
| 6 a. Refrenatur sedulo
Castitatis cingulo
Lumborum lascivia. | 6 b. Arcetur a stabulo
Lupus eius baculo
Furumque perfidia. |
| 7 a. Alumnos ecclesiae
Caelestis militiae
Informat ad praelia. | 7 b. Hostes tuba ductili
Deterrendo vigili
Propulsat excubia. |
| 8 a. O ducem praecipuum,
O pastorem strenuum
Caeli dignum gloria. | 8 b. O quam iuste praefuit,
Cuius tantum profuit
Sagax providentia. |
| 9 a. Huius aucta studio,
Munita praesidio
Resultet ecclesia; | 9 b. Huius natalitio
Votiva cum gaudio
Solvendo praeconia. |
| 10 a. Cuius hora funebris
Radiat in tenebris,
Dum supercaelestia | 10 b. Luce fusa caelitus
Locum sancti transitus
Ornant luminaria. |
| 11 a. O Medarde, praesulum
Decus atque speculum,
Christo nos concilia, | 11 b. Ut post viae stadium
Vitae nobis bravium
Concedat in patria. |

Miss. Tornacense imp. Parisiis 1498. A. — Miss. Tornacense imp. Parisiis 1509. B. — Miss. Tornacense imp. Antverpiae 1527. C. — Miss. Tornacense imp. Parisiis 1540. D. — 1 b, 1 palme D. — 3 a, 3 Praestans BCD. — 3 b, 3 in fehlt B. — 6 a, 1 Refrenatur B. — 9 a, 3 Resultat D. — 10 b, 3 Ornat. ABCD.

251. De ss. Monulpho et Gondulpho.

1. Sanctorum antistitum
Recolamus meritum
In hymnis et laudibus.

- | | |
|---|--|
| 2 a. Viri Deo dediti
Refulserunt, editi
De mundi prioribus. | 2 b. Per vitam laudabilem
Ortum suum nobilem
Ornaverunt moribus. |
| 3 a. Venerandi praesules,
Aulae Dei consules
Et praecones iudicis, | 3 b. Verbi dantes pabulum
Informabant populum
Exemplis magnificis. |
| 4 a. Studebant inserere
Fidem et evellere
Spiritali vomere
Cultum idolatriae. | 4 b. Plebs edocta caelitus
Dono sancti spiritus
Hosti claudit aditus
Suae quondam patriae. |
| 5 a. Operibus ostendebant,
Quia vere diligebant
Iesum super omnia; | 5 b. Miris signis effulgebant,
Caelestibus inhaerebant
Mente bene conscia. |
| 6 a. Ab hac luce separantur
Et a Christo coronantur
Operum per merita. | 6 b. Corpora sunt haec beata
Servatio sociata,
Sed honore subdita. |
| 7 a. Servatius, vir propheta,
Noster fortis est athleta,
Qui dando beneficia
Mundum replet laetitia; | 7 b. Isti duae sunt olivae,
Candelabra lucis divae,
Velut rosae vel lilia
Redolent in ecclesia. |
| 8 a. O Monulphe, cum Gondulpho
Iam potitus es triumpho,
Apud Christum gregem istum
Clementer concilia, | 8 b. Ut fons summae pietatis
Nos mundatos a peccatis
Ad supernae claritatis
Perducat concilia. |

9. Amen dicant omnia.

Miss. ms. Mosaetraiectinum saec. 15. Cod. Haagen. J. 10. — 7 b, 2 Candelabra lucentia. — Melodie: Mane prima sabbati.

252. De s. Nicasio et sociis.

1. Ecce, pulchra

- | | |
|---|--|
| 2 a. Canorum resultet
voce Alleluia, | 2 b. Intimans requiem
sanctorum inclitam. |
|---|--|

- | | |
|---|---|
| <p>3 a. Felix stat nimium
angelorum rutilans
caterva.</p> | <p>3 b. „Sancte, sancte, sancte
Decus“ laude proclamat
aeterna.</p> |
| <p>4 a. Sedibus ter quaternis
apostolorum sedet
contio fulgida,
tribus et linguas iudicatura.</p> | <p>4 b. Martyrum inde sacra
legio coronata
caelesti praeminet
clarissimum decus in curia.</p> |
| <p>5 a. Hi sunt milites,
qui mundi
superarunt regna</p> | <p>5 b. Atque mitia
fecerunt
immitium corda.</p> |
| <p>6 a. Honorum sarta
dantur sanctis digna,
Qui vel prudentes
perpetrarunt iusta,
vel fide constantes
spreverunt tormenta;
Ergo habent
caelestia regna,</p> | <p>6 b. Ubi perenni
triumphant gloria
Atque dulcia
depromunt cantica
arte laudiflua,
voce dulciffua,
Regi Christo
submitentes colla.</p> |
| <p>7 a. Multum recitaris
laude caelestium
atque frequentaris
in choro virginum,
Alleluia,
dulcimore
te decantant
martyrum agmina.</p> | <p>7 b. Laus tibi sit semper,
Christe, per omnia,
qui caelesti sanctos
canentes cithara
foves luce
tui mira;
unde tibi
proclamemus una:</p> |
| <p>8 a. Da nobis aeterna
caeli gaudia,</p> | <p>8 b. Ubi cantemus omnes
Alleluia.</p> |

Miss. ms. Beccense saec. 13. Cod. Parisin. 1105. — 6b, 1 Tibi. — Die Sequenz ist eine Bearbeitung der Prosa gleichen Anfanges in Anal. Hymn. VII, Nr. 116. — Vgl. die Bemerkung zur Sequenz *Lyra pulchra* (Anal. XL, Nr. 52).

253. De sancto Nicolao.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Nicolaum harmoniae
Trinae laudent icrarchiae
Praesens et ecclesia;</p> | <p>1 b. Nam hunc laudant vita pura,
Florens virtus, mens secura,
Nobilis prosapia.</p> |
|--|--|

- | | |
|--|---|
| <p>2 a. Frima die stans erectus
Culmen signat et profectus
Non cadentis gratiae.</p> | <p>2 b. Infans hic, cum ieiunavit
Raro sugens, inchoavit
Bonum abstinentiae.</p> |
| <p>3 a. Florem servat iuventutis
Illibatam et virtutis
Sic transcendit verticem.</p> | <p>3 b. Vox de caelis hunc commen-
dat
Vere dignum, ut ascendat
Praesulatus apicem.</p> |
| <p>4 a. Formam praebens sanctitatis
Et affectum pietatis
Cunctis est amabilis.</p> | <p>4 b. In hoc sanctus hic transcendit,
Nullus mira tot ostendit
In signis mirabilis.</p> |
| <p>5 a. Vivens vitam dat defunctis,
Liquor tumbae salus cunctis,
Multis hic dat gratiam.</p> | <p>5 b. Ergo nostri miserere,
Qui te laudant, hos tuere
Et perduc ad gloriam.</p> |

Grad. ms. Dominicanum saec 14. Cod. Mus. Germanici 2440.

254. De sancto Nicolao.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. Eia, qualis est et quantus
Apud Deum iste sanctus,
Qui in terra positus</p> | <p>1 b. Tot virtute meritorum
Fulsit et miraculorum
Dignitate praeditus!</p> |
| <p>2 a. Nam in cunis ad praemia
Suspirabat caelestia
Ieiunando parcius;</p> | <p>2 b. Hinc adulescens studio
Propulso semper vitio
Cor dedit attentius.</p> |
| <p>3 a. Surgens inde currit tute
In virtutem de virtute
Dignus ad praesulatum,</p> | <p>3 b. Voce vocatus caelica
Vita rexit angelica
Digne pontificatum.</p> |
| <p>4 a. Vita sancti quam benigna,
Quanta sit et laude digna,
Sanctitatis probant signa;
Tumba fundit oleum,</p> | <p>4 b. Quo liniti mox curantur
Aegri, quovis teneantur
Morbo, capti liberantur
Eius per suffragium.</p> |
| <p>5 a. Nautas inde naufragantes,
Iam de vita desperantes,
Liberavit et de mari
Manu duxit salutari
Portus ad praesidia.</p> | <p>5 b. Gloriose Nicolae,
Nos ad portum maris trahe,
Ne procellis involvamur,
Sed ut tecum erigamur
Ad aeterna gaudia.</p> |

Grad. ms. Dominicanum saec 15. Cod. Bruxellen. 6435. — 3a, 2 De virtute in virtutem. — Mel.: Salve mater salvatoris (deutsche Fassung u. gekürzt).

255. De sancto Nicolao.

1. Nicolai Myrae laudes
intonant christiani.

- | | |
|---|--|
| 2 a. Agnus nutritives oves,
bis in sabbato cuius
lacte ieiunavit;
o mira res! | 2 b. Vox caelica praesulem
nuntiavit mirando;
infans bullonibus
manet vivus. |
| 3 a. Dic nobis, navita,
quid fecit per maria?
Ad portum absque remis
hic est refugium
cunctae gentis. | 3 b. Clerici sunt testes
et puellae non tristes.
Succurrit suis spes nostra;
promptus est in mari
et in terra. |
| 4 a. Credit verius Deo soli
baculo fallaci
Et paganus
custode veraci. | 4 b. Scimus tumba defluere,
quod medetur vere.
In gestis, Christe,
nostri miserere. |

Miss. Noviomense imp. Rothomagi 1506. — Melodie: Victimae paschali.

256. De sancta Odrada.

1. Odradae recolentes laudes
imitemur virginem.

- | | |
|--|--|
| 2 a. Servire
Deo vovit annis
puerilibus, | 2 b. Laudando
contemptu terrenas
sprevit nuptias. |
| 3 a. Gloriam mundanam
prudenter
contempsit transitoriam, | 3 b. Puellares iocos
devitans,
genus venustans moribus. |
| 4 a. Memorias visebat
sanctorum
saepe terens et orans, | 4 b. Ieiunia frequentans
profusis
ad inopes manibus. |
| 5 a. Fertilibus tempus
distinxit laboribus,
Antiqui serpentis
praecavens
astutias, nullum
faciendum relinquens. | 5 b. Gloriam internam
ornavit sollicita
Habere supernam,
parata
lampade exspectare
venientem sponsum. |

- | | |
|--|--|
| <p>6 a. Beata
haec sponsa, quae, cum
venerit sponsus, sic
ei occurrerit.</p> | <p>6 b. Probata
ut aurum igne
crematum, odio
novercae conflatum.</p> |
| <p>7 a. Dilanianda
a patre relegata
malignae nequam consilia
signo crucis sunt elisa,
ferae mutatae.</p> | <p>7 b. Sed summus pater,
nesciens mala data
dare petenti, mox oranti
fontis venas de arena
dedit sterili.</p> |
| <p>8 a. Transitus sui praescia
de morte ad vitam
<i>exhalavit</i>
~~~~~
praesentem.</p> | <p>8 b. Revelata facie re-
gem videt gloriae
<i>apud fontem</i>
<i>vitae residens</i>
aeternae.</p> |
| <p>9 a. Mirando tractu Alem
recepit depositum
clara dote
resurgendum.</p> | <p>9 b. Cum quisque iuxta cursum
accipiet bravium,
da, Christe, te
stipendium</p> |

10. Precibus
beatae Odradae.

Psalter. ms. Alemnense saec. 15. Cod. S. Petri Buscoducen. s. n. — 2a, 2 sq. puerilibus annis. — 7a, 5 fere mitata. — Melodie: „Mater“, somit gleiches Schema wie die Notkersche Sequenz „Congaudent angelorum chori“, freilich mit den Abweichungen, wie sie gewöhnlich in den Schlusstrophen der Sequenzen mit dieser Melodie sich zeigen; man vergl. unter anderem hierzu Anal. Hymn. VIII, Nr. 6; IX, Nr. 6; 180; 186; daneben VII, 14; IX, 371; X, 169; XL, 4.

257. De sancta Opportuna.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Arte metri, prosis, tonis,
Cunctis pangat psaltes sonis,
Clerus totus Pictavensis
Opportunae Sagiensis
Laudes et praeconia.</p> | <p>1 b. Godograndus exaltetur
Praesul, Opportunae frater,
Et a cunctis rogitetur:
Nobis pie assis, pater,
Mala sunt immania.</p> |
| <p>2 a. Stella sicut claritate
Multis fulgida praelucet,
Sic ceteras caritate
Tu vincis Christi virgines.</p> | <p>2 b. O quam probat et decorat
Sororem Basilicanus,
Quem defunctum videns plo-
rat,
Suas erectum per manus.</p> |
| <p>3 a. Ambo iusti, ambo recti,
Hic praesul, haec sponsa
regis,
A quo sunt duo electi
Sequentes praecepta legis.</p> | <p>3 b. Opportuna purissimo
Flore florens virginum,
Coelibatu [iuncta] Christo
Durum gessit proelium.</p> |

- | | |
|--|---|
| <p>4 a. O quam gratus eius color
Virtutum sub veste nigra!
Aromata vincit odor,
Eius manus est impigra.</p> | <p>4 b. Flore vernans virginali,
Choris manens caelestibus
Et honore speciali
Agni iuncta [est] gregibus.</p> |
| <p>5 a. Mixtio dulcis in illa,
Pulchra membris, maior
fide,
Gratiae redundat stilla;
Qui es doctus, pange, fide.</p> | <p>5 b. Tensis nervis concinamus
Et utrumque veneramus,
Opem cunctis postulemus,
Ambo conferant hodie.</p> |
| <p>6 a. Opportuna, tu succurre
Multis nunc languentibus
Gutturibus nimis dure,
Lensis et inguinibus.</p> | <p>6 b. Militanti plebi tuae,
Opportuna, provide,
Deo grata, fac, sint aequa
Et agenda consule.</p> |
| <p>7 a. Fuga famen, pelle pestem
Et pro servis posce pacem,
A nobis expellas hostem
Et fidei serva mentem.</p> | <p>7 b. Quae cum Christo gloriaris,
Opportuna gloriosa,
Supplicibus quaeque dona
Da gratiae per merita.</p> |

Miss. Pictaviense imp. Parisiis 1541. — 1 b, 2 Praesul steht nach frater. — 2 a, 3 lucida praefulget. — 5 a, 3 ceteras Christo fixas. — 3 b, 2 virginei. — 4 b, 2 Choro manens est caelesti. — Nach 5 a, 4 folgt noch: Cum celsis agminibus. — Nach 7 b, 2 folgt noch: sponsa Christi. — 7 b, 4 Succurre gratiae. — Trotz der auf gut Glück gewagten Änderung am Texte bleibt diese Sequenz ein Machwerk, das sich durch nichts weniger als „Arte metri“ auszeichnet. ●

258. De sancta Ottilia.

1. Celsum carmen puris ex pectoribus personent

- | | |
|--|---|
| <p>2 a. In die natali
ovantes
Ottiliae devotae
virgines.</p> | <p>2 b. De cuius exortu
laetantur
plurima famularum
agmina.</p> |
| <p>3 a. Per illam etenim
splendescunt virginales
normulae;</p> | <p>3 b. Haec exstat exemplum
specimenque bonorum
omnium.</p> |
| <p>4 a. Spemque penitus
misera
saeculi gaudia,
gestiens Christi
pauperiem sequi,</p> | <p>4 b. Spemque in Deo
funditus
validam iaciens
credula eius
sectatur monita.</p> |

- | | |
|---|--|
| <p>5 a. Haec virgo Deo
sponsata exstitit,
Domuit corpus
saevis ciliciis,
virginale templum
praeparans castae
filio virginis;</p> | <p>5 b. Omnia probra
secans agonia
Callidi hostis
calcavit iacula,
tropaea insignia
referens crevit
virtutum gemmulis.</p> |
| <p>6 a. Emeritam
haec ducens vitam in
supremo cacumine,
solo corpore
terris manens
spiritu semper petivit
sanctos caelicolarum
ordines.</p> | <p>6 b. Sacrosancta
Ottilia, reddis
sedibus angelicis
animam patris
ex inferis
ignibus, duros molliens
genibus instar nivis
lapides.</p> |
| <p>7 a. Pia domina,
Ottilia, et clara,
coetibus
coniuncta sanctorum,
precare nobis semper
veniam,</p> | <p>7 b. Atque thalamis
nunc caelitus commanens
splendidis,
nos terris manentes
foveas protegasque
in aevum,</p> |

8. Lucida tibi iuncta
precibus Lucia.

Miss. ms. Raitenpuchense saec. 15. Clm. Monacen. 12203. A. — Miss. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 19560 B. — Hymn. et Sequent. ms. Emmeramense saec. 15. ex. Clm. Monacen. 14667. C. — 1, 1 Celsum natalis carmen B. — 1, 2 ex fehlt B; pectoris A. — 2a, 1 natalis AB. — 2a, 4 virginis AB. — 2b, 2 laetamur C. — 2b, 3 plurima fehlt C. — 3a, 1 illam aeterni C. — Strophe 3b mit 3a zu einer Strophe vereint AB. — 3b, 1 Haec arescant A. — 3b, 2 speciesque B. — 4a, 5 pauperum sequi vestigia B. — 4b, 1 Domino ABC. — 5a, 1 Et virgo B. — 5a, 2 desponsata C. — 5b, 1 proba B. — 5b, 2 sectans B. — 5b, 7 gemmula C. — 6a, 1 sq. Haec emeritam AC, Haec emeriticam B. — 6a, 5 terrena B. — 6a, 7 sancta C. — 6a, 8 ordines fehlt C. — 6b, 6 dura C. — 6b, 7 sq. instar vivi lapidis C. — 7a, 1 Eia C. — 7a, 4 sanctorum fehlt C. — 8, 1 Ottilia tibi B.

259. De sancto Pantaleone.

- | | |
|---|--|
| <p>1 a. Clara dies et insignis
renovat Christi
magnalia;</p> | <p>1 b. Chorus noster laetus plaudit
Pantaleonis
pro gloria.</p> |
| <p>2 a. Cuius decor floruit
constantia
spirituali gratia;</p> | <p>2 b. Nam in aevo tenero
certamina
toleravit gravia.</p> |

- | | |
|---|--|
| <p>3 a. Euphrosyni
medicinam renuit,
Hermolai
documenta tenuit,
Simulacrorum
cultum respuit
nec expavit supplicia.</p> | <p>3 b. Serpens nequam
signo crucis crepuit,
Morsu cuius
puer vita caruit;
Miserum vitae
dum restituit,
sacra petit mysteria.</p> |
| <p>4 a. Quem dum patrantem tampia
cernit Caesaris
insania,</p> | <p>4 b. Minis addit suspendia
saeva tortorum
nequitia.</p> |
| <p>5 a. Caro rastris laceratur,
latus urunt incendia;</p> | <p>5 b. Martyr orat, Christus astat,
manus lassatur impia.</p> |
| <p>6 a. Sic deridetur
tyrannica saevitia,</p> | <p>6 b. Sic gloriatur
martyris patientia.</p> |
| <p>7 a. Nova parat Caesar
tormentorum genera,
fervet igne plumbum
et sartago ferrea,
sed divina consolatur
martyrem praesentia.</p> | <p>7 b. Lapis collo nexus
natat super aequora,
manu Christi ductus
martyr captat litora;
hinc laudanda salvatoris
existit clementia.</p> |
| <p>8 a. Leones adorantes,
leopardi venerantes
lingebant vestigia;</p> | <p>8 b. Illaeso stante martyre
rota salit et infelix
corruiit perfidia.</p> |
| <p>9 a. Oliva fructum protulit,
cum iustus ensem pertulit,</p> | <p>9 b. Pro cruore lac saliit;
sic scandit ad caelestia.</p> |
| <p>10 a. Gloriose martyr, ave,
supplicibus tuis fave
impetrata venia,</p> | <p>10 b. Ut post huius finem vitae
mereamur tecum esse
in caelesti gloria,</p> |

11. Agmina fidelia
ubi canant Alleluia.

Miss. ms. Compendiense saec. 14. Cod. Parisin. 16823. A. — Grad. ms. Compendiense saec. 14/15. Cod. Parisin. 16828. B. — Miss. ms. Compendiense saec. 14. Cod. Parisin. 17319. C. — Miss. ms. Compendiense saec. 14. Cod. Parisin. 17321. D. — Grad. ms. Compendiense saec. 14. Cod. Parisin. 17329. E. — 2b, 1 iam AC. — 3b, 5 sq. Miserum restituit dum vitae D. — 4b, 1 Finis C. — 7a, 3 ferret ignem C. — 7b, 6 existit AD. — Str. 9a u. b. bilden eine Strophe in allen Quellen. — 9b, 1 Cruor ut lac prosiliit E. — Melodie: Sacrosanctae hodiernae festivitatis. Von dieser Andreas-Sequenz zeigt der Aufbau der vorliegenden insofern eine Abweichung, als die Strophe 9 eine Erweiterung ist, und Str. 10a eine Gegenstrophe samt Schlusfklausel 11 erhalten hat. Im übrigen zeigen beide Sequenzen den Übergang von den Prosen der ersten zur zweiten Epoche.

260. De sancto Pantaleone.

- | | |
|--|--|
| <p>1 a. In concordi melodia
Cordis, oris symphonia
Hymnizetur voce pia
Dei miseratio;</p> | <p>1 b. Oda caelis haec laudatur
Et in terris invocatur,
Sed in Orco non moratur
Talis invocatio.</p> |
| <p>2 a. Hanc prophetae cecinerunt,
Confessores docuerunt,
Martyresque consenserunt
Sancti cum solacio;</p> | <p>2 b. Ab hac quidam decoratus,
Qui Pantaleon vocatus,
Illa nam cognominatus
Hinc patebat ratio.</p> |
| <p>3 a. Nam mundanum thema vanum
Contemnebat et discebat
Dogma veri regis feri
Morans in palatio.</p> | <p>3 b. Non renatus, sed hortatus
Fide sana Christiana,
Suscitavit, quem prostravit,
Aspidis inflatio.</p> |
| <p>4 a. Ergo spernens paganismum
Et se sternens ad baptismum
Baptizatur, undae datur
Sacra renovatio.</p> | <p>4 b. Statim fidem praedicabat,
Caecos idem illustrabat,
Corque patris plenum atris
Lucis intrat natio.</p> |
| <p>5 a. Scorto fraudum rege tristi
Iste laudum verbo Christi
Suaat claudum, per quod isti
Datur tormentatio.</p> | <p>5 b. Circa lumbum lampas urens,
Plantis plumbumque combu-
rens,
Mare summum, post haec
furens
Belluarum statio.</p> |
| <p>6 a. Ortus flammam non sentivit,
Calens plumbum calcans ivit,
Mare supra transilivit,
Hinc ferarum oboedivit
Rabida gregatio.</p> | <p>6 b. Unde mille credidere,
Occiduntur una fere;
Cruces, rotam paravere,
Qua quingenti periere
In convallis spatio.</p> |
| <p>7 a. Tandem sanctus decollatur,
Lacte collum irrigatur,
Spata primo duplicatur,
Et sicariis datur
Fidei creatio.</p> | <p>7 b. O quam digna, quam beata
Miseratio vocata,
Quae Pantaleoni data!
Per quam nobis sit collata
Iugis exultatio.</p> |

Grad. ms. Sanctense saec. 15. ex. Cod. Sancten. s. n. — 1 b, 1 hoc. — 6 a, 1 tristi fehlt. — Zu vergleichen ist die Sequenz gleichen Anfanges auf Mariae Heimsuchung (Anal. Hymn. X, Nr. 92). — Hier wie dort ist das gleiche Akrostichon „Iohannes Scouto“. Konnte es dort noch zweifelhaft erscheinen, ob das Akrostichon mit „Iohannes“ schliesse und der Rest der Initialen zufällig einen allerdings eigentümlichen Namen ergebe, so ist dieser Zweifel durch vorstehende Sequenz behoben. Beide Sequenzen, die gleichen Stil und gleiche Melodie aufweisen, sind vom gleichen Verfasser; auffallend ist nur, daß sie in zwei so verschiedenen Quellen sich vorfinden.

261. De sancto Pantaleone.

1. Pantaleonis gloriosis
iubilantes meritis
foveamur,

- | | |
|--|---|
| 2 a. Quem fides
Christi praeclarum
suscitavit medicum; | 2 b. Qui pestes
varias divina
virtute dispolit. |
| 3 a. Imbuit
caeli numen
rector quem et siderum, | 3 b. Lavacro
tinctum sancto
in caelos eripnit. |
| 4 a. Per signum crucis
quando revexit serpentis
viru stratum morte invenem, | 4 b. Animam cari
genitoris puer sanctus
cepit fidei reticulis. |
| 5 a. Quando negati
luminis honorem
caecis oculis
retnlit, | 5 b. Sistitur invictus
animo per fidem
sceptriferis
vultibus. |
| 6 a. Tura rex
praecipit furiosus
sanctum litare
nominibus.
Fortis exsultans agonis
sui agit
athleta titulos; | 6 b. Laqueis
duci concupiscit; dnm
carnem subicit
suppliciis,
libenter perennis ob spem
vitae vincit
poenarum genera. |
| 7 a. Ungulas
et faces carnifex
sancto martyri
fremens intulit. | 7 b. Adfuit
servo Dens, sparso
caelitus imbre
flammas reprimens. |
| 8 a. Sartaginis
poenas irrisit, cum
bulliens
plumbum non sensit. | 8 b. Elementa
suis destituta
langnerunt
efficacia. |
| 9 a. Baiulus dum fluctibus
martyris adnexum
saxo corpus
mare litori
repente restitnit, | 9 b. Bestiis proponitur
sanctus discernendus;
sed mitescens
feritas Dei
reveretur martyrem. |
| 10 a. Rotalis machina in
caelum porrigitur
discissura pugilem; | 10 b. Incineratur moles;
perennit mox ipsa
gentium multa milia. |

- | | |
|--|---|
| <p>11 a. Eysis ceu
cera mollis iugulum,
quod negaverat,
tandem triumphali
hinc precanti detulit.</p> | <p>11 b. Pantaleou,
inclite martyr Christi,
devotos tibi
famulos iugibus
Deo commenda precibus.</p> |
|--|---|

Appendix ms. saec. 16. in. Miss. Hildensemensis imp. Nurembergae 1499
(in Bibl. Mus. Hildensem. Nr. 365). — Mit Melodie. — 3 b, 2 tinctus. —
4 b, 3 fidem. — 6 b, 2 sq. carnem dum. — 8 a, 4 sentiit.

262. De sancto Patricio.

- | | |
|---|---|
| <p>1 a. Dei per Patricium
virtus declaratur,
Cuius mira sanctitas
miris commendatur.</p> | <p>1 b. Novi fontis oculos
latice rigatus
Caecus visum recipit
et fit literatus.</p> |
| <p>2 a. Sauctus in Hiberniam
puer captivatur,
Aurum monstrat angelus,
auro liberatur.</p> | <p>2 b. In somnis per angelum
monitus redire,
Mirantur et matribus
parvulos vagire.</p> |
| <p>3 a. Germani Patricius
subditus habenis
Profuit in Gallia
annis quadragenis.</p> | <p>3 b. Romae factus pontifex
angelo dictante
Celsa tenet Morion
Domino praesente.</p> |
| <p>4 a. Dat in visis Dominus,
sacris ut statutis
Dirigat Hibernicos
in viam salutis.</p> | <p>4 b. Altari dum insidet,
mare transportatur,
Leprosus navigii
genus admiratur.</p> |
| <p>5 a. Bailus daemouibus
magnus elevatus
Ad pedes Patricii
moritur prostratus.</p> | <p>5 b. Altare maleficum
fuso sacramento
Tellus ultrix sceleris
sorbet in momento.</p> |
| <p>6 a. Praesumens Patricium
gladio ferire
Flumine conspicitur,
videtur perire.</p> | <p>6 b. Iustat praesens, radiat
manus radiorum,
Ut augeri faciat
copiam equorum.</p> |
| <p>7 a. Cuius a consociis
letum simulatur,
Moritur Patricius
et sic honoratur.</p> | <p>7 b. Dei praesul Patricius
puro servato
Post quaeque pueri
via concremato.</p> |
| <p>8 a. Pastor sacer abigit
gregem venenatum,
De saucto Patricio
Deum honoratum.</p> | <p>8 b. Sacri causa corporis
populus armatur,
Interiectis fluctibus
furor temperatur.</p> |

9 a. Advectus mirabili
genere vecturae
In Duno Patricius
datur sepulturae.

9 b. Cuius, nobis Domine,
meritis adiutus
Perpetis indulgeas
gloriam salutis.

Missale ms. Kilormicense saec. 15. Cod. Collegii ss. Trinitatis Dublinen.
B 3. 1. — 3 a, 3 Gallis. — 4 a, 2 ut tuistis. — 4 b, 1 dum incenderet. —
5 b, 1 Altare male sine. — 5 b, 2 fusso. — 6 a, 3 conspicit. — 6 a, 4 videt.
— 7 a, 1 consciis. — Str. 7 b ist derart verdorben, dass sie nicht herzustellen
ist, obschon die Tatsache, auf welche sie anspielt, bekannt ist: Der Engel
Victors mahnt aus brennendem Dornbusch den Patricius, nach Dunum zu
gehen. — 9 a, 1 Adventus. — 9 a, 2 necturae. — 9 a, 3 Indomo potius. —
9 b, 1 Erue nobis. — 9 b, 3 indulgeat.

263. De sanctis Patronis.

1. Hos Deo dignis attollat laudibus ecclesia,

2 a. Quorum verbis, actibus sacris
et exemplis in melius
commutavit mores
et studia.

2 b. Nos, Christe, tibi concilia
~~~~~  
horum placatus per  
suffragia.

3 a. Et quorum est memoria  
per saecula  
mundo celebris,  
in tui laude nominis  
nobis sit iucunda.

3 b. Horum da nobis precibus  
pulsantibus  
fructum operis  
et [nos] a culpae veteris  
maculis emunda,

4 a. Ut mundati  
a peccatorum sordibus  
devotissimi  
eorum laudibus  
ingiter inveniamur  
adnuente clementia  
superna;

4 b. Ut cum stola  
immortalitatis duplici  
post incolatum  
labentis saeculi  
introire cum beatis  
valeamus in gaudia  
aeterna,

#### 5. Interventu horum suffulti gratia.

Miss. ms. Subense saec. 12. Cod. Semin. Lincen. s. n. add. saec. 15. A. —  
Miss. ms. Pataviense saec. 15. Cod. Sanctae Crucis 21. B. — Hym. et  
Sequent. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14667. C. — Miss.  
Pataviense imp. Augustae 1503. D. — Miss. Pataviense imp. Augustae 1505.  
E. — Miss. Pataviense imp. Viennae 1509. F. — 1, 1 dignos. B — F. —  
2 a, 1 verbo E. — 2 a, 2 et doctrinis. A. — 3 a, 4 in tuo BCF. — 4 b, 1  
Et A. — Überschrift „de Patronis“ AC, „de ss. Valentino et Maximiliano“  
BDEF.



264. De ss. Patronis Hildensemensibus.

- |                                                                                     |                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Laudes Deo concinamus,<br>Patronorum attollamus<br>Praeclara magnalia.         | 1 b. Domus huius advocatos<br>Sacra nobis sorte datos<br>Laudemus cum gloria.           |
| 2 a. Summum patrem atque natum,<br>Utriusque sacrum flatum<br>Voce, voto supplicii  | 2 b. Unum trinum veneramur,<br>Quo plasmamur et salvamur<br>Gratia prae nobili.         |
| 3 a. Omnis Alpha et O boni,<br>Nostrae tu devotioni<br>Fervidus irradia.            | 3 b. Quidquid sapit atque spirat,<br>Tibi psallat, benedicat,<br>O maiestas inclita.    |
| 4 a. Auge fidem, caritatem,<br>Spem largire, da virtutem,<br>Vita, decus omnium.    | 4 b. O crux sancta, veneranda,<br>Nos consigna, salva, sana,<br>Terrens mundi pretium ; |
| 5 a. Purpurataque gemmata,<br>Unda Christi venustata<br>Sacro fusa corpore,         | 5 b. Carnem, mundum triumphare<br>Satanamque superare<br>Da potenti numine.             |
| 6 a. Prae electa o Maria,<br>Virgo pia, nos in via<br>Guberna, christifera.         | 6 b. Aufer culpas, morbos tolle,<br>Rege mores et extolle<br>Supra caeli sidera.        |
| 7 a. Omnis coetus angelorum,<br>Assistentes saeculorum<br>Regi aeternaliter,        | 7 b. Propulsantes inimicos,<br>Exhibete vos amicos<br>Nobis temporaliter.               |
| 8 a. Iam insignes vos, Bernwarde,<br>Ac sodales, Godeharde,<br>Epiphani, praesules, | 8 b. Impetrate sanctitatem,<br>Pacem, terris ubertatem,<br>Obsecramus supplices.        |
| 9 a. Nobis, omnes sancti Dei,<br>Vates atque apostoli,<br>Confessores, martyres,    | 9 b. Vosque, flores virginales,<br>Mansiones aeternales<br>Praeparate caelibes.         |

Miss. Hildensemense imp. Nurembergae 1499. A. — Miss. Hildensemense imp. Nurembergae 1511. B.

265. In Commemoratione s. Pauli.

- |                                                                        |                                                                              |
|------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Sancte Paule, merita<br>Tua colentes inclita<br>Refove clementius | 1 b. Ac sanctis in scripturis<br>Apertis et obscuris<br>Instrue nos clarius. |
|------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------|


- |                                                                                     |                                                                                    |
|-------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2 a. Praedicator optime,<br/>Contra morbos animae<br/>Dic, qualis sis opere.</p> | <p>2 b. In labore saepius,<br/>In aestu frequentius<br/>Vinctus et in carcere.</p> |
| <p>3 a. O lux apostolica,<br/>Adbuc nobis indica<br/>De tuis excessibus.</p>        | <p>3 b. Raptus in paradisum<br/>Humanum vincens visum<br/>Fruebar caelestibus.</p> |
| <p>4 a. Ora tuis precibus<br/>Sicut olim fetibus<br/>Pro sanctis viventibus;</p>    | <p>4 b. Flecte tua geuua<br/>Ad patrem, ut venia<br/>Detur paenitentibus.</p>      |
| <p>5 a. Da post vitae terminum<br/>Angelorum Dominum<br/>Sine fine cernere;</p>     | <p>5 b. Da virtute flaminis<br/>Non gravari infimis,<br/>Sed superna quaerere.</p> |

Grad. ms. Monasteriense saec. 15. (Privatbesitz). A. — Miss. Monasteriense imp. Coloniae 1489. B. — 1 a, 2 ist vielleicht zu lesen: Tis colentes. — 5 b, 1 virtute spiritus, wahrscheinlich eine ähnliche Korrektur wie bei dem missverstandenen „Tis“ in 1 a, 2. — Es sei ausdrücklich bemerkt, daß weder A noch B in 3 b, 3 die falsche Lesart „Fruebaris“ haben, wie nach Misset-Weale (Anal. Lit. I, p. 225) zu glauben ist.

266. De sancto Paulo.

- |                                                                               |                                                                                    |
|-------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Laetabundus<br/>Paulum laudet omnis clerus,<br/>Alleluia,</p>         | <p>1 b. Quem convertit<br/>Cunctorum regum rex verus,<br/>Res miranda.</p>         |
| <p>2 a. Mundo Christus oritur,<br/>Verus vera nascitur<br/>Sol de stella;</p> | <p>2 b. Sole nox expellitur,<br/>Paulo lux infunditur<br/>Semper clara.</p>        |
| <p>3 a. Paulus mores instruit<br/>Ac errores destruit<br/>Pari forma;</p>     | <p>3 b. Lux doctrinae celebris<br/>Pauli nullis tenebris<br/>Fit corrupta.</p>     |
| <p>4 a. Populos illuminat,<br/>Tenebras eliminat<br/>Valle nostra.</p>        | <p>4 b. Verbum patris praedicat,<br/>Id, quod passum indicat<br/>Carne sumpta.</p> |

Cantion. ms. incert. orig. saec. 14. Cod. Florentin. Conv. sup. II. I. 212. — Mit Melodie, natürlich Laetabundus. — Leider fehlen die zwei schlußstrophen infolge einer Lücke in der Handschrift. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.



267. De sancto Peregrino.

- |                                                                                                          |                                                                                                     |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Gaude, plebs Autrica,<br/>Quam fraus inimica<br/>Quondam sub antiqua<br/>[Vinxit] idolatria;</p> | <p>1 b. Solve tuo patri<br/>Laudes, cuius atri<br/>A vinclis barathri<br/>Solveris industria.</p>   |
| <p>2 a. Nos quoque singuli<br/>Canamus seduli<br/>Praesenti praesuli<br/>Canticum laetitiae,</p>         | <p>2 b. Cuius praesentia<br/>Conferens gaudia<br/>Spes et laetitia<br/>Praesentis ecclesiae.</p>    |
| <p>3 a. Gaudet urbs Romana<br/>Partu tantae prolis,<br/>Qua deorum fana<br/>Cadunt cum idolis;</p>       | <p>3 b. Magis Autricana<br/>Diu tenta dolis,<br/>Qua relinquens vana<br/>Iuncta Christicolis.</p>   |
| <p>4 a. Hunc Sixtus destinat<br/>Ad partes Galliae,<br/>Quem lux illuminat<br/>Caelestis gratiae,</p>    | <p>4 b. Granumque seminat<br/>Verbo prudentiae,<br/>Daemonis terminat<br/>Fraudes nequitiae.</p>    |
| <p>5 a. Diebus singulis,<br/>Christum dum praedicat,<br/>Poenis non modulis<br/>Afflictus dimicat.</p>   | <p>5 b. Lictor in vinculis<br/>Martyrem implicat<br/>Tandemque praesulis<br/>In caput vindicat.</p> |
| <p>6 a. O Peregrine,<br/>Martyr benigne,<br/>Servis in fine<br/>Impetrato veniam,</p>                    | <p>6 b. Prece decora<br/>Iudicem ora,<br/>Nobis implora<br/>Verae lucis copiam.</p>                 |

Miss. ms. S. Dionysii saec. 14. Cod. Parisin. 1107. — 1 a, 1 Autrita. — 3 b, 1 Atritana. — 3 b, 2 tanta. — 5 b, 1 Litor. — 6 b, 2 Indicis ora. — Melodie: Ave Maris stella, | Mellis caeli cella (Anal. Hymn. IX, Nr. 88).

268. De sancto Petro.

- |                                                                                                                               |                                                                                                                        |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Pasce, Petre, oves Christi,<br/>Quas in cara suscepisti,<br/>Nam a Christo didicisti,<br/>Quod sis pastor ovium.</p>  | <p>1 b. Tu es petra fundamenti,<br/>Tu columna firmamenti,<br/>Firma robur nostrae menti<br/>Tuum per subsidium.</p>   |
| <p>2 a. Claves caeli, Petre, geris,<br/>Regnum Christi promereri,<br/>Dam de Christo confiteris,<br/>Quod sit Dei filius.</p> | <p>2 b. Plenitudo potestatum<br/>Tibi datur, et est ratum,<br/>Quidquid ligas, est ligatum<br/>Dei vinclo firmius.</p> |

- |                                                                                                                                                    |                                                                                                                                        |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3 a. Quidquid solvis, est solutum,<br/>         Quod tueris, hoc est tutum<br/>         Ad unius Dei nutum<br/>         Firmans moderamina.</p> | <p>3 b. Ergo nostri miserere<br/>         Et ope iuva sincere,<br/>         Solve vincla et tuere<br/>         Sempiterna saecula.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Miss. ms. Beckense (Leodiense) saec. 15. Cod. Bruxellen. 3782. —  
 Melodie: Verbum bonum. — Vgl. Anal. Hymn. VIII, Nr. 265; die zwei  
 dort benutzten gedruckten Quellen zeigen manche Abweichungen.

269. De sancto Petro.

- |                                                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                                               |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Verbum Dei incarnatum<br/>         Et in mundo conversatum<br/>         Curam cepit agere,</p>                                                                             | <p>1 b. Velle patris ut impleret,<br/>         Mundi culpam ut deleret<br/>         Pietatis opere.</p>                                                                       |
| <p>2 a. Nam, dum mare visitavit,<br/>         Illic Petrum invitavit<br/>         Ad capturam hominum.</p>                                                                         | <p>2 b. Veni, Petre, post me, inquit;<br/>         Ille statim cuncta linquit<br/>         Sequiturque Dominum.</p>                                                           |
| <p>3 a. O quam bonum, quam iucundum<br/>         Petro sic liquisse mundum,<br/>         Salvatore socio</p>                                                                       | <p>3 b. Pios mores imitari,<br/>         Sancte semper conversari<br/>         Declinato otio.</p>                                                                            |
| <p>4 a. Vultus mitis, una mensa,<br/>         Vitae dogma, Petre, pensa,<br/>         Quam praebent clementiam;</p>                                                                | <p>4 b. Tu de fonte salvatoris,<br/>         Imitator pii moris,<br/>         Hauris sapientiam.</p>                                                                          |
| <p>5 a. Dum Iesus, qui nil nescivit,<br/>         Fratres de se requisivit,<br/>         Sentiant quid populi,<br/>         Ipsique discipuli<br/>         Qualem esse dicant,</p> | <p>5 b. Iesum sciens Petrus vere<br/>         Primus audet respondere<br/>         Hunc talem existere,<br/>         Ut creaturae singulae<br/>         Digne benedicant.</p> |
| <p>6 a. Tu es, inquit, Christus, Dei<br/>         Vivi natus, compar ei<br/>         Iuris in dominio;</p>                                                                         | <p>6 b. Fluens ex te verbum vitae<br/>         Felix, qui custodit rite<br/>         Pectoris in scrinio.</p>                                                                 |
| <p>7 a. Dum sic Petrus confitetur,<br/>         Dicitur felix promeretur<br/>         Patre iam propitio;</p>                                                                      | <p>7 a. Qui dum lucem dat internam,<br/>         Capit Petrus rem supernam<br/>         Carnis carens vitio.</p>                                                              |
| <p>8 a. Ex tunc ipsum Simonem<br/>         Fecit Iesus principem<br/>         Coapostolorum.</p>                                                                                   | <p>8]b. Et cum cura ovium<br/>         Potestatem clavium<br/>         Regni dat caelorum.</p>                                                                                |
| <p>9 a. Inde coepit coruscare,<br/>         Factis miris praedicare,<br/>         Dum a Christo mittitur,</p>                                                                      | <p>9 b. Cuius iuri mancipare<br/>         Plurimos ac baptizare<br/>         Pia fide nititur.</p>                                                                            |

- |                                                                                                             |                                                                                              |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>10 a. Christi post ascensionem<br/>Celebrat divisionem<br/>Coetus apostolicus.</p>                       | <p>10 b. Petrum Emath cathedravit,<br/>Ubi fit, dum praedicavit,<br/>Populus catholicus.</p> |
| <p>11 a. Romae tandem sedes datur,<br/>Illic magus adversatur,<br/>Quem necat nequitia.</p>                 | <p>11 b. Hinc Neronis fremens ira<br/>Adhiberi Petro dira<br/>Praecipit supplicia.</p>       |
| <p>12 a. Quem ad caelum crux trans-<br/>misit,<br/>Cui Christus, quae promisit,<br/>Dat aeterna gaudia;</p> | <p>12 b. Quo perducatur Petri prece<br/>Puros nos a culpae faece<br/>Salvatoris gratia.</p>  |

Grad. ms. Praedicatorum Dusseldorpensium saec. 15. Cod. Dusseldorpen.  
D. 11. — 12 a, 2 Christus quem.

### 270. In sancti Petri ad Vincula.

#### 1. Psallat vox cuncta

- |                                                                                                                           |                                                                                                                               |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2 a. Rectori regenti<br/>decenter universa,<br/>qui corroborat suos,<br/>ne succumbant, vernulas;</p>                  | <p>2 b. Potenter sustentat<br/>amoris sui flamma,<br/>ut non flagra terreant<br/>eorum praecordia.</p>                        |
| <p>3 a. Ad propaganda sacra<br/>documenta promptus Bariona</p>                                                            | <p>3 b. Petrus Herodiana<br/>detinebatur versutia,</p>                                                                        |
| <p>4 a. Olim umbra<br/>carceris positus densa.</p>                                                                        | <p>4 b. Praesens anni<br/>testatur dies rotata</p>                                                                            |
| <p>5 a. Fuisse sub custodia<br/>Vinctum pro cura<br/>a Deo collata<br/>pastorali, non pro debita<br/>nequitiae poena.</p> | <p>5 b. Precabatur ecclesia,<br/>Ut solveretur<br/>pastor absque mora,<br/>ne periclitarentur rudes<br/>in fide assumpta.</p> |
| <p>6 a. Est virtus<br/>invicta<br/>et salus<br/>amplissima Christus,<br/>sapientia summa,</p>                             | <p>6 b. Catenis<br/>astrictum<br/>qui sua<br/>militem immensa<br/>resolvit clementia.</p>                                     |
| <p>7 a. Proferri series debet<br/>ereptionis mira,<br/>acta Dei potentia :</p>                                            | <p>7 b. Vinculorum pondere membra<br/>vix ferens adgravata<br/>capit somnum noctis hora</p>                                   |
| <p>8 a. Poli celsa ianitor,<br/>detentus absque noxa.</p>                                                                 | <p>8 b. Sacer fulgida nuntius<br/>descendit ab aula,</p>                                                                      |

- |                                                                                                                           |                                                                                                                    |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>9 a. Pellens taeterrimas<br/>Clausī carceris umbras<br/>praesentia adventus<br/>clara sui.<br/>tenebris contraria.</p> | <p>9 b. Luce enim magna<br/>Circumfultus omnia<br/>taetri loci obscura<br/>ita fugat<br/>velut solis claritas.</p> |
| <p>10 a. Adproprians, propter quem<br/>advenerat, excitat;</p>                                                            | <p>10 b. Latere tacto monet,<br/>inature ut exurgat,</p>                                                           |
| <p>11 a. „Indumenta<br/>tua“ inquires<br/>„citius tibi circumda; ne<br/>paveas.“</p>                                      | <p>11 b. Nexus cadunt<br/>Dei gratia;<br/>angelum sequitur recta<br/>semita;</p>                                   |
| <p>12 a. Praevius caelicola,<br/>ut Petro fiat<br/>id audacia.</p>                                                        | <p>12 b. Fidelis christicola<br/>omnis praedictet<br/>Dei opera.</p>                                               |
| <p>13 a. Qui sic Petrum liberat,<br/>Ille visum, non actum,<br/>se contemplari putat.<br/>Nil difficultatis obstat;</p>   | <p>13 b. Transcunt custodias,<br/>Panditur mox ianua<br/>euntibus ferrea;<br/>Procedunt constanter una.</p>        |
| <p>14 a. Secum mirans Petrus<br/>talīa fratres visitat.</p>                                                               | <p>14 b. Fidelium super<br/>hoc exultat ecclesia.</p>                                                              |
| <p>15 a. Emunda famulantium<br/>tibi contagia,</p>                                                                        | <p>15 b. Petre, profusa ad Deum<br/>precis instantia,</p>                                                          |
| <p>16 a. Ut fruamur gloria</p>                                                                                            | <p>16 b. In aeterna patria.</p>                                                                                    |

Trop. ms. S. Ebrulphi saec. 12. Cod. Parisin. 10508. A. — Miss. Sosmense imp. Parisiis 1547. B. — Nach 5 b, 1 eingeschoben: Deum maerore afflicta AB; mit gleicher Melodie wie 5 b, 1. — 6 a, 1 Ast B. — 7 a, 3 aperta Dei B. — 9 a, 3 sq. passim praesentia clara adventus AB. — 10 a, 1 Adproprians AB. — 11 a, 3 citius A. — 12 a, 2 sq. id fiat AB. — Nach 13 b, 4 beigelegt: Angelus petit supra AB; mit gleicher Melodie wie 13 b, 4. Vgl. die Bemerkung zu 5 b, 1. — 15 a, 1 famulantium B. — Melodie: Fulgens praeclara (Anal. Hymn. VII, Nr. 44); letztere Sequenz gab festen Anhaltspunkt zum Ausscheiden der beiden nicht zugehörigen Verse nach 5 b, 1 und 13 b, 4. — Cfr. Anal. Hymn. VII. Nr. 127 u. 147.

### 271. In s. Petri ad Vincula.

- |                                                               |                                                                    |
|---------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Deo detur laus aeterna<br/>Sollemnitate hodierna,</p> | <p>1 b. In qua Petrus a catenis<br/>Est liberatus et a poenis.</p> |
|---------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                       |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Rex Herodes Iacobum<br>Occiderat,<br>Ut placeret Iudaeis,                                                                                        | 2 b. Apostolumque Petrum<br>Ligaverat<br>In catenis ferreis.                                                                                          |
| 3 a. En, angelus<br>adest, Dei nuntius<br>Petrum solvens,<br>quem ligarat impius;<br>Dormientis<br>percusso latere<br>Dixit ei:<br>„Festina surgere.“ | 3 b. In carcerem<br>subintrante angelo<br>Lux effulsit<br>in carceris angulo,<br>Apostoli<br>dirumpens vincula<br>Et portarum<br>[tollens] obstacula. |
| 4 a. Sic angelus hunc eduxit<br>Et in urbem laetum induxit;                                                                                           | 4 b. Sic delusus est Herodes<br>Et milites, Petri custodes                                                                                            |
| 5 a. Tunc angelus hunc dimisit,<br>Petrus fratres mox invisit.                                                                                        | 5 b. Viso Petro apostoli<br>Gaudent, factores symboli,                                                                                                |
| 6 a. Gratulantes<br>Atque dantes<br>Domino gloriam                                                                                                    | 6 b. Propter suam<br>Mellifluam<br>Misericordiam.                                                                                                     |
| 7 a. Andi, Petre, firma petra,<br>ab inferni via<br>Nos retrahere et absolve<br>divina gratia,<br>Cui ligandi et solvendi<br>data est potentia.       | 7 b. Tibi Deus ire dedit<br>super aequora<br>Et omnium infirmorum<br>sanare corpora,<br>Aperire et claudere<br>caelestia palatia.                     |
| 8 a. Petre, palme verae vitis,<br>Nos absolve, pastor mitis,<br>Ab omni spurcitia;                                                                    | 8 b. Nos absolve nosque munda<br>Nosque perduc ad iucunda<br>Sanctorum consortia,                                                                     |
| 9. Ut semper nos gaudeamus<br>Cum Christo in gloria,<br>Cantemus Alleluia.                                                                            |                                                                                                                                                       |

Miss. Morinense imp. Rothomagi 1516. — 1 a, 2 In sollemnitate. — 3 b, 1 carcere. — 4 a, 2 duxit. — 9, 3 Et cantemus.

272. In s. Petri ad Vincula.

- |                                      |                                         |
|--------------------------------------|-----------------------------------------|
| 1 a. Gaudia<br>nobis opima           | 1 b. Aetheris<br>semper condona,        |
| 2 a. Cuins inclita<br>per orbem iura | 2 b. Potentum sceptrum<br>subicis fera: |

- |                                           |                                        |
|-------------------------------------------|----------------------------------------|
| 3 a. Quem nunc venerans<br>pie vox nostra | 3 b. Cantibus celsa<br>reddit neumata, |
| 4 a. Suscipe sonos,<br>poscimus nostros,  | 4 b. Quos tibi voto<br>cecinit cohors  |

5. Et tuo  
concede gaudia dono.

Miss. ms. Xantonense saec. 15. Cod. Londinen. Lansd. 450. A. — Miss. Xantonense imp. Parisiis 1491. B. — 3 b, 1 Celsa cantibus; stört die Endassonanz, die freilich auch in 1 b, 1 nicht gewahrt erscheint. — Die Dichtung war ursprünglich wohl eine Verbeta.

273. De ss. Petro et Paulo.

- |                                                                                 |                                                                                          |
|---------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Isti duae sunt olivae,<br>Quorum chorus hic festive<br>Recolit sollempnia; | 1 b. Pascunt, ardent et medentur,<br>Mentes pascunt, ne graventur<br>Doctrinae penuria.  |
| 2 a. Ardent igne caritatis<br>Et medentur praegravatis<br>Qualibet molestia;    | 2 b. Possunt vivos morti dare,<br>Morti datos suscitare<br>Freti Dei gratia.             |
| 3 a. Antiochus Petro sedem<br>Primam dedit, Remus aedem<br>Dignam reverentia.   | 3 b. Christum Petrus ut sequatur,<br>Crucem suffert et mercatur<br>Caelum per supplicia. |
| 4 a. Pollet Paulus in doctrina<br>Oleoque miscens vina<br>Fulget in ecclesia.   | 4 b. Ense Paulum Nero stravit,<br>In lacrimis seminavit<br>Modo metit gaudia.            |
| 5 a. Ante Deum qui lucetis,<br>Candelabra, nobis detis<br>Clara frui regia.     | 5 b. Caeli claves, aperite<br>Caeium nobis et ad vitae<br>Nos ferte palatia.             |

Grad. ms. Compendiense saec. 14. Cod. Parisin. 16828. — 4 b, 1 paululum. — Melodie: Hodiernae lux diei. — Zu vergl. ist Anal. I, Nr. 75 welches Lied eine Sequenz ist, und XL, Nr. 321.

274. De sancto Quintino.

1. Festus est nobis hodie

- |                                                                        |                                                                        |
|------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Quintini<br>sanguine dies<br>agonistae sacratus,                  | 2 b. Qui minas<br>Rictiovari<br>fide vicit divina,                     |
| 3 a. Trochleas, oleum, picem,<br>adipem, faces,<br>ferreos resticulos, | 3 b. Calcem, acetum, sinapim<br>clavosque decem<br>cum veribus duobus. |



- |                                                                                 |                                                                                                     |
|---------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>4 a. Demum gladio<br/>expiravit percussus<br/>Viromandorum<br/>in porta.</p> | <p>4 b. Quintine, frui<br/>per te nobis det Christus<br/>sui praesentia<br/>in caelesti patria.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen 360 (139. 5. S). —  
Miss. Parisiense imp. Parisiis 1585. B. — 3 a, 2 fascies.

275. De sancto Quintino.

1. Martyri Quintino laudes  
elevent servi sui,

- |                                                                                                                             |                                                                                                                               |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2 a. Maxime, qui propria<br/>Sunt eius ecclesia<br/>Victimae paschalis<br/>perceptores.</p>                              | <p>2 b. Cuius elevatio<br/>Sunt horum protectio,<br/>Istius qui festi<br/>sunt cultores.</p>                                  |
| <p>3 a. Profert Eusebia,<br/>Quod celat invidia,<br/>Caput martyris, in flumine,<br/>Et corpus novo<br/>reparat lumine.</p> | <p>3 b. Testis est lucerna<br/>Stans sub aquae laterna;<br/>Huic Eligius in mulum<br/>Novit temporum<br/>post curriculum.</p> |
| <p>4 a. Credendum est Eligii<br/>plura devotioni,<br/>Quam sit Maurini<br/>praesumptioni;</p>                               | <p>4 b. Scimus fabrum transtulisse<br/>sacrum corpus vere.<br/>Tu nobis, Christe,<br/>rex miserere.</p>                       |

Miss. Noviomense imp. Rothomagi 1506. — 2 b, 2 Sit eorum. — Melodie:  
Victimae paschali.

276. De sancto Quintino.

- |                                                                                              |                                                                                             |
|----------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Verbum pater eructavit,<br/>Verbi rore germinavit<br/>Quintinus ut lilium.</p>       | <p>1 b. Regnum tenens hic supernum<br/>Ibi floret in aeternum<br/>Ante Dei filium.</p>      |
| <p>2 a. Iste sanctus in diebus<br/>Mundus, mundi carens rebus,<br/>Mundus labe criminis,</p> | <p>2 b. Lege fulsit in divina<br/>Quasi stella matutina<br/>Medio caliginis.</p>            |
| <p>3 a. Qui pro lege Dei sui<br/>Est candentis passus sui<br/>Dorsum ferri sudibus.</p>      | <p>3 b. Nec tormentum sive necem<br/>Fugit fixus unguis decem<br/>Clavorum cuspidibus.</p>  |
| <p>4 a. Dorsum rastris exaratur,<br/>Exaratum irrigatur<br/>Imbre sui sanguinis.</p>         | <p>4 b. Cultor bonus hoc examen<br/>Profert propter pullulamen<br/>Sacri verbi seminis.</p> |

- |                                                                                          |                                                                                         |
|------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>5 b. Decollari cum iubetur,<br/>Ut tyranni satietur<br/>Inhumana rabies,</p>          | <p>5 b. Cervix eius est abscisa,<br/>Et volare hinc est visa<br/>Columbina species.</p> |
| <p>6 a. Aulam caeli scaudit ita,<br/>In qua vera viget vita<br/>Luce fervens sedula,</p> | <p>6 b. Cuius prece Deo grata<br/>Stola vitae Deo data<br/>Vivamus in saecula.</p>      |

Appendix ms. saec. 16. post Miss. Belvacense imp. Rothomagi 1514. (In Bibl. Sengenovefiana). — 3a, 3 subdibus; zu 3a, 2 u. 3 vgl. in der Sequenz „Per unius casum grani“ (Anal. Hymn. XXXIX, Nr. 286, Strophe 8b, 1: „Sudes ferri suunt dorsum“; überhaupt sind manche Entlehnungen aus letzterer Sequenz. — Überdies sind die zwei ersten Strophen fast gleichlautend mit dem Anfange der Sequenz „Pater verbum eructavit“ (Anal. Hymn. XL, Nr. 184).

277. De saucto Quirino.

1. Eia, celebremus hodie  
laude digna

- |                                                                                                               |                                                                                                    |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2 a. Saucti Quirini, martyris<br/>gloriosi,<br/>sollemnia gratissima.</p>                                  | <p>2 b. Hic vir nobilis Romaus<br/>cuncta vitans<br/>perfidiae umbracula,</p>                      |
| <p>3 a. Credenti populo<br/>luce fulgens<br/>clarissima<br/>nova reduxit gaudia.</p>                          | <p>3 b. Reliquit idola<br/>colens Christum<br/>mente pura,<br/>per quem peribunt mortua.</p>       |
| <p>4 a. Gemit victus<br/>hostis antiquus,<br/>dolose quaesita<br/>perdit spolia.</p>                          | <p>4 b. Vir divinus<br/>sanctus Quirius<br/>per tormenta caeli<br/>adit gaudia.</p>                |
| <p>5 a. Cantet in hac die<br/>cautica<br/>plebs Nussiae caelestia,</p>                                        | <p>5 b. Quia erat pene<br/>perdita,<br/>sed victrix nunc est iuventa.</p>                          |
| <p>6 a. O pugna Quirini<br/>beata,<br/>qua redempta [est] Nussia!</p>                                         | <p>6 b. Deum laudeat uuuc per<br/>omnia<br/>masculus atque femina.</p>                             |
| <p>7 a. Mirabilis Quirinus,<br/>nos ut quiris divinus<br/>defendeus, ut cousuerat,<br/>paudeus, quod erat</p> | <p>7 b. Fortissimus suorum<br/>liberator servorum,<br/>quos adiuvit gratia<br/>de caelo facta.</p> |
| <p>8 a. Perdere veuit hostis<br/>saevus, quos voluerat,</p>                                                   | <p>8 b. Adduxit fortia castra<br/>cum grandi armatura;</p>                                         |

- |                                                                                       |                                                                                          |
|---------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>9 a. Sed victus in sua<br/>curia<br/>vidit multa milia<br/>prostrata per tela,</p> | <p>9 b. In quibus fidebat;<br/>contrita<br/>est illius machina,<br/>fugit turma sua.</p> |
| <p>10 a. O Quirine sanctissime,<br/>salus nostra es vera</p>                          | <p>10 b. A Deo nobis gratiam<br/>poscens et victoriam,</p>                               |
11. De qua tibi  
laus sit aeterna.

Grad. ms. Nussienne saec. 15. Cod. Mus. Archiepisc. Colonien. VI. 11. — 6 b, 3 masculus et. — 11, 1 qua sibi. — Melodie: „Eia turma“, somit nach dem Schema der Sequenz „Eia recolamus laudibus piis digna.“ Vgl. u. a. Anal. Hymn. X, Nr. 238.

278. De sancto Reinoldo.

- |                                                                                            |                                                                                            |
|--------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Trinum Deum in usia<br/>Nostra sonet harmonia<br/>Consistentem unica,</p>          | <p>1 b. A quo manat fons sophiae,<br/>Qui Reinoldum theoriae<br/>Haustu dulci debriat.</p> |
| <p>2 a. Iste miles veri David<br/>Mundi campo decertavit<br/>Non cassum cedens area.</p>   | <p>2 b. Liam lippam fastidivit,<br/>Agar domans concupivit<br/>Rachelis effigiem.</p>      |
| <p>3 a. Vera fide radicans,<br/>Caritate dilatatus<br/>Et spe crucis ardua,</p>            | <p>3 b. Cuius prece salus datur<br/>Aegris, funus suscitatur,<br/>Fugit pestilentia.</p>   |
| <p>4 a. Iusti vitam livor zelat,<br/>Clam necatur, stagno celat<br/>Malleator saucium.</p> | <p>4 b. Sed insigne margaritum<br/>Declaratur expolitum<br/>Signorum praeconiis.</p>       |
| <p>5 a. O Reinolde, martyr Dei,<br/>In hoc salo nostrae spei<br/>Portus sis et ancora,</p> | <p>5 b. Tua prece consequamur,<br/>Qua te frui gratulamur,<br/>Divinam praesentiam.</p>    |

Miss. Coloniense imd. Parisiis 1520. A. — Miss. Coloniense imp. Parisiis 1525. B. — 5 a, 2 hoc solo AB; salum = mare. 5 b, 2 gratulemur AB. — 5 b, 3 Divina praesentia AB.

279. De sanctis Reliquiis.

1. Sancte, sanctorum vita et gaudium,
- 2 a. Suscipe tuorum laudes servorum  
In commemorationem eorum,  
Quorum reliquiae a laudandae vitae  
Viro clemente Willibrordo sunt nobis allatae;

- 2 b. Quas angelica revelatione  
Suscepit pro plurimorum salute  
A papa Sergio semper memorando  
Sublimatus archiepiscopatus officio.
- 3 a. Hae divinitus sunt augmentatae  
A fidelium multitudine.
- 3 b. Per hos ergo fit virtus signorum  
Et sanitas morum et corporum.
- 4 a. Caecorum oculi illuminantur,  
Aures surdorum aperiuntur,
- 4 b. Et clausae mutorum linguae solvuntur,  
Et gressus claudorum solidantur.
- 5 a. Leprosi mundantur,  
Et aegri curantur;  
Vera, inquam, salus cunctis rependitur,  
Si eis debitus honor impenditur.
- 5 b. Quapropter sollemnem  
His demus honorem,  
Sanctae atque piae earum animae,  
Pro nobis [Deum] semper intercedite.
- 6 a. Stantes corroborate, ne cadant,  
Et lapsos adiuuate, ut surgant;
- 6 b. In hac vita [vos] nos custodite  
Et post hanc ad aeternam ducite.
7. Quod dare dignare, sancte sanctorum.

Trop. ms. Epternacense saec. 11/12. Cod. Parisin. 10510. — 5b, 3 Quos sanctae. — 6b, 2 perducite. — Melodie in Neumen „Ad melodiam: Laudate Deum“. — Überschrift: „In commemoratione sanctorum.“ — Jede Halb- strophe besteht aus je zwei Zeilen (oder Zeilenpaaren), die bei gleicher Silben- zahl Endassonanz aufweisen. Aus technischen Rücksichten mußte ich dar- auf verzichten, Strophe und Gegenstrophe gegenüberzustellen, wie es sonst geschieht; die Verse oder Zeilen haben nämlich eine auffallend große Silben- zahl, während diese sonst in der Regel die Zahl 9 nicht übersteigt.

## 280. De sancto Rema clo.

1. Remaclus, vir nobilis,  
Praesul venerabilis  
Sanctitatis gloria.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                       |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2 a. Fulget in caelestibus<br/>Cum sanctorum coetibus<br/>Peracta victoria.</p> <p>3 a. Sancti huius actio,<br/>Huius praedicatio<br/>Fit salutis nuntia,</p> <p>4 a. Exstitit pro speculo,<br/>Dum vixit in saeculo;<br/>Huius Deo placita<br/>Vita est intuita.</p> <p>5 a. Nil terrenum ambiebat,<br/>Quia vere diligebat<br/>Iesum super omnia.</p> <p>6 a. In Stabulo vir stabilis<br/>Deo fuit laudabilis<br/>Operum per merita.</p> <p>7 a. Post labilis vitae cursum<br/>Feliciter scandit sursum,<br/>In caelesti militia<br/>Receptus cum laetitia.</p> <p>8 a. O Remacle, vernans rosa,<br/>Grata tibi sit haec prosa,<br/>Tu nos Christo die isto<br/>Clementer concilia.</p> | <p>2 b. Ubi Dei visio<br/>Omni plena gaudio<br/>Consolatur omnia.</p> <p>3 b. Terrena despiciere<br/>Docens et acquirere<br/>Paradisi gaudia.</p> <p>4 b. Ipsius religio<br/>Fulget cum Eligio<br/>Corporis munditia<br/>Et virtutum gratia.</p> <p>5 b. Cuius prece nos deffere<br/>Valeamus et delere,<br/>Quod mens timet conscia.</p> <p>6 b. Ad mansura sine rñe<br/>Suspirabat mens divinae<br/>Servituti subdita.</p> <p>7 b. Veneremur hunc patronum<br/>Obtinentem caeli thronum,<br/>Qui ut rosae vel lilia<br/>Redolet in ecclesia.</p> <p>8 b. Praesul magnae dignitatis,<br/>Ora fontem pietatis,<br/>Ut nos omnes a peccatis<br/>Mundet data venia.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

9. Amen dicant omnia.

Miss. ms. Stabulense saec. 15. Cod. Bruxellen. 1848. — Melodie: Mane prima sabbati. — 6a, 1 Stabulaus. — Im übrigen sind viele Anklänge an die Sequenz „Augustinus (Antonius) humilis.“

281. In Adoptione beati Remacii.

- |                                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                                                        |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Confessoris incliti,<br/>Militis emeriti<br/>Recolamus bravium.</p> <p>2 a. A primaevo vitae flore<br/>Totam mentem in amore<br/>Divino constituit;</p> <p>3 a. Sancto viro commendatur<br/>Moribusque informatur<br/>Sanctus ab Eligio;</p> | <p>1 b. Voci nubat animus,<br/>Dum Remacle canimus<br/>Insigne praeconium.</p> <p>2 b. Mundum gerens cor et purum<br/>Florem mundi periturum<br/>Tamquam lutum respuit.</p> <p>3 b. Forma, stirpe, vita clarus<br/>Habitus est cunctis carus<br/>In regis palatio.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                          |                                                                                       |
|------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------|
| 4 a. Uti Trudo sancti viri<br>Consilio voce miri<br>Monetur oraculi,                     | 4 b. Sancto Christi lapidato<br>Dare sua corde grato<br>Pollicetur praesuli.          |
| 5 a. Cum Tungrensi providus<br>Praesset ecclesiae,                                       | 5 b. Hinc abscessit cupidus<br>Vitae solitariae.                                      |
| 6 a. Monachorum condidit<br>Duplex hic coenobium,                                        | 6 b. Quibus unam indidit<br>Legem et consortium.                                      |
| 7 a. His praesedit honestorum<br>Formam cunctis praebens<br>morum,<br>Plenus Dei gratia; | 7 b. In hoc statu consummavit<br>Sanctus vitam et migravit<br>Ad superna gaudia.      |
| 8 a. O confessor gloriose,<br>Honestatis speculum,                                       | 8 b. Iaspis Christi pretiose,<br>Sanctitatis vasculum,                                |
| 9 a. Apud Deum<br>Coetum reum<br>Tua prece<br>De hac faece<br>Sublatum concilia,         | 9 b. Ut coronet<br>Nos et donet<br>Cum beatis<br>Post aetatis<br>Cursum caeli gloria. |

Miss. ms. Stabulense saec. 15. Cod. Bruxellen. 1818. — 3 a, 3 Sanctis. — 4 b, 2 corda.

282. In Translatione s. Rupertii.

1. Summi regis in laude,  
Bavaria, plaude,

- |                                                                                                |                                                                                                 |
|------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Qui tibi Rudpertum<br>destinavit<br>doctorem et apostolum.                                | 2 b. Qui Deo te reddens<br>effugavit<br>fallentem te diabolum.                                  |
| 3 a. Huic princeps<br>credit cum plebe;<br>Deum praedicat.                                     | 3 b. . . . .<br>nam locum, ubi<br>primitus sedit,                                               |
| 4 a. Saltum de [flumine]<br>Rbeno dedit<br>in Noricorum finem,<br>pulsus per plebem WORMATIAE. | 4 b. Postquam illis fidem<br>praedicavit<br>terrīs, pater idem pandit<br>iter Panoniis gratiae. |
| 5 a. Principis<br>caelorum hic attraxit<br>ovilia, manipulis                                   | 5 b. Gentium<br>dum credentium Christi<br>succresceret familia.                                 |

- |                                                                                                          |                                                                                                        |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>6 a. Captivitatem,<br/>quam satanas vinxerat,<br/>hic emancipavit</p>                                 | <p>6 b. Et redivivum<br/>iam Christo baptisate<br/>populum sacrauit.</p>                               |
| <p>7 a. Celebret ergo<br/>debitis in laudibus<br/>gens ista patrem,<br/>per quem solvitur fraudibus,</p> | <p>7 b. Et quo baptista<br/>iam [purus] limphatico<br/>caret errore<br/>. . . . nefario;</p>           |
| <p>8 a. Et tremens praesulem<br/>Rudpertum veneretur,<br/>cui ab angelis<br/>honor exhibetur,</p>        | <p>8 b. Qui eius sepulcro<br/>praesentes astiterunt,<br/>et post exsequias<br/>mox signa viderunt.</p> |
| <p>9 a. Iam Domini Iesu<br/>famulum<br/>supplici voce<br/>deprecemur,</p>                                | <p>9 b. Ut a dextris patris<br/>Rudperti<br/>ultimo die<br/>collocemur.</p>                            |
10. In fine saeculi  
pastor idem  
semper sit nobiscum.

Miss. ms. Salisburgense saec. 15. Cod. Neoclaustren. XII A 5. — 4 a, 4 plebem uranicae. — 4 b, 4 inter Panoniis. — 5 a, 3 manipulis ist in der.Hs. zu Str. 5 b gezogen. — 5 b, 3 succurreret. — 9 a, 1 Nam. — 9 b, 1 Et ad. — Durchweg ist in dieser Sequenz der Übergangsperiode der Reim beobachtet.

283. De sancto Samsone.

- |                                                                                                         |                                                                                                         |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. In Samsone<br/>Deo sit gloria,<br/>Quem abundans<br/>illustrat gratia<br/>Et superabundans;</p> | <p>1 b. Cui conceptus<br/>ante primordia<br/>Nomen dedit<br/>visio nuntia,<br/>Sterilem fecundans.</p>  |
| <p>2 a. Hoc censeri<br/>nomine meruit,<br/>In Samsone<br/>quae tanta claruit,<br/>Virtus meritorum.</p> | <p>2 b. Quem distendit<br/>virus infusio<br/>Et chelydri<br/>dira percussio,<br/>Sonat „sol eorum“.</p> |
| <p>3 a. Ex defectu<br/>mel magis sufficit,<br/>Et de petra<br/>latices elicit<br/>Moyse secundus.</p>   | <p>3 b. Innocuum<br/>potatur toxicum,<br/>Sacerdotem<br/>vexat veneficum<br/>Spiritus immundus.</p>     |

- |                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                            |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>4 a. Angelicos<br/>secutus monitus<br/>Exsilii<br/>subit interitus,<br/>Dives paupertatem.</p>                                                     | <p>4 b. Geminantur<br/>privati gaudia,<br/>Recipiunt<br/>uxor et filia<br/>Plenam sospitatem.</p>                                                          |
| <p>5 a. Serpens Dei<br/>trahente famulo<br/>Mansuescit<br/>in eius cingulo,<br/>Et lucente<br/>tali miraculo<br/>Convalescit<br/>fides in populo.</p> | <p>5 b. Caecum sanat<br/>petens palatium,<br/>Ab obsesso<br/>fugat daemonium,<br/>Perit leo,<br/>quem habet obvium,<br/>Et reginae<br/>mittatur odium.</p> |
| <p>6 a. Pietatis adfluentis<br/>Pectus movet vox deflentis<br/>Matris propter filium;</p>                                                             | <p>6 b. Matris dolor revocato<br/>A defunctis sibi nato<br/>Remigrat in gaudium.</p>                                                                       |
| <p>7 a. Fratrum quies molestat,<br/>Sed clausarum castigatur<br/>Avium garrulitas.</p>                                                                | <p>7 b. Prata vertens grex porcorum<br/>Fit repente grex hircorum,<br/>O miranda novitas!</p>                                                              |
| <p>8 a. O mirande transformator,<br/>Nove rerum immutator<br/>Sanitatum reparator,</p>                                                                | <p>8 b. Lux exempli, morum forma,<br/>Ad virtutes nos reforma<br/>Atque Christo sic conforma,</p>                                                          |
| <p>9 a. Ut in regno claritatis<br/>Nobis sibi conformatis<br/>Rex aeternae caritatis</p>                                                              | <p>9 b. Vitae donet praemia,<br/>Amen dicant omnia,<br/>Succurrat laetania.</p>                                                                            |

Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?]. A. — Miss. Macloviense imp. Rothomagi 1503. B. — 1 a, 3 Quam A. — 3 a, 4 elisit A. — 4 a, 4 subiit A. — 5 a, 5 ludente AB. — 5 b, 5 Perit AB. — 5 b, 6 habuit AB. — 6 a, 3 Mater A. — 9 a, 3 claritatis AB.

#### 284. De sancto Savino.

- |                                                                                                |                                                                                          |
|------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Adest nobis venerandus<br/>Praesens dies et optandus<br/>Toto mentis gaudio</p>        | <p>1 b. De Savini, gloriosi<br/>Patris nostri ac patroni,<br/>Festo beatissimo.</p>      |
| <p>2 a. Hic confessor Christi dignus<br/>Prudens fuit ac benignus<br/>In cunctis operibus,</p> | <p>2 b. Simplex, rectus et quietus,<br/>Humilis et mansuetus<br/>Omnibus fidelibus.</p>  |
| <p>3 a. Placentinam urbem rexit<br/>Vigilanter et protexit<br/>Suis in temporibus.</p>         | <p>3 b. In cultura conditoris<br/>Contra bellum temptatoris<br/>Monitis et precibus.</p> |



- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>4 a. Haec fecit in spiritali,<br/>Nec ob hoc in temporali<br/>Defuit regimine;</p> <p>5 a. Quadam vice Padus ruens<br/>Super terram, undas urgens<br/>Occupat ecclesiae</p> <p>6 a. Sed antistes Christi mirus,<br/>Spe refulgens ut saphirus,<br/>Mittit monitorium</p> <p>7 a. Flumen cessit et recessit<br/>Et post haec nunquam excessit<br/>Sui cursum alvei,</p> <p>8 a. Pro hoc Christus, quem amavit,<br/>Corpus sibi revelavit<br/>Antonini martyris,</p> <p>9 a. Unde clero convocato<br/>Populoque congregato<br/>Pergit ad ecclesiam.</p> <p>10 a. Tali vita decoratus,<br/>Tantis signis adornatus<br/>Savinus clarissimus</p> <p>11 a. Ergo, fratres, veneremur<br/>Patrem nostrum et sectemur<br/>Ipsius vestigia,</p> | <p>4 b. Nam curans interiora<br/>Servavit exteriora<br/>Provido libramine.</p> <p>5 a. Praedia, possessiones,<br/>Fructus omnes et labores<br/>Editos ex semine.</p> <p>6 b. Pado, mandans atque iubens,<br/>Ut cessaret prorsus linquens<br/>Suum territorium.</p> <p>7 b. Sed de cetero sic stetit,<br/>Sicut sanctus vir praecepit<br/>In virtute Domini.</p> <p>8 b. Monens, ut removeretur<br/>Et in tumba conderetur<br/>Victoris pontificis.</p> <p>9 b. Ubi mox sex advenerunt<br/>Praesules, qui dicaverunt<br/>Martyris memoriam.</p> <p>10 b. Modo gaudet cum electis,<br/>Modo sedet cum perfectis<br/>In supernis sedibus.</p> <p>11 b. Ut in caelis collocemur<br/>Et cum ipso gloriemur<br/>Per aeterna saecula.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Collectan. ms. Placentinum saec. 12/13. Cod. Capit. Placentin. 65. add. saec. 13. — Mit Melodie. — 4 a, 1 Nec fecit. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

285. De sancto Sebald.

- |                                                                                                                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                                                                                                          |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Hymnum canat plebs iucunda,<br/>Psallat clerus mente munda,<br/>Plaudant simul laetabunda<br/>Angelorum agmina</p> <p>2 a. Coruscantem infinite<br/>Mortem post et moram vitae,<br/>Qui conscriptam tenet rite<br/>Legendam cum historia.</p> | <p>1 b. Summo regi, qui direxit<br/>Atque Nuremberg invexit<br/>Confessorem, quem dilexit,<br/>Clara per miracula.</p> <p>2 b. Stirpe de regali natus,<br/>Sanctitate comprobatus<br/>Est a Christo collocatus<br/>Ad caeli sedilia.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                              |                                                                                                                   |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3 a. Serto paradisi florum<br/>Coronatus beatorum<br/>Inter turmas confessorum<br/>Rutilat in gloria.</p> | <p>3 b. O Sebalde, Christi care,<br/>Velis nobis impetrare,<br/>Deus ut dignetur dare<br/>Tecum caeli gaudia.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

4. Praestet pater hoc et natus,  
Praestetque amborum flatus,  
Trinus, unus conformatus  
Saeculorum per caecula.

Brev. ms. Trebonense saec. 15. Cod. Pragen. VI F 20. — 2 a, 3 u. 4 scheint entstellt zu sein. — Die Melodie „*Verbum bonum et suave*“ bekundet, dafs es sich um Sequenz handelt, die als ein Hymnus benützt wurde; so dürfte auch die überschüssige Strophe 4 eine spätere Zutat sein. Besonders der Umstand, dafs sie eine Doxologie ist, begründet diese Vermutung.

286. De sancto Servatio.

- |                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                   |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Salus data Galliae<br/>Dono Dei gratiae,<br/>Beatus Servatius,<br/>De genere Mariae<br/>Illuxit ecclesiae<br/>Solis uti radius.</p>                          | <p>1 b. Gaudium nostrae spei,<br/>Sicut stella diei,<br/>Fulsit in templo Dei,<br/>In quo spem habent rei<br/>Eius prece provehi<br/>Aeternae requiei.</p>        |
| <p>2 a. Tus ut ignis ardore<br/>Dulcifluo odore<br/>Circumquaque spargitur,<br/>Sic istius dignitas,<br/>Almiflua sanctitas<br/>Per mundum extenditur.</p>           | <p>2 b. Nam fulget virtutibus,<br/>Quas Deus potentibus<br/>Impendit fidelibus,<br/>Ipsam requirentibus<br/>Pro snis excessibus<br/>Sancti huius precibus.</p>    |
| <p>3 a. Mira abstinentia<br/>Sugentis infantia<br/>Praeter morem claruit,<br/>In die ab ubere<br/>Semel Dei munere<br/>Lactatus abstinuit.</p>                       | <p>3 b. Spectabilis iuvenis,<br/>In verbis, factis lenis,<br/>Solimam aggreditur,<br/>Christi factus hostia<br/>Per multa ieiunia,<br/>Quibus hic affligitur.</p> |
| <p>4 a. Hinc sacerdos effectus,<br/>Cum angelo profectus<br/>Fit urbi Tongrensium<br/>Praesul, gemma praesulum;<br/>Angelus dat baculum<br/>In conspectu omnium.</p> | <p>4 b. Quantis signis claruit.<br/>Quam sanctus apparuit<br/>Hoc in episcopio,<br/>Soli Deo est scire,<br/>Cui studuit servire<br/>Opere, consilio.</p>          |

- |                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                  |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>5 a. O sanctum pontificem,<br/>O populum felicem,<br/>Tali dignum pastore,<br/>Regi caeli dilecto,<br/>Ab angelo electo<br/>Non hominum favore;</p>   | <p>5 b. Qui haeresim Efratae<br/>Catholico dogmate<br/>Destruendam docuit;<br/>Ipsum vero damnatum<br/>Ob erroris reatum<br/>Degradandum censuit.</p>            |
| <p>6 a. Lapis altaris fractus,<br/>Manu sacrata tactus,<br/>Integer efficitur;<br/>Populus a dracone,<br/>Cuius vexatione<br/>Perit, liber redditur.</p> | <p>6 b. Cum Roma revertitur,<br/>Capitur et trahitur<br/>Imperante Attila;<br/>Ad solem exponitur,<br/>Sed nequaquam laeditur<br/>Obumbrante aquila.</p>         |
| <p>7 a. Petro salutifero<br/>Non impar clavigero<br/>Meruit accipere<br/>Potestatem tam gratam,<br/>Per clavem ei datam,<br/>Ligare ac solvere.</p>      | <p>7 b. Nota Dei amicum,<br/>Cui de caelo sericum<br/>Angeli attulerunt;<br/>Quem vivum dilexerunt,<br/>Mortuo servierunt,<br/>In caelum sustulerunt.</p>        |
| <p>8 a. O beate Servati,<br/>Commenda deitati<br/>Servos tibi deditos;<br/>Caeli iungens civibus<br/>Tuis purga precibus<br/>Peccatis implicitos.</p>    | <p>8 b. Te quaerentes ex corde,<br/>Expiatos a sorde<br/>In extremis visita<br/>Et, sicut consuevisti,<br/>Introduc regno Christi<br/>Per eum, qui est vita.</p> |

9. Da, Deus, ut sit ita.

Grad. ms. Averbodiense saec. 15. Cod. Averbodien. s. n. A. — Miss. ms. Averbodiense saec. 15. Cod. Averbodien. s. n. B. — Miss. ms. Parchense anni 1539. Cod. Bruxellen. II. 2347. 2. C. — 5 b, 2 In factis verbis C. — 4 a, 3 Tungrensium AB. — 5 b, 1 Eufratae AB. — 5 b, 3 censuit AB. — 6 b, 1 Dum C. — 6 b, 4 A solem C. — 7 b, 4 Et quem B. — 8 a, 4 iungens AB.

287. De sancto Sigismundo.

- |                                                                                                   |                                                                                      |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Inclite rex regum,<br/>Tibi suppeditantur<br/>Quaeque, nam rotundum<br/>Regis mundum;</p> | <p>1 b. Ornatu qui regio<br/>Limatoque gladio<br/>Regem decoras<br/>Sigismundum.</p> |
| <p>2 a. Hunc patronum pro solacio<br/>Nostri cordis elegit ratio,</p>                             | <p>2 b. Angelino qui palatio<br/>Residet; dinoscat omnis natio.</p>                  |
| <p>3 a. Nostris ergo mentibus<br/>Medere tabentibus,<br/>Ut consequamur caelica,</p>              | <p>3 b. Neumata quo modulizant<br/>Ac dulcisonarum tonant<br/>Fidium angelica.</p>   |

- |                                                                                          |                                                                                        |
|------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>4 a. Eternarum negotiator<br/>Mercium, curator<br/>Tuorum, precamina funde,</p>       | <p>4 b. Sit nobis ut portio<br/>Tuo cum consortio,<br/>Christi martyr, Sigismunde.</p> |
| <p>5 a. Pater et patrone,<br/>Tu nos in agone<br/>Ne deseras certaminis.</p>             | <p>5 b. Occidamur ne mucrone,<br/>Praemium sed coronae<br/>Confer luctaminis.</p>      |
| <p>6 a. Leoninis dum insultibus<br/>Horrendis atque vultibus<br/>Aspidis infestamur.</p> | <p>6 b. Offendi tu non sinas<br/>Illius nos per minas,<br/>Pie te exhortamur.</p>      |
| <p>7 a. Nempe tu scis,<br/>Quia potes, si vis,<br/>Gubernare tibi modulizantes.</p>      | <p>7 b. In imperantis solio<br/>Peccati dempto lolio<br/>Locet te laudantes</p>        |

8. Ecclesiae per spatia  
Ut fideles Christi gratia,  
Constanter flagitamus.

Miss. ms. Alrispacense saec. 15. Clm. Monacen. 2873. A. — Miss. ms. incert. origin. saec. 15. Clm. Monacen. 23 276. B. — 3b, 2 tonant dulcisonarum AB. — Das Akrostichon „Iohannes Poloniae“ nennt uns den Dichter, der identisch ist mit dem Johannes Volf Poloniae in der Hieronymus-Sequenz „Iucundare Sion“ (oben, Nr. 156); übrighens verrät schon die gleiche, an Unebenheiten reiche Behandlung des Rhythmus und Reimes denselben Verfasser.

288. De ss. Silvano et Silvestro.

- |                                                                                             |                                                                                               |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Gratuletur plebs fidelis,<br/>In terra pax et in caelis<br/>Deo detur gloria,</p>   | <p>1 b. Qui Silvanum sublimavit<br/>Et cum sanctis collocavit<br/>In caelesti curia.</p>      |
| <p>2 a. Hic est, per quem crediderunt<br/>Veteremque reliquerunt<br/>Errorem increduli,</p> | <p>2 b. Unus ex his, quos vocavit<br/>Et per orbem delegavit<br/>Pius auctor saeculi.</p>     |
| <p>3 a. Romae Petrum est secutus,<br/>A quo fuit constitutus<br/>Seminator fidei,</p>       | <p>3 b. Cui Silvester sociatur;<br/>Per hos fides propagatur,<br/>Per hos coepit provehi.</p> |
| <p>4 a. Cum Silvester decessisset<br/>Desolatusque redisset<br/>Ad Petrum discipulus,</p>   | <p>4 b. Quo sepultus suscitatur,<br/>Pastoralis ei datur<br/>Virga sive baculus.</p>          |
| <p>5 a. Ibant ergo praedicantes,<br/>Verbum vitae seminantes<br/>Totam per Italiam,</p>     | <p>5 b. Claudis gressum restaurantes,<br/>Caecis visum, effugantes<br/>Omnem idolatriam.</p>  |

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>6 a. Se Rodeva sanctis iunxit,<br/>Quam caelestis pater nxit<br/>Unctione spiritus;</p> <p>7 a. His auditis perturbatur<br/>Et, quo isset, sciscitatur<br/>Sponsus eius saeviens;</p> <p>8 a. Fervens igne caritatis<br/>Adest virgo; detroncatis<br/>Naso, labris, auribus</p> <p>9 a. Dum festinant recedentes<br/>Et per viam gradientes<br/>Milites, qua venerant,</p> <p>10 a. Omni ope destituti<br/>Mox, ut sancti provoluti<br/>Complexi sunt genua,</p> | <p>6 b. Hanc Silvanus baptizavit,<br/>Et hanc sibi desponsavit<br/>Patris unigenitus.</p> <p>7 b. Locum sibi designatum<br/>Adit secum comitatnm<br/>Militum accipiens.</p> <p>8 b. Sanat eam vir virtutis,<br/>Coram cunctis restitutus<br/>Loco suo partibus.</p> <p>9 b. Loco sicco demerguntur.<br/>Renitentes relabuntur,<br/>Surgere non poterant.</p> <p>10 b. Supplicat, ut baptizentur,<br/>Christum Deum confitentur,<br/>Cui laus sit perpetua.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Miss. Bituricense imp. Parisiis 1493. A. — Miss. Bituricense imp. Parisiis 1522. B. — 7 a, 2 quo esset A. — 7 b, 2 Addit AB.

289. De ss. Simone et Iuda.

1. Dies festiva,  
dies sancta,  
dies praefulgida,  
piorum votis exoptata,
- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2 a. Hodie de caelo<br/>rutilans alto<br/>gaudia reportat<br/>toti felicia mundo<br/>digneque colendos<br/>exhibet patronos;</p> <p>3 a. Hi viri virtutum<br/>ad clementis Dei nutnm<br/>Persidis dnm regionem<br/>fnissent ingressi,<br/>semen verbi Dei</p> <p>4 a. Ad quorum doctrinam<br/>salubrem et divinam<br/>evacuato<br/>gentilium ritu<br/>fidei lumine Persis<br/>illustrata,</p> | <p>2 b. Quorum in honore<br/>pulso tepore<br/>dulci melodia<br/>divinas mulceat aures<br/>plebs pia, plebs sancta,<br/>plebs benedicta.</p> <p>3 b. Sub spe non inani<br/>in terram cordis humani<br/>studiose miserunt<br/>et falsa docentes<br/>magos expulerunt.</p> <p>4 b. Linqvens nocituram<br/>idolorum culturam,<br/>ad cultum veri<br/>conversa est Dei<br/>divinis et eloquiis<br/>mancipata.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                           |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>5 a. Hi sunt viri<br/>         misericordiae,<br/>         Per quos curantur<br/>         multae miseriae,<br/>         Caeli ianitores,<br/>         orbis doctores,<br/>         ministri gratiae,<br/>         fidei lucernae,<br/>         duces incliti,<br/>         prorsus miraculosa<br/>         a Deo virtute praediti.</p> | <p>5 b. Hi virtuoso<br/>         suo precamine<br/>         Pestes morbosque<br/>         pellunt ab homine,<br/>         Caecos illuminant,<br/>         leprosos mundant,<br/>         virtute gratiosa<br/>         daemon expellitur,<br/>         mutus loquitur,<br/>         vita mortuis redditur,<br/>         claudus sano pede graditur.</p> |
| <p>6 a. O gloriosi<br/>         Amici Dei,<br/>         O misericordes<br/>         languidorum mediatores,<br/>         ecclesiae columnae fortes,<br/>         Simon Chananaee<br/>         atque Iuda Thaddaeae,</p>                                                                                                                   | <p>6 b. Quorum sollemnem<br/>         Agimus diem,<br/>         Vestrae pietati<br/>         supplicamus, ut Deo patri<br/>         nos commendetis et veniam<br/>         peccatorum nobis<br/>         orantes impetretis.</p>                                                                                                                        |
| <p>7 a. Audi nos,<br/>         Iesu, pro quibus<br/>         Iudae caritas preces edit;</p>                                                                                                                                                                                                                                               | <p>7 b. Salva nos,<br/>         Christe, pro quibus<br/>         Simonis virtus intercedit.</p>                                                                                                                                                                                                                                                         |
| <p>8 a. O rex aeternae gloriae,<br/>         qui solus militantis es<br/>         adiutor ecclesiae,</p>                                                                                                                                                                                                                                  | <p>8 b. Sanctorum piis precibus<br/>         esto tuae placabilis<br/>         et pius familiae,</p>                                                                                                                                                                                                                                                    |
9. Ut fide fideique  
operibus redimita  
tuaque munita  
protectionis gratia  
feliciter ista  
migret de vita.

Miss. ms. Cellae Principum anni 1487. Clm. Monacen. 7204. — 2 a, 5 colentes. — 2 b, 3 dulcia. — 3 a, 3 praesides dum. — 5 a, 9 duce. — 6 b, 5 sq. et peccatorum nobis veniam. — 7 b, 3 Simon intercedat. — Melodie natürlich: Ave praeclara; vielfach ist der Reim (durchweg in den 2 ersten Versen jeder Halbstophe) oder doch Assonanz zur Anwendung gelangt, wie dieses öfters in den Sequenzen nach diesem Schema der Fall ist.

## 290. De ss. Simone et Iuda.

### 1. Gaude, mater ecclesia,

- |                                                          |                                                          |
|----------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------|
| <p>2 a. Tali partu sponsa<br/>         Deo condigna;</p> | <p>2 b. Numerosa prole<br/>         gaudes, intacta.</p> |
|----------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                         |                                                                                                                                  |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 3 a. Hac die<br>gemellum edidisti foetum,<br>Christo conregnaturum;                                                                     | 3 b. Nec tamen<br>soli scandunt senatum caeli<br>Simon atque Thaddaeus.                                                          |
| 4 a. Nam Persarum ducunt secum<br>regem, ducem, populum,<br>Quos converterunt<br>praedicando<br>et dicta signis<br>validis confirmando. | 4 b. Fana daemonum diruentes,<br>magica confutantes<br>Templa Domino<br>fabricarunt<br>et clerum cuncti<br>ordinis consecrarunt. |
| 5 a. Ob hoc occisi<br>thronos possident poli<br>. . . . .                                                                               | 5 b. Rursus venturi<br>causas censere mundi<br>in iudicio Dei,                                                                   |
| 6. Nobis, sancti, estote<br>pii precatores pro culpis<br>nunc apud Deum,<br>ut indemnes<br>simus in aevum.                              |                                                                                                                                  |

Tropar. ms. Cremifanense saec. 12<sup>13</sup>. Cod. Cremifanen. 309. add. saec. 13. A. — Miss. ms. Pataviense saec. 15. Cod. Praedicat. Vindobonen. 18. B. — Miss. ms. Pataviense saec. 15. Cod. Hilarien. 8. C. — Miss. ms. 8. Nicolai ad Strudem anni 1458. Cod. Hilarien. 10. D. — Miss. ms. Montisapriini saec. 15. Clm. Monacen. 5912. E. — 2a, 1 sponso A. — 3a, 2 addidisti B. — 3b, 1 Haec tamen. B. — 4a, 5 et fehlt ADE. — 4b, 2 magicam artem BCD, artem magicam E. — 5a, 1 occisi fehlt A. — 5b, 3 iudicio Domini E.

291. De sancto Sixto.

1. Laudes Christo  
et sancto Sixto,

- |                                                                                        |                                                                                       |
|----------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. [Christo] ceu regi,<br>Sixto ut fideli<br>psallat ecclesia;                       | 2 b. Huius sacerdotio<br>regnum perpetuo<br>stat a principio.                         |
| 3 a. Hac (in) die<br>caelestis curia<br>Christo principi,                              | 3 b. Romana<br>plaudat et congrue<br>Sixto praesuli,                                  |
| 4 a. Et machina<br>mundi trifaria<br>digne celebret gaudia,<br>quod regnat Dei gloria; | 4 b. Nam deitas<br>trina et unica<br>sua praestitit gratia<br>sancti Sixti praeconia. |
| 5 a. Alta Graecorum<br>ortus prosapia<br>iste christigena,                             | 5 b. Apud Athenas<br>archiphilosophus<br>et vir magnificus                            |

- |                                                                                                                      |                                                                                                             |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>6 a. Platonicum post sophisma<br/>hic apostolicum<br/>secutus est<br/>christianisma.</p>                          | <p>6 b. Hunc perfectum prudentia<br/>miratur Graecia<br/>necnon Roma,<br/>mundi domina.</p>                 |
| <p>7 a. Valerianum<br/>sprevit cum Decio<br/>ecclesiastica<br/>dans Laurentio;</p>                                   | <p>7 b. Sacrificando<br/>se hostiam vivam<br/>adipiscitur<br/>regni gloriam.</p>                            |
| <p>8 a. O mortis commercium<br/>insigne,<br/>quo fit per supplicium<br/>vivens sacerdotium!</p>                      | <p>8 b. O virum mirabilem<br/>et sanctum,<br/>qui nil Christo praetulit,<br/>quem totus excoluit!</p>       |
| <p>9 a. Hic pontifex<br/>et virtutum artifex,<br/>qui se ipsum hodie<br/>immolat,<br/>post mortem vitam innovat.</p> | <p>9 b. Deus erat<br/>illi semper in ore,<br/>Deus in opere,<br/>hinc inde<br/>quem fovit Deus undique.</p> |
| <p>10 a. Gloria et honor<br/>Domino Iesu Christo<br/>sint et laudes debitae<br/>sancto Sixto,</p>                    | <p>10 b. Cuius erectum est<br/>cornu in sanctitate;<br/>benedicamus Deum<br/>in trinitate.</p>              |

Miss. ms. Alrispacense saec. 15. Clm. Monacen. 2873. — 3 a, 3 princeps. — 3 b, 3 praesule. — 9 a, 4 vel strenue immolat. — Melodie wohl: *Almae festa* (Anal. Hymn. X, Nr. 301); hier wie dort ist die Ungleichheit der Silbenzahl in der 2. Strophe.

### 292. De sancta Sophia.

- |                                                                                                                                |                                                                                                                                               |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Iucundum sit eulogium,<br/>Quod neuma prodit cordium,<br/>Cum caelestes ierarchiae<br/>Festum hymnizent Sophiae.</p>   | <p>1 b. Olympi ovat solium<br/>Harum foetu nobilem,<br/>Quas fovet, et eximiae<br/>Alma mater ecclesiae.</p>                                  |
| <p>2 a. Non deplorat puellulas<br/>Poenis strictas tenellulas,<br/>Dum has Sophia protulit<br/>Et Domino libamen obtulit.</p>  | <p>2 b. <i>Fides</i> supernas speculas<br/>Pergirat et cavernulas,<br/>Ustum cratem cum pertulit<br/>Et mucronis sententiam sub-<br/>iit.</p> |
| <p>3 a. Videte nunc miraculum,<br/>Quod <i>Spes</i> mundi umbraculum<br/>Vase vicit conflabili,<br/>Vento flante ignibili.</p> | <p>3 b. Summum floret signaculum,<br/>Totale cum piaculum<br/>Poena necat transibili<br/><i>Charitas</i>, sponsa dulcis Dei.</p>              |



- |                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>4 a. Quam dira mutilatio<br/>Et manuum detruncatio<br/>Potentem fecit heredem<br/>Seraphicam tenens sedem.</p>                                | <p>4 b. En, pulchra velut ratio,<br/>Cur Sophiam felix datio<br/>Ad eius locavit pedem,<br/>Qui caelicam regit aedem.</p>                      |
| <p>5 a. Septenis hoc fit necibus<br/>Mundum linquens<br/>    suis cum faecibus,<br/>Suas dum quaerit filias<br/>Mater [atque] poli familias.</p> | <p>5 b. Oramus piis fletibus,<br/>Ut demptis<br/>    Phlegentontis letibus<br/>Sanctarum per reliquias<br/>Nos tibi, Christe, frui facias.</p> |

Miss. ms. S. Apollinaris in Saeczka saec. 14. Cod. Mus. Bohem. XVI B 8. A. — Miss. ms. Cracoviense anni 1438. Cod. Capit. Cracovien. 2. B. — 1 a, 2 prodit B. — 1 a, 3 caelestis B. — 1 a, 4 Festa hymnizant B. — 2 b, 1 superna speculans B. — 2 b, 2 Giravit B. — 3 a, 2 Spes vidit umbraculum B. — 3 b, 2 pinaculum B. — 4 a, 1 dura B. — 4 a, 2 manum B. — 4 a, 4 tenens fidem B. — 5 a, 1 hoc fehlt B. — 5 a, 5 Mater fehlt B. — 5 b, 1 fehlt A. — 5 b, 4 Sanctorum B. — 5 b, 5 fingi facias B.

293. De sancto Stanislao.

- |                                                                                                   |                                                                                                |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Sancte Dei pontifex,<br/>    Sis reorum opifex,<br/>    Patriae praesidium,</p>           | <p>1 b. Boleslaus carnifex<br/>    Quem occidit, Christi lex<br/>    Dum sibi praedicatur.</p> |
| <p>2 a. Sed concisus gladiis<br/>    Illustratur radiis<br/>    Missae lucis caelitus;</p>        | <p>2 b. Funeri obsequitur<br/>    Ales, dum insequitur,<br/>    Quidquid hoc prosequitur.</p>  |
| <p>3 a. Reintegrat caelicus<br/>    Membra sparsim medicus<br/>    Laniata primitus.</p>          | <p>3 b. Ad te clamant miseri,<br/>    Tu succurre celeri<br/>    Eis medicamine.</p>           |
| <p>4 a. Functis vita redditur,<br/>    Leprae labes pellitur,<br/>    Oppressis pax mittitur;</p> | <p>4 b. Gressus beneficium<br/>    Claudis dans, officium<br/>    Ori muto tribuis.</p>        |
| <p>5 a. Stanislae, plebibus<br/>    Largire fidelibus<br/>    Tuis sacris precibus,</p>           | <p>5 b. Ut soluti nexibus<br/>    Peccatorum sedibus<br/>    Iungantur caelestibus.</p>        |

Miss. Teutonicorum imp. Nurembergae 1499. A. — Miss. Posnaniense imp. Cracoviae 1524. B. — 1 b, 3 Sibi dum B. — 2 a, 2 Illustraris A. — 2 b, 3 Quidquid haec A. — 4 a, 1 Cunctis A, reddatur (ebenso Konjunktiv in 4 a, 2 u. 3) A. — 4 b, 3 Ora mutis A. — 5 a, 3 sanctis B. — 5 b, 1 solutae B. — 5 b, 2 Peccatorum sordibus A. — 5 b, 3 Iungamur A. — Melodie: Veni sancte spiritus.

294. De sancto Stephano.

1. Alma, benigne Deus,  
pietate regens saecula,

- |                                                                                                                                       |                                                                                                                                                      |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Benedic omnia<br>tu corda clemens nostra,                                                                                        | 2 b. Clare harmonia<br>te laudantia pulchra.                                                                                                         |
| 3 a. Dignanter<br>accepta servorum,<br>rex aeternae, praecordia,                                                                      | 3 b. Ex tua<br>concinit gratia<br>quae nostra praedilectis lyra,                                                                                     |
| 4 a. Fortissima<br>concelebrans Stephani<br>protomartyris bella<br>per te definita.                                                   | 4 b. Gande, turba<br>levitica, mellea<br>concrepa nunc organa,<br>hac die exsulta.                                                                   |
| 5 a. Hostia viva<br>in Domino faciebat<br>iste signa<br>plebi magna;                                                                  | 5 b. In Indaeorum<br>gente superba increpat<br>obdurata<br>iustus corda.                                                                             |
| 6 a. Caritas Dei<br>cuius replebat<br>mentis intima<br>et benignitas,<br>his vincebat<br>eorum insanas<br>victici minas<br>patientia; | 6 b. Laudum car[mina<br>sanctus] integrat<br>dicens: „optima<br>Christi pietas,<br>ne statuas<br>i[llis haec pecc]atum<br>vulnera . . .<br>. . . . . |
| 7 a. M . . .<br>atria facit<br>rutilans . . .<br>[an]gelica                                                                           | 7 b. Nilque pavens<br>dicit cantica<br>citharaque can[it]<br>Davidica.                                                                               |
| 8 a. O beata<br>lans sanctorum sola,<br>Iesu, nostra<br>vota considera.                                                               | 8 b. Prece sancta,<br>protomartyr, vera<br>in doctrina<br>nosmet corrobora,                                                                          |
| 9 a. Quem inflammata<br>petit turba<br>mole saxea                                                                                     | 9 b. Rite praeclara<br>tollentem ad<br>alta lumina.                                                                                                  |

- |                                                                                                                                                   |                                                                                                                                              |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>10 a. „Sacra“, inquit, „regna<br/>cerno patefacta<br/>caelica,<br/>Iustorum agmina<br/>Christum laudantia omnia<br/>in sempiterna saecula,</p> | <p>10 b. Tergentem crimina<br/>Iesum, in dextera<br/>paterna<br/>Stantem, mirifica<br/>clarum intueor corona<br/>magna quoque potentia.“</p> |
| <p>11 a. Ut impia<br/>haec audivit turba,<br/>quassat Stephani<br/>membra valida;</p>                                                             | <p>11 b. Xristicola<br/>stat fortis et orat,<br/>felix praemia<br/>petit aeterna.</p>                                                        |
| <p>12 a. Ymni melodia<br/>te, Christe, collaudat</p>                                                                                              | <p>12 b. Zelo nostra tuba<br/>tuo plenissima.</p>                                                                                            |

13. Huius patris per sancta  
merita nos, Iesu, salva.

Trop. ms. Nivernense saec. 11. Cod. Parisin. 9449. — 5 a, 3 Stephanus iste. — Melodie: Aulae supernae (Anal. Hymn. VII, Nr. 163).

295. De sancto Stephano.

- |                                                                                           |                                                                                                 |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Rosa novum dans odorem<br/>Ad ornatum ampliozem<br/>Regiae caelestis</p>          | <p>1 b. Ab Aegypto revocatur,<br/>Illum sequi gratulatur,<br/>Cuius erat testis.</p>            |
| <p>2 a. Genus nequam et infaustum,<br/>Qui se fecit holocaustum,<br/>Afficit indigne</p>  | <p>2 b. Eum, quod in Christum cre-<br/>dit,<br/>A quo tamen non recedit<br/>Passionis igne.</p> |
| <p>3 a. Gaudet carne purpurata,<br/>Flexo genu, voce grata<br/>Pro Iudaeis orans,</p>     | <p>3 b. Ut non illis imputetur,<br/>Quia gratis pateretur,<br/>Facinus ignorans.</p>            |
| <p>4 a. Constitutum in spe certa<br/>Certiorat rex aperta,<br/>Quando Iesum vidit</p>     | <p>4 b. Stantem patris in virtute,<br/>Tunc ad petram pugnans tute<br/>Parvulos allidit.</p>    |
| <p>5 a. Uva data torculari<br/>Vult pressuris maculari,<br/>Ne sit infecunda;</p>         | <p>5 b. Martyr optat petra teri<br/>Sciens munus adaugeri<br/>Sanguinis in unda.</p>            |
| <p>6 a. Nos, qui mundi per desertum<br/>Agitatur in incertum,<br/>Stephanum sequamur,</p> | <p>6 b. Ut securi tanto duce<br/>Trinitatis vera luce<br/>Iugiter fruamur.</p>                  |

Prosar. ms. Parisiense saec. 13/14. Cod. Commun. Assisien. 695. A. — Collect. ms. Victorinum saec. 15. [13. 16.] Cod. Parisin. 14872. B. — 2 b, 1 Et quod AB. — 3 b, 3 Populus ignorans B. — 4 b, 1 Tandem A. — 5 a, 3 Nescit A. — 6 b, 1 tanto dulce B. — Cfr. Gautier, Adam de St. Victor I, p. 223 sqq.

296. De sancto Stephano.

- |                                                                                     |                                                                                    |
|-------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Laetabundus<br>Sit martyrur choro cantus<br>Alleluia.                          | 1 b. Ecce, primus,<br>Nec secundus talis, tantus;<br>Res miranda!                  |
| 2 a. Per protomartyrium<br>Capit testimonium<br>Sol de stella.                      | 2 b. Fit regula testium,<br>Specula caelestium<br>Semper clara.                    |
| 3 a. Sicut Christus precibus<br>Profuit hic hostibus<br>Pari forma.                 | 3 b. Fidem probat actibus,<br>Quae nullis terroribus<br>Fit corrupta.              |
| 4 a. Angelus apparuit,<br>Sic mire respenderit<br>Valle nostra.                     | 4 b. Vere beatus fuit<br>Vir, cui caelum patuit<br>Carne sumpta.                   |
| 5 a. Synagogae studia<br>Probatque consilia<br>Per scripturae studia<br>Esse caeca. | 5 a. Per multa prodigia<br>Nimis mirabilia<br>Protestatur omnia<br>Haec praedicta. |
| 6 a. Terrestris aspera<br>Noverca vulnera<br>Dat Ierusalem,<br>gens misera.         | 6 b. Caelestis libera<br>Beata munera<br>Pia tribuit<br>puerpera.                  |

Miss. ms. Romanum saec. 14. Cod. Parisin. 827. — 1 a. 2 chorus. — 5 a, 3 studia, gleiches Schlufswort wie in 5 a, 1, erscheint verdächtigt. — Melodie: Laetabundus.

297. In Octava s. Stephani.

- |                                                                  |                                                                   |
|------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Laetabundus<br>Grata voce pangat coetus<br>Alleluia;        | 1 b. Protomartyr<br>Mortem spernit, subit laetus;<br>Res miranda! |
| 2 a. Stephanum constantia<br>Sua replet gratia<br>Sol de stella. | 2 b. Huius per suffragia<br>Patrantur prodigia<br>Semper clara.   |
| 3 a. Satrapis ut sistitur,<br>Angeli conspicitur<br>Pari forma.  | 3 b. Martyris in odium<br>Mens errore testium<br>Fit corrupta.    |

- |                                                                                                       |                                                                                                |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>4 a. Hostiam se dedicat<br/>Hic Christo, quem praedicat<br/>Valle nostra;</p>                      | <p>4 b. Dissecantes despicit,<br/>Iesum stantem suspicit<br/>Carne sumpta.</p>                 |
| <p>5 a. Legem novam approbat,<br/>Synagogae reprobat<br/>Figmenta, quae comprobat<br/>Esse caeca;</p> | <p>5 b. Assistenti populo<br/>Legati pro patulo<br/>Convincit miraculo<br/>Haec praedicta.</p> |
| <p>6 a. Condonet scelera,<br/>Mente quem effera<br/>Saxis obruit<br/>Gens misera;</p>                 | <p>6 b. Possidet aethera,<br/>Vitaeque munera<br/>Dat, quem genuit<br/>Puerpera.</p>           |

Miss. Autissiodorensis imp. Parisiis [1484?]. — Melodie: Laetabundus.

298. De sancto Stephano.

- |                                                                                             |                                                                                               |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Post triumphum summi regis<br/>Primus pugil novae legis<br/>Nova bella ingerit.</p> | <p>1 b. Hic est Stephanus levita,<br/>Qui de fide, nostra vita,<br/>Cum Iudaeis disserit.</p> |
| <p>2 a. Almo plenus flamine<br/>Solus in certamine<br/>Stabat imperterritus,</p>            | <p>2 b. Signa et prodigia<br/>Faciens ingentia<br/>Miles Christi inclitus.</p>                |
| <p>3 a. Quod Iudaei dedignant<br/>Surrexerunt, disputantes<br/>Cum eodem pariter;</p>       | <p>3 b. Sed nequibant eius dictis<br/>Contraire, quae ex scriptis<br/>Probat mirabiliter.</p> |
| <p>4 a. Tunc gens illa misera,<br/>Se ex sua litera<br/>Superatam intuens,</p>              | <p>4 b. Dissecatur cordibus,<br/>Stridet in hunc dentibus<br/>Motum suum innuens.</p>         |
| <p>5 a. Sed, ut martyr roboretur,<br/>Caeli patent, et videtur<br/>Sibi Dei filius;</p>     | <p>5 b. Quo audito plebs profana<br/>Manus mittit ad insana<br/>Irruens velocius.</p>         |
| <p>6 a. Extra urbem pertrahit,<br/>Saxis quoque obruit<br/>Oratorem proprium;</p>           | <p>6 b. Qui tunc flexis genibus<br/>Magnis orat vocibus<br/>Regem regum omnium,</p>           |
| <p>7 a. Ut iisdem dimittatur,<br/>Quod levita lapidatur<br/>Sine causa nequiter,</p>        | <p>7 b. Spiritumque suum prendat<br/>Et eidem iam rependat<br/>Praemium feliciter.</p>        |

8 a. Et his dictis obiit,  
Caelos victor adiit  
Victurus perenniter,

8 b. Ubi Dei filium  
Pro delictis omnium  
Deprecatur iugiter.

Grad. ms. Modoetinum saec. 15. Cod. Capit. Modoetin. s. n. — 8 a, 2  
abiit. — Zum Anfange vgl. Anal. Hymn. XXXIX. Nr. 321.

299. In Inventione s. Stephani.

1 a. Stephani, Gamalielis,  
Abibon et Nicodemi  
Festa dignis laudibus

1 b. Recolamus, quod fidelis  
Gamaliel ipsos demi  
Iussit suis scrobibus,

2 a. Sepulturae docens locum  
Et per rosas et per crocum  
Ac metallum calatorum

2 b. Nominatim certificans  
Et his signis notificans  
Reliquias singulorum.

3 a. Namque tres erant aurei,  
Duo rosis albis pleni  
Et tertius rubeis,

3 b. Quartus erat ex argento  
Croco plenus; certitudo  
Sic redditur de eis.

4 a. Gamaliel, Nicodemus  
Albis rosis et Stephanus  
Rubeis, auro signatur

4 b. Abibon quidem argentum  
Et redolens crocus mundum  
Ab utero protestatur.

5 a. Haec sancta revelatio  
Facta est ter Luciano  
Et sancto Migetio,

5 b. Sed cum magno gaudio  
A Ierosolymitano  
Praesule translatio.

6 a. In quorum translatione  
Odoris emissione  
Sanitas est multis data,

6 b. Et ab aere siccitas  
Et a terra sterilitas  
Divinitus est sublata.

7 a. Igitur, sancti praedicti,  
Rogate, ut benedicti  
Ascribamur in gloria

7 b. Et, dum vivimus, mundari  
Mereamur et purgari  
A peccati scoria.

Miss. Briocense imp. Rothomagi s. a. [1502?]. A. — Miss. Macloviense  
imp. Rothomagi 1503. B.

300. De sancta Theodosia.

1 a. Virginis eximiae  
Festum Theodosiae  
Recolat ecclesia,

1 b. Quam dotarunt hodie  
Castitatis nuptiae  
Visione regia.

2 a. Haec aetate tenera  
Sprevit mente libera  
Carnis lenocinia

2 b. Et datis muneribus  
Iunxit se martyribus  
Clausis in custodia.

- |                                                                               |                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------|
| 3 a. Quorum sanctis precibus<br>Haurit a caelestibus<br>Agonis solacia;       | 3 b. Terrorem praetorii<br>Sprevit spes martyrii<br>Cum Dei fiducia.    |
| 4 a. Post haec luctam conserunt<br>Et de suis conferunt<br>Fides et perfidia; | 4 b. Virgo causa fidei<br>Tolerat eculi<br>Poenas et suspensia.         |
| 5 a. Fides armat virginem,<br>Praeses amat sanguinem<br>Ferali sententia.     | 5 b. Diversorum generum<br>Poenarum et verberum<br>Concurrit instantia. |
| 6 a. Laceratur uncinis<br>Sacrum corpus virginis<br>Lictoris insania,         | 6 b. Et suspensa crinibus<br>Fame et non dapibus<br>Vivit Dei gratia.   |
| 7 a. Inde flammis tradita<br>Et feris exposita<br>Vincit has et maria.        | 7 b. Tandem ictu gladii<br>Intrat terram gaudii,<br>Ubi pax et gloria.  |
| 8 a. Huius festum colimus<br>Et colendo psallimus<br>Sollenni laetitia.       | 8 b. Collaudemus igitur<br>Eum, pro quo patitur<br>Virgo Theodosia.     |

9. Deus, actor gratiae,  
Astanti familiae  
Donet vera gaudia.

Collect. ms. S. Lupi Trecensis saec. 10. et 11. Cod. Trecen. 1170. add. saec. 12/13. — Mit Melodie.

### 301. De sancto Thoma.

- |                                                                                                                                                     |                                                                                                                                            |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Gratuletur<br>fidelis populus<br>Hac in die,<br>qua prudens famulus<br>Stola Thomas,<br>Christi discipulus,<br>Decoratur.                      | 1 b. Laeta dies,<br>laeta victoria,<br>Qua beatus<br>Thomas in India<br>Lanceatus<br>victor in gloria<br>Laureatur.                        |
| 2 a. Hic est Thomas,<br>quem Christus docuit,<br>Hic est Thomas,<br>cui latus praebuit,<br>Hic est Thomas,<br>qui nobis profuit,<br>Dum non credit. | 2 b. Hic est Thomas<br>missus, ut praedicet,<br>Indos tamen<br>adire displicet,<br>Sed, cum Christus<br>se ducem pollicet,<br>Tunc obedit. |

- |                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                         |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>3 a. Hic est Thomas,<br/>quem ad convivium<br/>Regis servus<br/>percussit nimium,<br/>Sed mox canis<br/>extincti brachium<br/>Asportavit.</p> | <p>3 b. Hic est Thomas,<br/>qui post crepusculum<br/>Portis clausis<br/>intrans cubiculum<br/>Benedicens<br/>sponsam et sponsulum<br/>Baptizavit.</p>   |
| <p>4 a. Hic est Thomas,<br/>qui Heliophorum<br/>Vadens fecit<br/>regem Gondophorum<br/>Ac populum<br/>processu temporum<br/>Christianos.</p>     | <p>4 b. Hic est Thomas,<br/>qui paralyticos,<br/>Claudos, caecos,<br/>surdos, hydropicos,<br/>Ruptos, mutos,<br/>mancos, lunaticos<br/>Fecit sanos.</p> |
| <p>5 a. Hic est Thomas,<br/>qui deos despicit<br/>Et a morte<br/>defunctos elicit,<br/>Ignes parat,<br/>sed nihil proficit<br/>Rex Mesdeus.</p>  | <p>5 b. Hic est Thomas,<br/>cuius imperio<br/>Dei solis<br/>liquescit fictio,<br/>Quem transfixum<br/>profano gladio<br/>Vocat Deus.</p>                |
| <p>6 a. Te rogamus,<br/>o Thoma Didyme,<br/>Firma fide<br/>firmans firmissime,<br/>Nos infirmos<br/>fac fidelissime<br/>Operari.</p>             | <p>6 b. Te precamur,<br/>o Thoma, propera,<br/>Serva servos.<br/>pressos exonera,<br/>Post hanc vitam<br/>da vita libera<br/>Nos laetari.</p>           |

Miss. Parisiense imp. Parisiis 1585. — 2b, 7 Nunc.

### 302. De sancto Thoma.

1. Vox te iam nostra  
collaudat, inclite Thoma.
- |                                                                                                    |                                                                                            |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2 a. Tibi Christus sanctum latus<br/>dedit palpandum<br/>nostris vulneribus<br/>provisurus.</p> | <p>2 b. Hunc oportet, ut pulsemus<br/>cum precibus,<br/>nobis quo fiat<br/>iudex pius.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------|

Sequent. ms. Lunaelacense saec. 15. Cod. Vindobonen. 4977. — Vielleicht eine Nachahmung der Melodie „Victimae paschali“ in stark gekürzter Form. Ob unvollständig?



303. De s. Thomā Aquinate.

- |                                                                                                                                                    |                                                                                                                                                    |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Iucundetur in hac die<br>Nisu toto mentis piaie<br>Thomae plebs devotius,                                                                     | 1 b. Cuius ortum clarum vitae<br>Miris signis profert rite<br>Matri Dei nuntius.                                                                   |
| 2 a. Stirpem claram<br>Linquens infans, ut amaram<br>Rem detestans<br>saeculi lenocinium;                                                          | 2 b. Morum gratus<br>Praedicator fit beatus,<br>Sic patuit<br>viri sancti praesagium.                                                              |
| 3 a. Mater probat turri tutum,<br>Unde norat Dei nutum,<br>Hinc exsultat uberius.                                                                  | 3 b. Blanda voce ut anguilla<br>Titione caesa illa<br>It suggestrix celerius.                                                                      |
| 4 a. Pressa cruce humi stravit<br>Carnem, quam sibi rogavit<br>Muniri castitate;                                                                   | 4 b. Angelica manus cinxit<br>Lumbos eius et restrinxit<br>A luxus potestate.                                                                      |
| 5 a. Orans, mente Deo fixus,<br>Nullo fulcimento nixus<br>In aera cernitur;                                                                        | 5 b. O, quem probat vita pura,<br>Hic illaesus, a pressura<br>Carnis dum eximitur.                                                                 |
| 6 a. Christum crucis in tortura<br>Precans doctor mente pura,<br>Ut fremet eloquia,                                                                | 6 b. Crucifixus fans de cruce:<br>Bene de me, Thoma, tute<br>Exarasti omnia.                                                                       |
| 7 a. Scandens cathedrae fastigium<br>Nunquam sensit pestiferum<br>Stimulum tumoris.                                                                | 7 b. Curat febre furentem<br>Sangineque fluentem<br>Dei vis amoris.                                                                                |
| 8 a. Sidus missum caelo novum<br>Thomae signat mox transitum<br>De carnis ergastulo,                                                               | 8 b. Migrat doctor, praedicator,<br>Veritatis exarator,<br>Datus huic saeculo.                                                                     |
| 9 a. Corpus praesul reddit sacrum<br>Fossae Novae occultatum,<br>Exsultat fratrum contio;                                                          | 9 b. Fulget corpus miris novis,<br>Levat praesul divis donis,<br>Gaudet Tolosae regio.                                                             |
| 10 a. Pie pater, fer solamen,<br>Qui fuisti in tutamen<br>Aegris, caecis, surdis, claudis,<br>Defer scutum bonae laudis<br>Ante strictum iudicium. | 10 b. Thomas, iubar micans polo,<br>Duplum sertum fers in collo<br>Certantibus in agone,<br>Fac nos dignos mox coronae<br>Post huius vitae exitum. |

304. In Translatione s. Thomae Aquinatis.

- |                                                                                    |                                                                                    |
|------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. In praesenti incolatu<br>Festa Thomae cum conatu<br>Celebret ecclesia,        | 1 b. Gloriosus hic est natu<br>Et excedens doctoratu<br>Scripturae facetia.        |
| 2 a. Cuius ortus prophetatur,<br>Matri suae dum adfatur<br>Homo plenus spiritu:    | 2 b. Erit frater praedicator,<br>Veritatis indagator<br>Pro salute populi.         |
| 3 a. Ab ordine rapitur<br>Et in turri ponitur<br>Sicque captivatur,                | 3 b. Per puellae speciem<br>Eius innocentiam<br>Turbare conantur.                  |
| 4 a. Sed, cum ignis titione<br>Necnon bona ratione<br>Effugavit feminam,           | 4 b. Humili prostratione<br>Et magna devotione<br>Petit continentiam.              |
| 5 a. Ab angelo consolatur<br>Et cum stola circumdatur<br>Exsistens in carcere;     | 5 b. Sicque Thomas praeservatur<br>Nec in carne maculatur<br>A funesto scelere.    |
| 6 a. Petrus, Paulus veniunt,<br>Intellectum conferunt<br>Thomae dubitanti.         | 6 b. O quam magni meriti,<br>Cui cives caelici<br>Tales astant sancti!             |
| 7 a. Nullo prorsus fulcimento<br>Sustentatus, elevatus,<br>Sursum stans in aere.   | 7 b. Crucifixus commendabat,<br>Quod de ipso scriptitabat<br>Tam venusto schemate, |
| 8 a. Et mercedem promittebat,<br>Quam ab ipso deposcebat<br>Pro laboris praemio.   | 8 b. Nil terreni praeoptabat,<br>Solum Christum affectabat<br>Habere pro gaudio.   |
| 9 a. Laudes ergo decantemus<br>In hac die, iubilemus<br>Voce plena;                | 9 b. Psallat mater ecclesia<br>Pro doctoris scientia<br>Tam amoena.                |
| 10 a. Nunc ergo nos emendemus,<br>Sanctum Thomam invocemus<br>Prece semper sedula, | 10 b. Ut Iesu Christo conregnemus,<br>Ad promissa aspiremus<br>Sempiterna gaudia.  |

305. De s. Thoma Cantuariensi.

- |                                                                                           |                                                                                      |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Gaude, gemma praelatorum,<br>Consolator peccatorum,<br>Psalle cum tripudio;          | 1 b. Omnes tibi congaudendo<br>Iubilemus, te promendo<br>Carminum praeludio.         |
| 2 a. Praesul Christi gloriose,<br>Thoma, martyr pretiose,<br>Sanctitatis speculum,        | 2 b. Vernas tuos semper rege,<br>Ne damnemur falsa lege,<br>Sol illustrans saeculum. |
| 3 a. Stella splendens matutina,<br>Per quam lucet lux divina,<br>Taetram pellens nebulam, | 3 b. Te produxit stirps Anglorum<br>· · · · ·<br>Strictam tenens regulam.            |
| 4 a. Honor tuae puritatis<br>Dat candorem castitatis<br>Et decorem gratiae;               | 4 b. Aetas tuae iuventutis<br>Ornamentum est virtutis<br>Et lux pudicitiae.          |
| 5 a. Numen verum te vocavit<br>Tamquam Aaron, quem formavit<br>Sacro sacerdote,           | 5 b. Rore caeli dum purgavit<br>Tuam mentem, quam rigavit<br>Animae devotio.         |
| 6 a. In te signum<br>Fulget dignum,<br>A Maria,<br>Matre pia,<br>Consutum cilicium.       | 6 b. Capellano<br>Mox devoto<br>Corde sano,<br>Nisu toto<br>Tu reddis officium.      |
| 7 a. Diffamatur, fiunt plura,<br>Quae negantur a natura;<br>Sic cedunt miraculo;          | 7 b. Surgit sanus, qui gravatur<br>Febre, simul et curatur<br>Claudicans in baculo.  |
| 8 a. Tandem martyr trucidatur,<br>Modulamen inchoatur<br>Fletus et tristitiae;            | 8 b. Sicque luctus permutatur,<br>Dum ab angelo prosatur<br>Canticum laetitiae.      |

Miss. ms. Stubenbergense saec. [13/14 et] 15. Cod. Graecen. 281. — 6 b, 3  
Corde sacro. — 7 a, 1 Ut famatur. — 7 a, 2 negantur avatura. — 7 a, 3  
Sed cedant miracula. — 7 b, 2 Febres — 8 a, 2 Medolanum.

306. De sancto Udalrico.

1. Pangat hymnum

- |                                                      |                                                      |
|------------------------------------------------------|------------------------------------------------------|
| 2 a. Udalrici<br>felix ecclesia mater;               | 2 b. Tellus, mare<br>vel aethra plaudat ovando.      |
| 3 a. Cives caelorum<br>tripudio<br>gratulant nostrum | 3 b. Nam Udalricum,<br>dum coetui<br>proprio sanctum |

- |                                                                 |                                                             |
|-----------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------|
| 4 a. Coniungunt,<br>laeti gaudia<br>celebrant mundi,            | 4 b. Qui mundum<br>sprevit mundano<br>principe tempto.      |
| 5 a. Hic praesul<br>supernae semper<br>intentus patriae         | 5 b. Lubrica<br>praesentis vitae<br>contempsit gaudia.      |
| 6 a. Te nunc, inclite<br>praesul Udalrice<br>Christi, precamur, | 6 b. Qui plura mitis<br>caelestis gratiae<br>dona largiris, |

7. Nos et hunc locum  
tuere.

Grad. ms. Augustinorum saec. 12/13. Cod. Turicen. Rhenov. 55. add. saec. 13. — Str. 4 b bildet einen Hexameter. — 6 b, 1 Ut qui. — Melodie: Stans a longe.

307. De sancto Udalrico.

- |                                                                                       |                                                                                     |
|---------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Fundatur in<br>sapphiris ecclesia,<br>In theoreticis<br>viris solida,            | 1 b. Quae lapidis<br>colorem aërium<br>In caeleste mutat<br>desiderium.             |
| 2 a. Huius arcis<br>propugnacula<br>Ex iaspidis virore<br>sunt munita;                | 2 b. Hic in veri<br>defensione<br>Doctores interno<br>vernant amore.                |
| 3 a. Portas eius in lapidibus<br>Sculptas posuit Dominus,                             | 3 b. Quia per hos ad fastigium<br>Plebs properat credentium,                        |
| 4 a. In quorum vita<br>exprimitur,<br>Quod doctrina loquitur;                         | 4 b. Sculptis pares sunt<br>lapidibus<br>Variis virtutibus.                         |
| 5 a. Ex quibus praesul Udalricus,<br>Sapphiri theoria praeditus,                      | 5 b. Ab ipsis primis floribus<br>Aethereis redolet fructibus,                       |
| 6 a. Nec robur amittit iaspidis<br>Castimoniae palmam<br>retinens viridis;            | 6 b. Non enim admittit marcidum<br>Pudor in atriis intus<br>remittens habitum.      |
| 7 a. Quae igitur<br>de sursum est Ierusalem,<br>Per huius patris<br>vitam imitabilem, | 7 b. En, aditur<br>frequentia fidelium<br>Acsi per portae<br>splendentis introitum. |

8. Ad cuius civitatis gaudia  
Nos tua, Christe, perducat gratia.

Sequent. ms. cum Commento saec. 15. Cod. Maihingen. II 1 IV<sup>o</sup> 11. —  
1b, 1 Qui. — 2a, 4 munitae. — 2b, 1 Illum in. — 3a, 1 lapides. — 3b, 1  
ad ungtium [!]. — 6b, 1 maridum. — 6b, 3 remictens.

308. De sancto Udalrico.

- |                                                                                      |                                                                                      |
|--------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Universi iubilemus,<br>Divum praesulem laudemus,<br>Genitum proceribus;         | 1 b. Infans aeger ablactatus<br>Udalricus, confortatus<br>Piis fulget moribus.       |
| 2 a. Dogma capiens salutis<br>Claustro Wibrath fatis tutis<br>Antistes praedicatur;  | 2 b. Adalberoni traditus,<br>Virtute lucens penitus<br>Curiae praeficitur.           |
| 3 a. A summo hinc pontifice<br>Susceptus honorifice<br>Hedrae fugit apicem;          | 3 b. Sublimatus in mandritam<br>Annos per quindenos vitam<br>Mire duxit supplicem.   |
| 4 a. Lexivernae visionem<br>Complems bis ostensionem<br>Dextrae summae recipit.      | 4 b. Petri, Aerae gaudet ore<br>Vir devotus in sopore,<br>Se obsessum eripit.        |
| 5 a. Reti leti duos prendens,<br>Ternum daemone offendens<br>Punit sacrilegium.      | 5 b. Pacans Caesarem cum nato<br>Duce Hunnico prostrato<br>Templum mox egregium      |
| 6 a. In honore Aerae struit;<br>Hortulanus poenas luit,<br>Sanctus quas praenuntiat. | 6 b. Ossa sacra Thebaeorum<br>Pluriumque beatorum<br>Gregi suo sociat.               |
| 7 a. Caducum morbo liberat,<br>Oleo visum reparat,<br>Quo et se delibuit.            | 7 b. Vindicem it non rigatus,<br>Ast Danubio ablatus<br>Prece Thar detumuit.         |
| 8 a. Uires pedum moniali<br>Reddens via synodali<br>Pauper nummo valuit;             | 8 b. Captam coniugi univit,<br>Quiris exhumatus vivit,<br>Baculo fons patuit.        |
| 9 a. Servos Orci ligat verbis,<br>Itineribus acerbis<br>Corrigit iconimum.           | 9 b. Reni animas redemit,<br>Ursum sagmas ferre premit<br>Principem magnanimum.      |
| 10 a. Anno dicit moriturum,<br>Absolutos in securum<br>Tres remittit saeculum.       | 10 b. Scit nepotem exspirasse<br>Et Conradum non migrasse,<br>Compar orbis speculum. |

- |                                                                                         |                                                                              |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------|
| 11 a. Infirmatus missas canens<br>In cubiculo post manens<br>Fraglat linquens spiritum. | 11 b. Udalrice, Christo care,<br>Sempiternum evitare<br>Stude nos interitum. |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------|

Grad. ms. ss. Udalrici et Aerae anni 1490. Cod. Mus. Episc. Augustan. s. n. A. — Grad. ms. Augustanum saec. 15. Cod. Mus. Episc. Augustan. s. n. B. — 3b, 2 Annos post B. — 5a, 2 Terminum A; ist ebenso unverständlich als das besser in den Reim passende „Terminum“ B. — 5b, 1 Duce huius comprostrato A. — Vgl. Hoeynek, Gesch. der kirchl. Liturgie in der Dioecese Augsburg; Augsburg 1889, p. 386. Dort ist die Sequenz aus A mitgeteilt. — Bei Morel, Nr. 549, findet sich ein Bruchstück der Sequenz aus dem Codex Brander, mit dem schrecklich entstellten Anfange: „Sublimatus in mansionem . . . visionem“ (cfr. 3b, 1 und 4a, 1).

### 309. De sancta Ulphia.

- |                                                                                                                                                       |                                                                                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Ulphiae gloriam<br>Celebrent laudibus<br>Eius memoriam<br>Novis et cantibus<br>Exornent virgines;<br>Terra concentibus<br>Adplaudant caelites.   | 1 b. Alta consilia<br>Pudici pectoris<br>Gestaque fortia<br>Tenellae virginis<br>Quis non mirabitur?<br>Digna praeconiis<br>Quae vox aptabitur?     |
| 2 a. Splendore generis<br>Eminet inclita,<br>Iuncta divitiis<br>Formae praestantia,<br>Cunctis prodigium;<br>Fiunt tot munera<br>Ipsi contagium.      | 2 b. Mundus alliciens<br>Offert divitias,<br>Ostentat blandiens<br>Opum fallacias,<br>Plus adversaria<br>Urgens ad nuptias<br>Adest familia.        |
| 3 a. Annis sed primis<br>Iam se virgineo<br>Instinctu numinis<br>Strinxerat vinculo.<br>Quid iuvat furere,<br>Satan? Non poteris<br>Promissa rumpere. | 3 b. Timens naufragium<br>Et pacti conscia<br>Placentem nimium<br>Pia saevitia<br>Vultum dilacerat;<br>Nec sat, inedia<br>Se totam macerat.         |
| 4 a. Haud tamen propriis<br>Confisa viribus<br>Nec ab insidiis<br>Tuta latentibus<br>Decernit fugere<br>Et certaminibus<br>Sic finem ponere.          | 4 b. Cunctis impervium<br>Procul a patria<br>Quaerit hospitium;<br>Loca silvestria,<br>Consita vepribus,<br>Praebent tuguria<br>Densis in saltibus. |

- 5 a. Amore fervida,  
Imis recessibus  
Dum latet abdita  
Et a terrestribus  
Se videns exsulem,  
Vitam caelestibus  
Ducit consimilem.
- 5 b. Eremitium socium  
Christi discipula  
Habet Domitium;  
Ductoris aemula  
Terit vigiliis  
Virgo corpusculum,  
Terit ieiuniis.
- 6 a. Defessis artibus  
Quies abnuitur,  
Singulis noctibus  
Somnus abruptitur;  
Via fit horrida,  
Non minus pergitur  
Ad templi limina.
- 6 b. Emissa caelitus  
Que vox nunc assonat:  
Exsurge citius,  
En, sponsus te vocat,  
Festina, quaesitam  
Tantis agonibus  
Suscipe lauream.
- 7 a. Salve, flos vallium,  
Nostra spes, gloria,  
Te turma virginum  
Praetendens lilia  
Salutat sociam,  
Orantem Maria  
Exspectat filiam.
- 7 b. Hanc tibi agnitam  
Nunc gentem respice,  
De novo deditam  
Benigna suscipe.  
Antiqua pietas  
Te regnet auspice,  
Regnet et castitas.

[Loriquet — Sellier], Nouvelle Vie de sainte Ulphe, vierge patronesse de l'église d'Amiens. Amiens, 1841; p. 230 sqq. — Leider ohne Angabe der Quelle, die anscheinend eine gallikanische ist.

### 310. De sancta Ursula.

1. Omnis spiritus laudet Dominum  
In triumpho sanctarum virginum,
- 2 a. Quas olim Britannia  
Misit ad angelica  
Agmina
- 2 b. Sanguine purpureas,  
Castitatis gloria  
Candidas.
- 3 a. O beata saecula,  
O beata tempora,  
Tot colonis inclita,
- 3 b. Quot sanctarum corpora  
Virginum sunt occisa  
In urbe Colonia!
- 4 a. Eia, Sion caelica,  
Leva nova cantica  
Cum virginum chorea,
- 4 b. Quam regina Ursula  
Ducit arcanissima  
Agni per cubilia.

- |                                                                                       |                                                                                        |
|---------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>5 a. Gaude, mater Britannia,<br/>Collaetare, Colonia,<br/>Felix per tot milia;</p> | <p>5 b. Spe gratiarum iucunda<br/>Resultet [vox] hymnisona<br/>Tota nunc ecclesia.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|

Miss. ms. Admontense saec. 13/14. Cod. Admonten. 751. add. saec. 14. A. — Miss. ms. Lambrechtense anni 1336. Cod. Graecen. 395. B. — Miss. ms. Lambrechtense saec. 14. Cod. Graecen. 703. C. — 2a, 2 Milia ad C. — 2b, 1 purpurea A. — 2b, 3 Candida A. — 3a, 1 saecula fehlt B. — 3b, 1 Quod ABC. — 3b, 2 sunt caesa AC, sunt caesi B. — 5a, 3 Felix milies per ABC.

### 311. De sancta Ursula.

- |                                                                                                        |                                                                                                      |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Laetabundus<br/>Exsultet virginum chorus,<br/>Alleluia,</p>                                    | <p>1 b. Regem regum,<br/>Sponsum Iesum speculantum<br/>In gloria.</p>                                |
| <p>2 a. Iesu amor vulnerat<br/>Corda et mellificat<br/>Suavitate;</p>                                  | <p>2 b. Iesum in se sentiunt,<br/>Corde ore concinunt<br/>Dulcem Jesum.</p>                          |
| <p>3 a. Iesum sponsum Ursula<br/>Cum suis in gloria<br/>Amplexatur;</p>                                | <p>3 b. Iesu sumunt osculum,<br/>Transeunt in cor Iesu,<br/>Fiunt unum.</p>                          |
| <p>4 a. Iesu, nobis osculum<br/>Da, te per paraclitum<br/>Tibi iungens.</p>                            | <p>4 b. Iesu, inter lilia<br/>Rosasque haec milia<br/>Pascis in te.</p>                              |
| <p>5 a. Iesu, sponse virginum,<br/>Iesu, amor virginum,<br/>O Iesu, cor virginum,<br/>Has coronas.</p> | <p>5 b. Iesum sequuntur agnum,<br/>Novum cantant canticum,<br/>Canticum virgineum<br/>Iubilando.</p> |
| <p>6 a. Iesu cum regina<br/>Virginum divina<br/>Laude potitae<br/>gloriantur.</p>                      | <p>6 b. Iesu, sponsae vestis,<br/>His nos iunge festis<br/>Prece virginum<br/>ante thronum.</p>      |

Grad. ms. S. Gereonis Coloniensis anni 1424. Cod. Mus. Archiep. Coloniens. VI. 5. A. — Miss. ms. S. Jacobi Brunensis saec. 14. Cod. S. Jacobi Brunen. 3. B. — Miss. Coloniense imp. Coloniae 1481. C. — Miss. Coloniense imp. Basileae 1487. D. — 1b, 2 speculantem A—D. — 2a, 1 Iesus B; amator BCD. — 3a, 3 Complexatur A. — 3b, 1 — Schluss fehlt B. — 4a, 3 Ubi D. — Melodie: Laetabundus. — Str. 2a, 1 sqq. findet sich als besonderer Sequenzenanfang in Chevaliers Repert. Hymnol. unter Nr. 9460.



312. De sancto Valentino.

- |                                                                                    |                                                                                     |
|------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Valentino, qui valenter<br>Superavit innocenter<br>Mundiales impetus,         | 1 b. Ritus cleri iam devotus<br>Populusque psallat totus<br>Concinendo dulciter.    |
| 2 a. Nam per annos pueriles<br>Rerum cultus sprevit viles<br>Vitaque constantia    | 2 b. Peragravit mundo corde<br>Inventum sine sorde<br>Palam Christum praedicans.    |
| 3 a. Idolorum confutando<br>Daemonium, prohibendo<br>In sculpturis latruiam.       | 3 b. Aegris tulit sanitatem<br>Et oppressis libertatem<br>Veri Dei munere.          |
| 4 a. Hunc sibi iubet ocuis<br>Coram produci Claudius,<br>Imperator hominum,        | 4 b. Ut negaret caeli Deum,<br>Idolis suggessit eum<br>Immolare victimas.           |
| 5 a. Quo recusante reprobis<br>Caedi mandavit fustibus<br>Deo gratum martyrem,     | 5 b. Fidei tamen constantis<br>Hunc iubet tormentis tantis<br>Post truncari capite. |
| 6 a. Cui vota persolvamus,<br>Ut patronum habeamus<br>Potentem caelicolam,         | 6 b. Vitae nostrae qui lamenta<br>Miseratus et portenta<br>Quaeque pellas horrida.  |
| 7 a. Ne virtutes Satan frangat,<br>Morbida ne pestis tangat<br>Corpora vel animas, | 7 b. Hoc petente nobis rectum<br>Iter detur et perfectum<br>Trinitati placidum.     |

Miss. ms. Wratislaviense saec. 14. Cod. Civit. Wratislaviens. M. 1160 add. saec. 15. — 3 a, 1 Idolorum. — 4 a, 1 Nunc sibi. — 5 a, 3 gratem. — 5 b, 1 tam constantis. — Hunc in tormentis. — 7 a, 1 frangit. — 7 a, 2 tangit. — 7 b, 1 potente.

313. De s. Valerio Trevirensi.

- |                                                                                        |                                                                           |
|----------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------|
| 1. Laudem dicite, christicolae,<br>cum gloria;                                         |                                                                           |
| 2 a. Totis viribus canite<br>cordis vibra ac<br>spiritus laetitia,                     | 2 b. Quia meruit gaudia<br>pater hic noster<br>hodie [scmpiterna].        |
| 3 a. Iam transit tenebras<br>Phlegetontis,<br>liquit cuncta<br>mundi labentis ludicra; | 3 b. Fuit de Simonis<br>clientela,<br>Eucharrii<br>Maternique syncellita. |

- |                                                                                       |                                                                                        |
|---------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>5 a. Gaude, mater Britannia,<br/>Collaetare, Colonia,<br/>Felix per tot milia;</p> | <p>5 b. Spe gratiarum iucunda<br/>Resultet [vox] hymnisona<br/>Tota nunc ecclesia.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------|

Miss. ms. Admontense saec. 13/14. Cod. Admonten. 751. add. saec. 14. A. — Miss. ms. Lambrechtense anni 1336. Cod. Graecen. 395. B. — Miss. ms. Lambrechtense saec. 14. Cod. Graecen. 703. C. — 2a, 2 Milia ad C. — 2b, 1 purpurea A. — 2b, 3 Candida A. — 3a, 1 saecula fehlt B. — 3b, 1 Quod ABC. — 3b, 2 sunt caesa AC, sunt caesi B. — 5a, 3 Felix milies per ABC.

### 3II. De sancta Ursula.

- |                                                                                                        |                                                                                                      |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Laetabundus<br/>Exsultet virginum chorus,<br/>Alleluia,</p>                                    | <p>1 b. Regem regum,<br/>Sponsum Iesum speculantum<br/>In gloria.</p>                                |
| <p>2 a. Iesu amor vulnerat<br/>Corda et mellificat<br/>Suavitate;</p>                                  | <p>2 b. Iesum in se sentiunt,<br/>Corde ore concinunt<br/>Dulcem Iesum.</p>                          |
| <p>3 a. Iesum sponsum Ursula<br/>Cum suis in gloria<br/>Amplexatur;</p>                                | <p>3 b. Iesu sumunt osculum,<br/>Transeunt in cor Iesu,<br/>Fiunt unum.</p>                          |
| <p>4 a. Iesu, nobis osculum<br/>Da, te per paraclitum<br/>Tibi iungens.</p>                            | <p>4 b. Iesu, inter lilia<br/>Rosasque haec milia<br/>Pascis in te.</p>                              |
| <p>5 a. Iesu, sponse virginum,<br/>Iesu, amor virginum,<br/>O Iesu, cor virginum,<br/>Has coronas.</p> | <p>5 b. Iesum sequuntur agnum,<br/>Novum cantant canticum,<br/>Canticum virgineum<br/>Iubilando.</p> |
| <p>6 a. Iesu cum regina<br/>Virginum divina<br/>Laude potitae<br/>gloriantur.</p>                      | <p>6 b. Iesu, sponsae vestis,<br/>His nos iunge festis<br/>Prece virginum<br/>ante thronum.</p>      |

Grad. ms. S. Gereonis Coloniensis anni 1424. Cod. Mus. Archiep. Colonien. VI. 5. A. — Miss. ms. S. Jacobi Brunensis saec. 14. Cod. S. Jacobi Brunen. 3. B. — Miss. Coloniense imp. Coloniae 1481. C. — Miss. Coloniense imp. Basileae 1487. D. — 1b, 2 speculantem A—D. — 2a, 1 Iesus B; amator BCD. — 3a, 3 Complexatur A. — 3b, 1 — Schluss fehlt B. — 4a, 3 Ubi D. — Melodie: Laetabundus. — Str. 2a, 1 sqq. findet sich als besonderer Sequenzenanfang in Chevaliers Repert. Hymnol. unter Nr. 9460.

312. De sancto Valentino.

- |                                                                                    |                                                                                       |
|------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Valentino, qui valenter<br>Superavit innocenter<br>Mundiales impetus,         | 1 b. Ritus cleri iam devotus<br>Populusque psallat totus<br>Concinendo dulciter.      |
| 2 a. Nam per annos pueriles<br>Rerum cultus sprevit viles<br>Vitaque constantia    | 2 b. Peragravit mundo corde<br>Inventum sine sorde<br>Palam Christum prae-<br>dicans. |
| 3 a. Idolorum confutando<br>Daemonium, prohibendo<br>In sculpturis latruiam.       | 3 b. Aegris tulit sanitatem<br>Et oppressis libertatem<br>Veri Dei munere.            |
| 4 a. Hunc sibi iubet ocuis<br>Coram produci Claudius,<br>Imperator hominum,        | 4 b. Ut negaret caeli Deum,<br>Idolis suggessit eum<br>Immolare victimas.             |
| 5 a. Quo recusante reprobis<br>Caedi mandavit fustibus<br>Deo gratum martyrem,     | 5 b. Fidei tamen constantis<br>Hunc iubet tormentis tantis<br>Post truncari capite.   |
| 6 a. Cui vota persolvamus,<br>Ut patronum habeamus<br>Potentem caelicolam,         | 6 b. Vitae nostrae qui lamenta<br>Miseratus et portenta<br>Quaeque pellas horrida.    |
| 7 a. Ne virtutes Satan frangat,<br>Morbida ne pestis tangat<br>Corpora vel animas, | 7 b. Hoc petente nobis rectum<br>Iter detur et perfectum<br>Trinitati placidum.       |

Miss. ms. Wratislaviense saec 14. Cod. Civit. Wratislaviens. M. 1160 add. saec. 15. — 3 a, 1 Idolorum. — 4 a, 1 Nunc sibi. — 5 a, 3 gratem. — 5 b, 1 tam constantis. — Hunc in tormentis. — 7 a, 1 frangit. — 7 a, 2 tangit. — 7 b, 1 potente.

313. De s. Valerio Trevirensi.

- |                                                                                        |                                                                            |
|----------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------|
| 1. Laudem dicite, christicolae,<br>cum gloria;                                         |                                                                            |
| 2 a. Totis viribus canite<br>cordis vibra ac<br>spiritus laetitia,                     | 2 b. Quia meruit gaudia<br>pater hic noster<br>hodie [sempiterna].         |
| 3 a. Iam transit tenebras<br>Phlegetontis,<br>liquit cuncta<br>mundi labentis ludicra; | 3 b. Fuit de Simonis<br>clientela,<br>Eucharitii<br>Maternique syncellita. |

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                        |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>4 a. Cum quibus venit<br/>quondam Roma<br/>subiugando<br/>colla Messiae prona;</p> <p>5 a. Post haec missus venit<br/>a Roma,<br/>transit [ad] te, Elegia;</p> <p>6 a. O Roma felix,<br/>hinc exsulta<br/>tota fovens praecordia;</p> <p>7 a. Et si manet alia,<br/>quae constet, Elegia,<br/>quae sit, nostra declara,<br/>clara Thalia.</p> <p>8 a. Per te quoque fertur,<br/>o Valeri, spes maxima.</p> <p>9 a. Quae conservata sunt<br/>caelitus<br/>per divina promissa<br/>atque colloquia,</p> <p>10 a. Christi semper salvifica<br/>nobis confer munia,</p> | <p>4 b. Fervet fides,<br/>dogmata sacra<br/>reserantur<br/>verbique praeconia.</p> <p>5 b. Rursus redit ad te,<br/>o Roma,<br/>propter Materni funera.</p> <p>6 b. Laetare et tu,<br/>Elegia,<br/>cuncta resumens gaudia.</p> <p>7 b. Gratiae mira virtus<br/>et gloria salutis,<br/>quod nobis praecordia<br/>lucent Materna.</p> <p>8 b. Quam sunt festiva, quae<br/>nunc colimus sollemnia!</p> <p>9 b. Tu modo possides<br/>caelica,<br/>pater sancte, gaudia<br/>et beneficia.</p> <p>10 b. Quae nos sua in patria<br/>foveant per saecula;</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

11. Cum quo tibi  
laus sit aeterna.

Browerus, *Antiquitates et Annales Trevirenses* I, p. 161 sq. mit dem Vermerk: „Reddo hic pervetustam de S. Valerio hymnodiam, quam antiquis bibliothecae S. Eucharii membranis inscriptam ad posteros transmitti placuit.“ Leider ist es mir nicht gelungen, diese oder eine andere handschriftliche Quelle für vorstehende Sequenz aufzufinden. — Melodie offenbar „Eia tur ma“ (vgl. oben Nr. 277), was Browerus, wie begreiflich, nicht erkannte; daher auch öfters bei ihm falsche Versabteilung. — 3 a, 4 ludrica. — 3 b, 1 qui fuit. — 6 b, 1 Ama et. — 8 a, 2 spes quoque maxima. — 8 b, 1 Quae sunt. — 10 b, 3 foveat.

314. De sancto Verano.

- |                                                                                                                     |                                                                                                                          |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Superni patris gratia<br/>Fulta mater ecclesia</p> <p>2 a. In hac iste miseria<br/>Fulsit misericordia,</p> | <p>1 b. Verani cum laetitia<br/>Vera pangat sollemnia.</p> <p>2 b. Miserendi qui viscera<br/>Tulit cum gente misera.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                           |                                                                                                                 |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 3 a. Mundum, carnem, daemonia<br>Domans eius constantia                                                                   | 3 b. Mundi cursus et taedia<br>Transcurrit cum victoria.                                                        |
| 4 a. Die quodam sic accidit,<br>Inter latrones cecidit                                                                    | 4 b. Certantes pari foedere<br>Sanctum de mundo tollere.                                                        |
| 5 a. Confusa sed in aera<br>Vibrantis pendet dextera.                                                                     | 5 b. Quae per sanctum fit libera<br>Rogante turba cetera.                                                       |
| 6 a. Quam felix est Iargolium<br>Ex istius praesentia,                                                                    | 6 b. Immo incunda nimium<br>Per ipsum tota patria!                                                              |
| 7 a. Nec languor est nec taedium,<br>Sed nec ullum supplicium,<br>Quin per sancti suffragium<br>Praestetur huic remedium. | 7 b. Urbis praesul Cavallicae<br>Tantoque dignus apice,<br>Praesul erat in supplice<br>Et supplex in pontifice. |
| 8 a. Miranda res: dum moritur,<br>Quo feratur, ambigitur,                                                                 | 8 b. Sed pallium, quo tegitur,<br>Viam monstrans extollitur;                                                    |
| 9 a. Ad Sargiam quo praevio,<br>Quo invento navigio,                                                                      | 9 b. Cuncto sicco vestigio<br>Diviso migrat fluvio.                                                             |
| 10 a. Hic sanctus, cuius merita<br>Novit Deus tam inclita,                                                                | 10 b. Iam habet vitae praemia<br>Dei patris in gloria.                                                          |
| 11 a. Illic ipse cum ceteris<br>Pro nobis oret miseris,                                                                   | 11 b. Ut nos iungat cum superis<br>Largitor summi muneris.                                                      |
| 12 a. Nos hoc rogantes aspice,<br>O dominantum Domine,                                                                    | 12 b. Nosque sanctorum effice<br>Dignos beatitudine.                                                            |

Miss. Parisiense imp. Parisiis 1585. — 7b, 1 Cavallicae. — Melodie:  
Interni festi gaudia.

### 315. De sancto Victore.

#### 1. Martyris Victoris laudes resonent Christiani.

- |                                                                                                                     |                                                                                                                 |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Mortem ei intulit<br>ferox Maximianus,<br>Bonis, velit, nolit,<br>prodest malus.                               | 2 b. Mors et vita duello<br>confluxere mirando,<br>Martyr Christi caesus<br>regnat vivus.                       |
| 3 a. Dic nobis, athleta,<br>Quid vidisti in pugna?<br>Vexillum Christi regnantis<br>Et gloriam<br>vidi consolantis. | 3 b. Cruciatu fortes,<br>Miracula sunt testes,<br>Ad cuius preces defuncti<br>Suscitantur,<br>sanantur infirmi. |

- |                                                                                         |                                                                                          |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------|
| 4 a. Credendum est magis soli<br>ecclesiae sanctae, quam impi-<br>orum genti perversae. | 4 b. Scimus ergo te regnare<br>Cum Christo, tecum collocare,<br>Victor dux, nos dignare. |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------|

Miss. ms. S. Victoris Parisiensis saec. 14. ex. Cod. Parisien. 14448. A. —  
Miss. S. Victoris Parisiensis imp. Parisiis 1529. B. — 4a, 2 sanctae fehlt  
A. — Melodie: Victimae paschali. — Cf. Gautier, Oeuvres poetiques d'?  
Adam de St. Victor. I, p. 94 sq.

### 316. In Susceptione Pedis s. Victoris.

- |                                                                                                                           |                                                                                                                        |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. De profundis proclamemus<br>Et devote collaudemus<br>Victoris victoriam;                                             | 1 b. Menti insit verus amor,<br>Quo procedat sanctus clamor<br>Ad martyris gloriam.                                    |
| 2 a. Dextri pedis susceptio,<br>Istius sancti portio<br>Novum parit gaudium;                                              | 2 b. Quae pars in multis probata<br>Nobis fuit praesentata<br>Per manus fidelium.                                      |
| 3 a. Ex quo constanter calcavit<br>Et idolum Iovis stravit<br>De ministri manibus.                                        | 3 b. Quem incidi ocuis<br>Iubet iudex impius<br>Suis satellitibus.                                                     |
| 4 a. Sed, infelix hominum,<br>Nescis contra Dominum<br>Nil valere fraus tua?                                              | 4 b. Gressum rectum figere<br>Dei virtus propere<br>Facit gratia sua.                                                  |
| 5 a. O fidelis anima,<br>Hic percipe, intima<br>Quanta vis sit fidei;                                                     | 5 b. Quod naturae deficit,<br>Fides pura perficit<br>Teste athleta Dei.                                                |
| 6 a. Completum est hodie,<br>Quod promissor gloriae,<br>Verus sol iustitiae,<br>Fons misericordiae<br>Sic ait discipulis: | 6 b. Quidquid petieritis<br>Patrem, impetrabitis,<br>Dum sic credideritis<br>Et bene egeritis,<br>Ut convenit famulis. |
| 7 a. Fides sine operibus<br>Nihil prodest homini<br>Apostolis testantibus,<br>Vicariis Domini;                            | 7 b. Uti corpus inutile<br>Est anima absente,<br>Sic de homine simile<br>Est fide indigente.                           |
| 8 a. Animemur ergo, fratres,<br>Sanctos imitemur patres,<br>Pias admiremur matres<br>Calcantes terrestria;                | 8 b. Conemur totis nisibus<br>Fidem amplecti cordibus,<br>Bonis adiunctis moribus<br>Sperantes caelestia.              |

- |                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                           |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>9 a. Sancti ex fide vixerunt,<br/>Qua mundi regna vicerunt<br/>Et aeterna meruerunt;<br/>Fides facit omnia.</p>                                   | <p>9 b. Montes transfert, morbos<br/>pellit<br/>Ac tempestates repellit,<br/>Vires daemnonum compellit,<br/>Tollit quaeque noxia.</p>                     |
| <p>10 a. Haec confirmat sanitatem,<br/>Haec roborat castitatem,<br/>Haec exornat dignitatem,<br/>Haec conservat caritatem,<br/>Copulat collegia;</p> | <p>10 b. Haec splendet in infantibus,<br/>Haec floret in iuvenibus,<br/>Haec apparet in senibus,<br/>Haec refulget in gradibus,<br/>Custodit officia.</p> |
| <p>11 a. O fidei huius dator,<br/>Atque eius pius sator,<br/>Verus cordis habitator,<br/>Doni tui munerator,<br/>Vota nostra suscipe;</p>            | <p>11 b. Fac nostras in te ferventes<br/>Fidei calore mentes,<br/>Nos agonem recolentes<br/>Victoris et congaudentes<br/>Tecum, secum accipe.</p>         |

Collect. ms. Victorinum saec. 15. Cod. Parisin. 15163. — Mit Melodie. — 7b, 1 Ut. — 7b, 4 Fide carente, aber letzteres Wort über einer Rasur. — Überschrift: „Prosa pro die susceptionis pedis gloriosissimi patroni nostri Victoris, composita a quodam religioso s. Victoris tunc subpriori.“ Gemeint ist wohl der Subprior Godefridus, von dem wahrscheinlich auch die Agatha-Sequenz (oben Nr. 25) und die Engelsequenz (oben Nr. 34) stammen. Die „Susceptio pedis“ fand statt unter der Regierung Karls V. von Frankreich, somit zwischen 1364—1380. — Ein Bruchstück dieser Sequenz ist aus gleicher Quelle mitgeteilt von Gautier, Adam de St. Victor, II, p. 25 sq.

### 317. De sancto Vigilio.

- |                                                                                                                                   |                                                                                                                                |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Salve, dies gloriosa,<br/>In qua Sion speciosa,<br/>Sponsa Christi generosa,<br/>Gaudet in Vigilio.</p>                   | <p>1 b. Civis urbis Tridentinae,<br/>Gentes huic transmarinae<br/>Sunt coniunctae tam divine,<br/>Roma gaudet filio.</p>       |
| <p>2 a. Hic convertit Briscianos<br/>Veronensesque paganos<br/>Esse fecit christianos<br/>Et destruxit idola.</p>                 | <p>2 b. Vidit manus angelorum<br/>Trinas animas suorum<br/>Dantes gaudio coelorum<br/>Verus mundi incola.</p>                  |
| <p>3 a. Demum pergit hinc Randenam<br/>Et pro Christo suffert poenam,<br/>Praeparatam laude plenam<br/>Sedem cernit caelitus.</p> | <p>3 b. Gesta ferens Caesar gaudet<br/>Et fugare hostes audet.<br/>Pastor, salva nos, ne fraudet<br/>Hostis ille perfidus.</p> |

Miss. ms. Romanum anni 1468. Cod. Carolsruhan. Pm. 8. — 1b, 2 Gentis. — 2a, 2 Veronenses. — 2b, 3 gaudia. — Melodie: Verbum bonum.

318. De sancto Vincentio.

- |                                                                          |                                                                           |
|--------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Vincens, ut evinceret<br>Et corouam sumeret,<br>Exivit Vincentius,  | 1 b. Mundum, carnem, daemonem,<br>Vincientes hominem<br>Evicit potentius. |
| 2 a. Mundi transitoria<br>Fallacique gloria,<br>Fracto fulta stipite,    | 2 b. Corporis illecebris<br>Et impudicitiiis,<br>Spurco foedis tramite,   |
| 3 a. Daemonis tyrannide,<br>Daciano praeside<br>Totisque saevitiis,      | 3 b. Carcere, latumiis,<br>Furiis, ferociis,<br>Verberum suppliciis,      |
| 4 a. Igne, crate, furculis,<br>Testulis et unguis<br>Evictis viriliter,  | 4 b. Post tormenta varia,<br>Bestias et maria<br>Vicit mirabiliter.       |
| 5 a. Sic et sic, ut vinceret<br>Et coronam sumeret,<br>Exivit potentius. | 5 b. Nos pugnantes adiuvet,<br>Ut vincentes societ<br>Beatis Vincentius.  |

Sequent. ms. Praedicatorum saec. 15. Cod. S. Ignatii Noviomagen. 55. —  
4 a, 2 Testibus. — Mel.: Veni sancte spiritus.

319. De sancto Vincentio.

- |                                                                               |                                                                                   |
|-------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Sacram diem attentius<br>Celebremus, Vincentius<br>Qua vicit supplicia.  | 1 b. Vincenti dicit Dominus,<br>Ut hunc vicisse novimus:<br>Ista dabo praemia:    |
| 2 a. Edere de ligno vitae,<br>Coronam dabo vitae,<br>In albis incedere,       | 2 b. Columnam in templo meo<br>Faciam hunc, throno meo<br>Mecumque sedere,        |
| 3 a. Stellam matutinam,<br>Stolam sibi binam<br>Et manna absconditum;         | 3 b. Nomen eius non delebo<br>De libro vitae, sed augebo<br>Nomen eius inclitum.  |
| 4 a. His donis gaudet ideo<br>Vincentius, in eculo<br>Quod laetanter vicerit. | 4 b. Vicit poenis iu acerbis,<br>Vicit ustus, vicit verbis,<br>Eo, quod meruerit. |
| 5 a. Angelorum obsequio<br>Fovetur et alloquio<br>Demulcetur in carcere;      | 5 b. Carceris obscuritas<br>Fugit, et fit claritas,<br>Custos coepit credere.     |



- |                                                                                     |                                                                                                    |
|-------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 6 a. Sancti narrant Augustinus<br>Et Ambrosius non minus<br>Huius martyris gesta.   | 6 b. Tenditur, traditur, uritur,<br>Animus non exuritur<br>Ob iudicis suggesta.                    |
| 7 a. Fit testarum asperitas<br>Mira florum suavitas,<br>Dum super testas linquitur; | 7 b. Dum nullis poenis vincitur,<br>Ad mollem lectum trahitur,<br>Quo Christi martyr mori-<br>tur. |
| 8 a. Cuius corpus eicitur<br>In campo, sed munitur,<br>Ne bestiis devoretur;        | 8 b. In aquas submergitur,<br>Sed ad litus revertitur,<br>Ut sepulturae detur.                     |
| 9 a. Praeses Dacianus<br>Factus est insanus<br>Ob martyris victoriam,               | 9 b. Dum se victum cerneret,<br>Huncque martyr sperneret<br>Mutans poenam in gloriam.              |
| 10 a. O miles invictissime,<br>Te poscimus piissime,<br>Ut tuum hoc certamen        | 10 b. Precetur nobis gratiam<br>Et peccatorum veniam,<br>Ut nos salvemur, Amen.                    |

Miss. ms. Ultraiectinum saec. 15. Cod. Ultraiectin. 402. — 1 b, 2 vicisse provimus. — 6 b, 1 Tonditur.

320. In Inventione s. Vincentii.

- |                                                                          |                                                                             |
|--------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Omnis homo gaudeat,<br>Pacem mundus habeat,<br>Iubilet ecclesia.    | 1 b. Festiva Vincentii,<br>Martyris egregii,<br>Fulgent natalitia.          |
| 2 a. Qui mundus a vitiis<br>Literarum studiis<br>Datur ab infantia.      | 2 b. Vincit ferro manibus<br>Et compe de pedibus<br>Sudat sub custodia.     |
| 3 a. Verum Deum praedicat,<br>Falsos deos abdicat<br>Miranda constantia. | 3 b. Dacianus igitur<br>Furit, dum confunditur<br>Levitae facundia.         |
| 4 a. Eculeo ponitur,<br>Membratim extenditur,<br>Rumpuntur vitalia.      | 4 b. Ignem cratis superat<br>Igne, quo repleverat<br>Eum Dei gratia.        |
| 5 a. Multa mortis genera<br>Caro suffert tenera<br>Forti patientia.      | 5 b. Sanctum sanctus spiritus<br>Consolatur caelitus,<br>Dolor fit remedia. |
| 6 a. Retruso ergastulo<br>Stupendo miraculo<br>Astat caeli curia.        | 6 b. Testarum duritia<br>Florum fit fragrantia,<br>Lumen replet atria.      |

- |                                                                                      |                                                                                 |
|--------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------|
| <p>7 a. Dum Deus de praemio,<br/>Praeses de supplicio<br/>Vice tractant varia,</p>   | <p>7 b. In lecti mollitie<br/>Mutat poenas gloriae,<br/>Terrenis caelestia.</p> |
| <p>8 a. Proiecto a facie<br/>Hominum et bestiae<br/>Serviunt et maria:</p>           | <p>8 b. Avis servat mortuum,<br/>Mare fert innocuum<br/>Ad terrarum spatia.</p> |
| <p>9 a. Tuis, martyr, precibus<br/>Salva nos ab hostibus,<br/>Dele nostra vitia.</p> | <p>9 b. Duc nos ad palatia,<br/>Ubi cum laetitia<br/>Cantemus Alleluia.</p>     |

Miss. Matisconense imp. Lugduni 1532. — 6b, 3 repletur. — 8a, 3 Deverunt et macia; deserviunt ist dreisilbig zu lesen.

### 321. De s. Vincentio Ferrerio.

- |                                                                                              |                                                                                               |
|----------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Gaude, Christi ecclesia,<br/>Festa ducens sollemnia<br/>Tanti huius confessoris,</p> | <p>1 b. Qui in caelis coronatus<br/>Est patronus nobis datus<br/>Iesu dono salvatoris.</p>    |
| <p>2 a. Zelo tractus supernorum<br/>Statum petit professorum<br/>Sub sancto Dominico;</p>    | <p>2 b. Hunc ingressus et professus<br/>Per virtutes est progressus<br/>Ordine mirifico.</p>  |
| <p>3 a. Vincentius recte dictus,<br/>Per quem homo est devictus<br/>Mira cum victoria.</p>   | <p>3 b. Lucis armis communitus,<br/>Cruce Christi insignitus<br/>Nulla pavet iacula.</p>      |
| <p>4 a. In studiis sic profecit,<br/>Quod profunda patefecit<br/>Divina sacraria.</p>        | <p>4 b. Laurea condecoratus<br/>Omnibus est norma factus<br/>Clarae sapientiae.</p>           |
| <p>5 a. Veritatis praedicator,<br/>Sacrae legis aemulator<br/>Verbi fulsit gratia.</p>       | <p>5 b. Mira virtus in sermone,<br/>Splendor, calor ut in sole,<br/>Cuius ut mel eloquia.</p> |
| <p>6 a. Nulla mens ita obscura,<br/>Nulla corda ita dura<br/>Tenebris malitiae,</p>          | <p>6 b. Quae non mutet et resolvat<br/>Ac illustret et inducat<br/>Ad vota paenitentiae.</p>  |
| <p>7 a. Hic errores pravitatis<br/>Verbo vicit veritatis,<br/>Splendore scientiae.</p>       | <p>7 b. Sicut verbo firmamentum,<br/>Sic exemplo ornamentum<br/>Factus est ecclesiae.</p>     |
| <p>8 a. Quam illustrat et adornat<br/>Et dilatat et fecundat<br/>Gentium multitudine;</p>    | <p>8 b. Voci vita concors fuit<br/>Implendo, quidquid docuit,<br/>Excelso morum culmine.</p>  |

- |                                                                                           |                                                                                                      |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>9 a. Admiranda patent signa<br/>Tam post mortem quam in vita<br/>Divina potentia,</p>  | <p>9 b. Quae naturam cum trans-<br/>cendunt,<br/>Argumenta clara reddunt<br/>Huius sanctimoniae.</p> |
| <p>10 a. Vita functi reducuntur,<br/>Caeci, claudi reponuntur<br/>Ad membrorum munia;</p> | <p>10 b. Surdi, muti reparantur,<br/>Aegri cuncti liberantur<br/>Per eius suffragia.</p>             |
| <p>11 a. O Vincenti pretiose,<br/>Nos exaudi, gloriose,<br/>Pro tua clementia;</p>        | <p>11 b. Fac tuis sanctis precibus<br/>Sociari caelestibus<br/>In aeterna gloria.</p>                |

Miss. Praedicatorum imp. Romae 1622. A. — Miss. Praedicatorum imp. Romae 1639. B. — 1 a, 2 Festa fehlt B. — 4 b, 2 est fehlt B. — 10 b, 3 Per ipsius AB. — Nach Strophe 10 b folgt noch eine Halbstrophe, die ohne Gegenstrophe ist und spätere Zutat zu sein scheint:

Gaude, felix Valentia,  
Quae Dei providentia  
Tanto resplendes filio.

11 b, 2 Sociari caeli civibus AB.

### 322. De sancto Virgilio.

- |                                                                                   |                                                                                     |
|-----------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Laudet Dei filium<br/>Docta per Virgilium<br/>Plebs huius provinciae.</p> | <p>1 b. Christi colens vineam<br/>Hic salutis lineam<br/>Genti dat iustitiae.</p>   |
| <p>2 a. Iuvavensis exsule<br/>Sedes tanto praesule<br/>Illustrari meruit;</p>     | <p>2 b. Hinc directis nuntiis<br/>Fidei Karinthiis<br/>Ianus aperuit.</p>           |
| <p>3 a. Producens idoneos,<br/>Corrigens erraneos<br/>Hos ad vitam revocat,</p>   | <p>3 b. Additis doctoribus<br/>Agnos cum pastoribus<br/>Certis caulis collocat.</p> |
| <p>4 a. Deinde flos hominum<br/>Transiit ad Dominum,<br/>Sed morte non aruit;</p> | <p>4 b. Nam signorum numero<br/>Post mortem innumero<br/>Caelo vivens claruit.</p>  |
| <p>5 a. Nos, Virgili, respice,<br/>Tuum gregem refice,<br/>Nobilis opilio.</p>    | <p>5 b. Sis nobis ut paries,<br/>Ad caelos ut aries<br/>Duc nos ab exsilio.</p>     |

Miss. ms. Salisburgense saec. 15. Cod. Mus. Germ. 22932. — 1 b, 2 salutis vineam. — 1 b, 3 Genti dedit. — 4 a, 2 Transit. — 5 a, 1 Vis. — Melodie wohl: Veni sancte spiritus.

323. De sancto Vito.

1. Laudes Deo patri  
et filio Iesu Christo  
spirituique sancto,

- |                                                                                                                                              |                                                                                                                                            |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Cuius dono Vitus,<br>sanctus puer,<br>emicuit,                                                                                          | 2 b. . . . .<br>. . . . .<br>. . . . .                                                                                                     |
| 3 a. Genere claro<br>Romano<br>militiae natus.                                                                                               | 3 b. Qui, dum septennis<br>fuisset<br>et Christum coleret,                                                                                 |
| 4 a. Mirum dictu, a patre<br>suo tantillus<br>multas patitur<br>iniurias;                                                                    | 4 b. Verum a praeside<br>Valeriano<br>diversis mancipatur<br>suppliciiis.                                                                  |
| 5 a. Invitus denique<br>puer patri redditur<br>tamdiu mulcendus,                                                                             | 5 b. Quousque cymbalis<br>virginum tinnulis flecti<br>posset organicis.                                                                    |
| 6 a. Qui nec ludorum choris<br>aut epulis<br>animo fractus<br>cessit idolis,<br>sed cultum<br>superni<br>regis diligens<br>mansit immobilis. | 6 b. Praesidis manum sanat<br>aridam,<br>Hylam privatum<br>visu illuminat;<br>laudanda,<br>miranda<br>res et omnibus<br>gentibus stupenda, |
| 7 a. Quod puer septennis<br>patrem proprium<br>contemnit et poenas despicit;                                                                 | 7 b. Et bene septennis,<br>nam septiformis<br>plenus spiritus gratia.                                                                      |
| 8 a. O sancte Vite,<br>aeternae vitae<br>consortes nos pie<br>constituae,                                                                    | 8 b. Qui regis natum<br>sanas vexatum<br>potenti virtute<br>verborum.                                                                      |
| 9 a. Sed e contra<br>imperator<br>recompensat<br>malum pro bono;                                                                             | 9 b. Hunc destinat<br>cruciandum<br>cum tormento<br>flammae ardentis,                                                                      |
| 10 a. Nisi prius consentiret et<br>tus offerret<br>idolorum ritu iuxta<br>morem legis impiorum.                                              | 10 b. Hinc ferae proponitur Vitus<br>devorandus;<br>sed leo ut ovis mitis<br>pedes infantis delinit.                                       |

- 11 a. Tandem mandatum tale est datum, ut puer  
in catasta torqueretur
- 11 b. Tandiu, donec viscera  
viderentur; sic  
[in] caelum pius migravit.

12. Sit Deo, factori nostro,  
potestas, victoria,  
honor, laus et gloria  
in saeculorum saecula.

Sequent. ms. S. Petri Salisburgensis saec. 16 Appendix Miss. Romani imp. Venetiis 1513 (In Bibl. Petrina Salisburgen. IV. F.). — 6a, 8 immobiliter. — 10b, 4 delinivit. — 11b, 2 videns. — Melodie: Psallite.

324. De sancto Vito.

- |                                                                                            |                                                                                             |
|--------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Vitus puer cupit sisti<br>In caelis cum servis Christi<br>Fidem eius sitiens,         | 1 b. Septimo anno quam gliscit<br>Et bis seno bene discit,<br>Tormentum perficiens.         |
| 2 a. Ylas namque, pater eius,<br>Suadet illi. malo peius,<br>Fidem Christi linquere;       | 2 b. Quantum sibi promittebat<br>Aut terrores inferebat,<br>Non valebat vincere.            |
| 3 a. Hoc praefecto nuntiatur,<br>Puer statim advocatur<br>Et de fide quaeritur;            | 3 b. Constans stat respondens ei:<br>Cultor sum unius Dei,<br>Fides non deseritur.          |
| 4 a. Amor Christi parvum urit;<br>Quod cum novit praeses, furit.<br>Sanctum iubet caedere; | 4 b. Huius manus aridatur,<br>Prece Viti sana datur<br>Nescientis laedere.                  |
| 5 a. Domo patris stat inclusus,<br>Luce diva fit perfusus,<br>Quam cum Ylas respicit,      | 5 b. Excaecatur et clamavit;<br>Infans Deum exoravit,<br>Patri visum reficit.               |
| 6 a. Transit mare, ut a Deo<br>Fit praeceptum, et cum eo<br>Modestus, Crescentia;          | 6 b. Per quos Deus mira fecit,<br>Quosque pavit et refecit<br>Aquilae praesentia.           |
| 7 a. Vocat Caesar sanctum natum,<br>Qui se obtulit paratum<br>Eius sanans filium.          | 7 b. Ferro sancti constringuntur<br>Et sic vincti intruduntur<br>Carceris exsilium.         |
| 8 a. Inde Christus hos redemit,<br>Plumbum fervens non peremit<br>Hos nec leo rugiens.     | 8 b. Tandem sanctos torquet ligno<br>Caesar, multo viso signo<br>„Vae, vac“ clamat fugiens. |

- |                                                                                           |                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>9 a. Agonistae Christi fortes,<br/>Vestri simus ut consortes,<br/>Exorate Dominum,</p> | <p>9 b. Quodque sorde exuamur<br/>Et ut sorte perfruamur<br/>Aeternorum civium.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|

Miss. ms. Ratisbonense saec. 15. Cod. Veteris Capellae Ratisbonen. 1990. —  
4 a, 2 cum fehlt. — 6 a, 3 Modestus et. — 6 b, 2 Quousque ponit. — 9 b,  
3 Aeternorum omnium.

325. De sancto Vito.

- |                                                                                                 |                                                                                              |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Edoctus Dei flamine,<br/>Virilis et probamine<br/>Ratus perseverat</p>                  | <p>1 b. Vitus duodennis puer,<br/>Spernit idola, quo pater<br/>Hunc crebro verberat.</p>     |
| <p>2 a. Praefectus eum fustibus<br/>Iussit caedi, caesoribus<br/>Aruerunt brachia;</p>          | <p>2 b. Praefecto manus aruit,<br/>Quae sibi tunc convaluit<br/>Viti per suffragia.</p>      |
| <p>3 a. Dicit praefectus ad patrem:<br/>Corrige hanc tuam prolem,<br/>Ut non male pereat;</p>   | <p>3 b. Pater iunxit hunc puellis,<br/>Ludis vanis et missellis<br/>Hunc mutare cogitat.</p> |
| <p>4 a. Clauso in cubili Vito<br/>Fraglat odor suavis cito<br/>Replens omnes in domo;</p>       | <p>4 b. Pater circa Vitum stantes<br/>Vidit septem coruscantes,<br/>Excaecatur illico.</p>   |
| <p>5 a. Prece Viti sed sanatur<br/>Pater nec melioratur,<br/>Vivum vult occidere;</p>           | <p>5 b. Vitus ad terram aliam<br/>Ductus, altus per aquilani<br/>Coepit miris nitere.</p>    |
| <p>6 a. Diocletiani natus,<br/>Daemonibus pessumdatum,<br/>Per Vitum eripitur;</p>              | <p>6 b. Nolens diis sed offerre,<br/>Caesar iubet hunc perferre<br/>Tormenta; includitur</p> |
| <p>7 a. Carceri et compeditur,<br/>Leoni datur, et igitur;<br/>Haec et multa superat.</p>       | <p>7 b. Tandem Vitus cum Modesto,<br/>Crescentia mox in modesto<br/>Ligno triumphaverat.</p> |
| <p>8 a. Aer fremit, terra tremit,<br/>Nubes pluunt, terra ruunt,<br/>Multos necant homines;</p> | <p>8 b. Caesar fugit, victus mugit<br/>A parvo it, se percutit.<br/>Per angelum mattyres</p> |
| <p>9 a. Vehuntur cis quoddam<br/>flumen,<br/>Orantes divinum numen<br/>Deo reddunt animas.</p>  | <p>9 b. Corpora sed tutelantur<br/>Angelis, quae tumulantur<br/>A Florentia; taetras</p>     |

- |                                                                                             |                                                                                                     |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>10 a. Ut repellant potestates,<br/>Hos rogemus, sanitates<br/>Cum fortuna impetrent,</p> | <p>10 b. Et post mortem nos ad polum<br/>Iuvent, ut cernamus solum,<br/>In quo cuncta relucent.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|

Miss. ms. Hospitalense anni 1427. Cod. Paulan. 26. 1. (9. Hospit. memb. 7.) A. — Miss. ms. incert. origin. saec. 15. Clm Monacen. 23272. — B. 1b, 1 duodenus AB. — 1b, 3 Hunc fehlt B. — 2b, 2 convaluit tunc AB. — 3a, 2 hanc fehlt AB. — 5b, 3 miris sidere AB. — 8b, 2 Apernoit se A; Aparvoid B. — 9b, 3 A florenti ateras B. — 10b, 1 polos A.

326. De sancto Viviano.

- |                                                                                            |                                                                                                 |
|--------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. In honore Viviani<br/>Sollemnizent christiani<br/>Grata dantes gaudia;</p>         | <p>1 b. Venerentur et collaudent<br/>Confessorem, in quo gaudent<br/>Fidei concordia.</p>       |
| <p>2 a. Sicut spina profert rosam<br/>Sine spinis speciosam,<br/>Gens pagana protulit;</p> | <p>2 b. Hunc regalis stirps produxit,<br/>Et de nocte lux illuxit<br/>Obscuraque reppullit.</p> |
| <p>3 a. Postquam filius nequivit<br/>Dici, ius hunc stabilivit<br/>Xanctoniae comitem.</p> | <p>3 b. Sed contemnens comitatum<br/>Totum figit anhelatum<br/>Ad polorum limitem.</p>          |
| <p>4 a. Pompam spernens saecularem<br/>Togam vestit regularem<br/>Tonso crine capitis.</p> | <p>4 b. Lege Dei meditatur,<br/>Beatus vir vocitatur<br/>Pro fidei meritis.</p>                 |
| <p>5 a. Legit, studet in divinis,<br/>Vacat missis matutinis,<br/>Egenis compatitur.</p>   | <p>5 b. Tanta fulgens sanctitatis<br/>Xanctonenensis civitatis<br/>Pontifex assumitur.</p>      |
| <p>6 a. Bonus, pius, mansuetus,<br/>Indiscretis vir discretus<br/>Refulget virtutibus.</p> | <p>6 b. Nam puerum exspiratum,<br/>A vipera sauciatum<br/>Tollit mortis morsibus.</p>           |
| <p>7 a. Ad hunc veniens leprosus.<br/>Ore, corde lacrimosus,<br/>Voti compos exstitit.</p> | <p>7 b. Aridas habentem manus<br/>Signo crucis Vivianus<br/>Sospitati praestitit.</p>           |
| <p>8 a. Orat praesul, exauditur,<br/>Ab angelis urbs munitur<br/>Armatorum specie;</p>     | <p>8 b. Visis Gothi revertuntur,<br/>Quidam unda submerguntur<br/>Timoris pernicie.</p>         |

- |                                                                                                                     |                                                                                                                    |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>9 a. Boves clepit fur vesanus,<br/>Insensatus et profanus,<br/>Super quibus Vivianus<br/>Tolosam pervenerat;</p> | <p>9 b. Reum furti se fatetur<br/>Et fateri non veretur,<br/>Dum in loco detinetur,<br/>Quo furtum commiserat.</p> |
| <p>10 a. Appicante mercatore<br/>Pretioso cum cruore<br/>Vivianum cum tremore<br/>Daemones vociferant,</p>          | <p>10 b. Per ordinem rem scientes<br/>Civitatis sapientes<br/>Reliquias reponentes<br/>Diem festum iterant.</p>    |
| <p>11 a. Post haec migrans ex hac vita<br/>Fidelis Israelita<br/>Intravit ad nuptias.</p>                           | <p>11 b. Ad quas, pie, nos, confessor,<br/>Stans pro nobis intercessor,<br/>Pervenire facias.</p>                  |

Miss. Xanctonense imp. Parisiis 1491. — 1 a, 2 Sollemnizant. — 1 b, 1 collaudant. — 2 b, 1 regulis. — 3 a, 1 Diei. — 3 b 2 Totum fugit. — 6 a, 2 In discretis.

### 327. De sancta Walburga.

- |                                                                                                                           |                                                                                                                           |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Virginitatis lilio<br/>Sponsatur Dei filio<br/>Walpurga, regis filia,<br/>Ducens genus ab Anglia.</p>             | <p>1 b. Ut sit miranda saeculis<br/>Claris signorum titulis.<br/>Defertur honor caelitus,<br/>Nulli secundus habitus.</p> |
| <p>2 a. Dum mensis lumen deficit,<br/>De caelo lumen elicit,<br/>Negat custos ecclesiae,<br/>Mutatur nox meridie.</p>     | <p>2 b. Sanat aegram desperatam,<br/>Sepulturae destinatam,<br/>Dum blanditur canis ei,<br/>Ponit modum rabiei.</p>       |
| <p>3 a. Ut nefas plectat turpiter,<br/>Duo cohacrent fortiter,<br/>Dum occisus homicidae<br/>Vulnus exceptit perfide.</p> | <p>3 b. Mutus fatur, surdus audit,<br/>Caecus videt, mancus plaudit,<br/>Curatur epilensia<br/>Et minor apoplexia.</p>    |
| <p>4 a. Mira res, aegros sanat<br/>Unctionis stilla,<br/>Quae salubris emanat<br/>Virginis mamilla.</p>                   | <p>4 b. Signa vincunt numerum<br/>Digna recenseri,<br/>Sicut motus siderum<br/>Nequit exhiberi.</p>                       |

5. Ora, virgo, virginem,  
Matrem sponsi tui,  
Ut concedat hominem  
Castitate frui.

Miss. ms. Eistettense saec. 15. Cod. Civit. Nurembergen. IV 86. A. — Miss. ms. Eistettense saec. 15. Clm. Monacen. 23054. B. — Missale Eistettense imp. in Eystett 1494. C. — Missale Eistettense imp. Nurembergae 1517. D. — 2 a, 4 Mutatur vox A; Mutatur lux B. — 2 b, 4 medum B. — 4 b, 3 modus A.



328. De sancto Wendelino.

- |                                                                                           |                                                                                          |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Laudes almo Wandalino<br/>Personemus mirifico<br/>Voce plena.</p>                 | <p>1 b. Clama petens suffragia<br/>Eius sequens vestigia,<br/>Plebs egena.</p>           |
| <p>2 a. Sed tu. pater pie, bone<br/>Pastor gregis et patrone,<br/>Prece semper sedula</p> | <p>2 b. Apud curiam summi regis<br/>Derelicti vices gregis<br/>Commenda per saecula.</p> |

Missale Trevireuse imp. Coloniae 1498. A. — Missale Wirceburgense imp. Coloniae 1509. B. — 1 b, 1 Clara petens B. — 2 b, 1 Apud curam A. — Dies sind die letzten zwei Strophen der Sequenz de s. Dominico mit dem Anfange *In caelesti hierarchia* auf Wendelin übertragen; daher der schlechte Reim, der 1 a, 1 und 1 a, 2 bindet.

329. De sancto Wiberto.

- |                                                                                                    |                                                                                                      |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Laetetur ecclesia<br/>Sollemni melodia<br/>Recolens magnalia<br/>Redemptoris.</p>          | <p>1 b. Monachorum agmina<br/>Voce promant inclita<br/>Guiberti praeconia<br/>Confessoris.</p>       |
| <p>2 a. Hic abundans praediis<br/>Et vita laudabilis<br/>Effulsit et nobilis<br/>Stirpe clara.</p> | <p>2 b. Ut Deo servitutum<br/>Acquireret populum,<br/>Fundavit coenobium<br/>Dote cara.</p>          |
| <p>3 a. Hic tendens ad supera,<br/>Parvipendens terrea<br/>Se reliquit et sua<br/>Mente pura.</p>  | <p>3 b. Hic a cultu daemonum<br/>Errores Hungarorum<br/>Convertit ad Dominum<br/>Voce vera.</p>      |
| <p>4 a. Regulam, quam devovit,<br/>Fideliter tenuit,<br/>Vitam quoque finiit<br/>In Gorzia.</p>    | <p>4 b. Sed beatum patronum<br/>Nos semper protecturum<br/>Huc misit tumulandum<br/>Virtus alma.</p> |
| <p>5 a. Guiberte, nos emenda<br/>Et Deo nos commenda,<br/>Ut sibi sine menda<br/>Serviamus.</p>    | <p>5 b. Ut sanctorum praemia<br/>Per tua suffragia<br/>Cum Christo in gloria<br/>Capiamus.</p>       |

Miss. ms. Gemblacense saec. 15/16. Cod. Bruxellen. 5237. — 2 b, 4 Dote clara. — Melodie: *Mariae praeconio*.

330. In Elevatione s. Wiberti.

- |                                                                     |                                                                     |
|---------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Psallamus pariter<br>Christo sollempniter<br>Carmen laetitiae, | 1 b. Qui Guibertum sanctum,<br>Caelo coronatum<br>Corona gloriae,   |
| 2 a. Insignem etiam<br>Fecit per gratiam<br>Signorum saeculo.       | 2 b. Hic stirpe nobilis,<br>Vita laudabilis,<br>Fulgens in populo,  |
| 3 a. Contemptis omnibus<br>Plennis virtutibus<br>Vita monastica,    | 3 b. Migrans in Gorzia<br>Vectus ad propria<br>Visuit caelica.      |
| 4 a. Caecis claritatem,<br>Captis libertatem<br>Meritibus tribuit,  | 4 b. Clansis dedit gressum,<br>Daemone obsessum<br>Sanum restituit. |
| 5 a. Aegris dat medelam<br>Mutisque loquelam<br>Et surdis auditum.  | 5 b. Ligatus caelitus<br>Fur fit et cognitus<br>Per eius meritum;   |
| 6 a. Nec solvi potuit,<br>Donec restituit<br>Furtum, ut decuit.     | 6 b. Tot et tantis signis<br>Guibertus insignis<br>Mundo innotuit.  |
| 7 a. Cuins elevatur<br>Corpus et locatur<br>Hodie decenter;         | 7 b. Haec dies ornatur<br>Atque consecratur<br>A Deo pariter.       |
| 8 a. Quattuor cum signa<br>Fiunt in hac digna<br>Elevatione,        | 8 b. Guiberti meritis<br>Instique iudicis<br>Miseratione:           |
| 9 a. Primo crux monstratur,<br>Secundo sedatur<br>Hostis divinitus; | 9 b. Tertio caecatur<br>Et illuminatur<br>Mulier caelitus;          |
| 10 a. Quarto exandita<br>Per sancti merita<br>Quondam fit alia.     | 10 b. Hinc caelo et terra<br>Guibertus aeterna<br>Fulget memoria.   |
| 11 a. O pie patrone,<br>Mortis in agone<br>Sis pius opifex,         | 11 b. Ut tuis meritis<br>Iudex nobis mitis<br>Sit summus artifex.   |

12. Amen dicant omnia.

Miss. ms. Gemblacense saec. 15/16. Cod. Bruxellens. 5237. — 1 a, 2 Cum Christo. — 2 a, 1 Insigne. — 4 a, 1 Caecis characterem. — 9 a, 2 Sedantur. — 10 a, 3 ist unverständlich. — 10 b, 1 Hic.

331. De sancto Wigberto.

1. Laudes pangamus regi,  
redemptori Christo,

- |                                                                                                                         |                                                                                                                                                                               |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Hac die devotis<br>famulatum<br>exhibentes praeconiis                                                              | 2 b. Beati Wigberti<br>gloriosi<br>gratulanter sollempniis.                                                                                                                   |
| 3 a. Hic Christi sacris<br>oboediens monitis<br>~~~~~                                                                   | 3 b. Affectus carnis<br>omnes secuit ense<br><i>divisionis pie.</i>                                                                                                           |
| 4 a. Casam<br>~~~~~<br>pudici cordis mundando<br>summae trinitati<br>hospitium praeperat;                               | 4 b. Nudam<br><i>Christi crucem</i><br>ipse nudus assecutor<br>ferens, crucifixus<br>assecla crucifixi.                                                                       |
| 5 a. Spreverat patriam,<br>~~~~~<br>cognatos amore Dei                                                                  | 5 b. Spargere cupiens<br><i>lucis semina nobis</i><br>sedentibus in tenebris.                                                                                                 |
| 6 a. Ducatum pergendi<br>ad Christum praebuit<br>verbis et exemplis                                                     | 6 b. Praesentari suo<br>satagens Domino<br>lucro geminato.                                                                                                                    |
| 7 a. Hodie<br>sanctus Wigbertus<br>carnis ergastulo<br>~~~~~<br>~~~~~<br>liber abiecto<br>~~~~~<br>secreta caeli petit; | 7 b. Caelicis<br>congaudentibus<br>iungitur civibus,<br><i>factus curiae</i><br><i>consul angelicae</i><br>senator ipse<br><i>fit Ierusalem consors</i><br>senatoribus ipsis. |
| 8 a. Confessor inclite,<br>continno precatu<br>servulos proprios<br>tuere clementer                                     | 8 b. Et locum, tuorum<br>nunc cinerum custodem,<br>dextris successibus<br>pacis vise libens;                                                                                  |
| 9 a. Salutem languidis,<br>maestis laetitiam,<br>veniam da lapsis,                                                      | 9 b. Ut gloriosorum<br>tui sublimia<br>gesta meritorum                                                                                                                        |

10. Laetabundi semper  
digne celebremus,  
o Wigberte.

332. De sancto Willibrordo.

- 1 a. Sit tibi laus et honor, doni septemplex auctor,  
1 b. Qui spiras, ubi vis, qui sanctificas tibi, quos vis.
- 2 a. Qui caelos ornas et septem munera donas,  
2 b. Per quae sunt omnes sancti facti locupletes,
- 3 a. Ac locupletatus Willbrort est, gente Britannus.  
3 b. Hic prius [est] notus mundo, quam conditus ortus,
- 4 a. Cognitus ante suae matri sub oromate lunae.  
4 b. In teneris annis maior se robore mentis
- 5 a. Cognatos, patriam patriarcha reliquit ut Abraham;  
5 b. In cosmi partes exsul venit boreales.
- 6 a. Est in pontificem delectus, missus in urbem,  
6 b. In dominatricem mundi totius et arcem;
- 7 a. Est et apostolicus caelesti fame doctus,  
7 b. Quis, cuius meriti, quid vellet, quare veniret.
- 8 a. Sit tibi doxa, decus, nostrum, paraclite, pignus;  
8 b. Est Willbrort iunctus tibi praesulis ordine functus.
- 9 a. Est appellatus clemens, donis cummulatus,  
9 b. Est nactus sedem Traiecti pontificalem.
- 10 a. In virtute tua gessit miranda stupenda,  
10 b. Dulciffuum siccis fontem produxit harenis.
- 11 a. Barbariem Fresiae lustravit lumine vitae,  
11 b. Indomitam gentem verbo domuit Walichrensem.
- 12 a. Est ictus gladio nec laesus sanguine fuso;  
12 b. Martyr, apostolus est, confessor, virgoque vates.
- 13 a. Est Epternacum sibi sortitus poliandrum,  
13 b. Claret ubi signis, quot harenis, quot mare guttis.
- 14 a. Huius pro meritis te mentibus insere nostris,  
14 b. Sis rector, fautor, summi charismatis auctor.

333. De sancto Wunibaldo.

- |                                                                                                                    |                                                                                                                 |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Ad altaris sacramenta<br>Sit vox concors, mens intenta,<br>Sit pacis concordia,                               | 1 b. Ubi sub panis specie<br>Corpus Christi cottidie<br>Sacrant verba mystica;                                  |
| 2 a. Accedit ad elementum<br>Verbum, fit sic sacramentum<br>Sanguinis salutaris.                                   | 2 b. Ad talem cibum et potum<br>Wunebaldus se devotum<br>Sacris exhibet aris.                                   |
| 3 a. Hic quadratam ponens mensam<br>Vitalem signat expensam<br>Quattuor virtutibus;                                | 3 b. Infra sacra mysteria<br>Divina ministeria<br>Sensit de caelestibus.                                        |
| 4 a. Legem sub certis regulis,<br>Non in saxeis tabulis,<br>Sed in corde reproborum<br>Scribit docens viam morum;  | 4 b. Auro conflatum perfide<br>Vitulum terit lapide<br>Frangens vota barbarorum<br>Et culturam idolorum.        |
| 5 a. Redit domus exasperans,<br>Pravos mores contemperans<br>Ad cultum omnipotentis<br>Verbo post tergum monentis; | 5 b. Irriguum superius<br>Dat pater et inferius,<br>Dum luget cor paenitentis<br>Bis compunctum in lamentis.    |
| 6 a. Natus regis se servilem<br>Dives reddit et exilem<br>Intrans in exsilium.                                     | 6 b. . . . .<br>. . . . .<br>. . . . .                                                                          |
| 7 a. Recedit manetque talis,<br>Ut sit sanctis coequalis,<br>Redit ad caelum spiritus<br>Manetque signis inclitus. | 7 b. O confessor pie Christi,<br>Qui certum diem praescisti<br>De caelo tui transitus,<br>Tuere nostros exitus. |

Append. ms. post Miss. Benedict. imp. Spirae 1498 (Erlangen). — 2a, 1 sq. Accedit verbum ad elementum, fit ibi sacramentum. — 2b, 3 extri-  
bearis. — 5b, 3 cor permittentis. — 7a, 4 Manet.

334. De uno Martyre.

1. Alme mundi

- |                                                                                                           |                                                                                                           |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Creator atque redemptor<br>iuste, maiestas summa,                                                    | 2 b. Gloriosus Deus saecula<br>manens per infinita,                                                       |
| 3 a. Qui choris adornatus<br>angelicis<br>horumque pollens laude,<br>dignatus es revisere<br>infima rura, | 3 b. Ut fornace retrusos<br>Aegyptia<br>potenti clemens manu<br>liberares de tenebris<br>et mortis umbra, |

- |                                                                                                                   |                                                                                    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>4 a. Virginali thalamo<br/>suscepisti<br/>mortalem formam</p>                                                  | <p>4 b. Hancque cruci affigi<br/>pro salute<br/>passus es nostra,</p>              |
| <p>5. Praebens inclitis<br/>martyribus exempla<br/>Hausti calicis<br/>a te bibere pota,<br/>subiundo verbera,</p> |                                                                                    |
| <p>6 a. Quibus das<br/>aeterna<br/>pius praemia,</p>                                                              | <p>6 b. Fruantur<br/>quo tecum<br/>luce perpetua.</p>                              |
| <p>7 a. Quorum Alleluia<br/>secutus est collegia</p>                                                              | <p>7 b. Divina impulsus<br/>misericordia dextra<br/><i>Felix tuus athleta,</i></p> |
| <p>8 a. Percipiens<br/>tyrannorum sacra iugula,</p>                                                               | <p>8 b. Unde feliciter<br/>permanet in gloria.</p>                                 |

Collectan. ms. Placentinum saec. 13/14. Cod. Capit. Placentin. 65. — Mit Melodie: „Iustus ut palma maior.“ — 6b, 1 Fruatur. — Abschrift von Rev. H. M. Bannister.

### 335. De uno Martyre.

#### 1. Optime fons et origo nominis christiani,

- |                                                                                                                           |                                                                                                                                            |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2 a. Agnus, pastor et ovis,<br/>rex, sacerdos et hostia<br/>reconciliando<br/>peccatores,</p>                          | <p>2 b. Fac nos flores, flos ipse,<br/>cuius floribus non desunt<br/>candor liliorum<br/>sed nec rosae.</p>                                |
| <p>3 a. Dic nobis, tyranne,<br/>Tortor atrox et magne,<br/>Athletam Dei viventis<br/>Emolliri putas<br/>in tormentis?</p> | <p>3 b. Contra Dei testes<br/>Quid catasta, quid restes?<br/>Profecti sunt, non despecti;<br/>Non cruentavit crux,<br/>sed candidavit.</p> |
| <p>4 a. Torculari calcato vivum<br/>emanat oleum,<br/>sic tribulata<br/>palea granum.</p>                                 | <p>4 b. Martyr Christi, suspirantes,<br/>qua frueris vere,<br/>ad veram vitam<br/>nosque tuere.</p>                                        |

Sequent. ms. Praemonstratense saec. 14. in. Cod. Mus. Bohem. XIII. A 14. A. — Miss. ms. Praemonstratense saec. 14. Clm. Monacen. 23265. B. — Miss. ms. Attilense anni 1454. Clm. Monacen. 3311. C. — Miss. ms. Montisaprinum anni 1466. Clm. Monacen. 5912. D. — 3a, 1 Sic nobis C. — 3b, 2 catastae A. — 3b, 4 sq. sed crux A. — 4a, 1 vinum BD. — 4a, 2 manat A; olivum BC. — 4a, 3 sint tribulata A, sed tribulata C. — 4b, 1 suspirantis BCD. — 4b, 2 fruaris A. — 4b, 4 Vite tuere CD (weil hier auf das Fest des hl. Vitus). — Melodie: Victimae paschali.

APPENDIX.

FRATRIS N. HAMELII VICTORINI

ET

ANONYMI RAVENNATENSIS

SEQUENTIAE.

---





## I. Sequentiae Fratris N. Hamelii Victorini.

### 336. De Praesentatione B.M.V.

- |                                                                                                               |                                                                                                                   |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Adunetur totus chorus<br>Et multorum sit concentus<br>In laudis praeconium.                              | 1 b. Virgo, templum trinitatis,<br>Sacrarium deitatis,<br>Nobile triclinium,                                      |
| 2 a. Consecratur et effertur<br>Et in templo dedicatur<br>Virgo sancta in hac die.                            | 2 b. Cui debetur honor, virtus,<br>Humi iacet, sicut nardus,<br>Mater pacis, clementiae.                          |
| 3 a. Anna mater parit gnatam,<br>Post tres annos hanc oblatam<br>Effert Deo primitias.                        | 3 b. Paronymphus concepturam<br>Praedicavit, parituram<br>Post tantas inducias.                                   |
| 4 a. Anna mater post vicenos<br>Reportavit fructus sanos;<br>Germinavit sacrum florem.                        | 4 b. Annis Anna parit gnatam,<br>Gnata profert salvatorem,<br>Rem miramur inauditam.                              |
| 5 a. Stirpe nata de regali<br>Simul et sacerdotali<br>Duxerat originem;                                       | 5 b. Ipsa namque Deum magnum<br>Paritura egregium<br>Regem et pontificem.                                         |
| 6 a. Radix Anna, virga virgo,<br>Flos est Christus in hoc mundo,<br>Qui natus a principio;                    | 6 b. Inter natos renascentes,<br>In hoc mundo vagientes,<br>Dotatus privilegio.                                   |
| 7 a. Obtulisti fructum ventris<br>Ultra tempus parientis<br>Mox in templo deitatis,<br>Dum habetur triennium. | 7 b. Sed se offert et offertur,<br>Se praesentat, praesentatur,<br>Praesentata recipitur<br>In divinum obsequium. |
| 8 a. Temetipsam obtulisti<br>Atque illi devovisti,<br>Obsequio subdidisti;                                    | 8 b. Neque satis est in templo,<br>Nisi sit in corde nostro,<br>Quem manere praecepisti.                          |

- |                                                                                                                         |                                                                                                                    |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 9 a. In aetate puerili<br>Intrat virgo saepta templi,<br>Servitura praesentatur.                                        | 9 b. Annis tribus iam completis<br>Statim de domo parentis<br>Haec puella egreditur.                               |
| 10 a. Per ter quinos scandit gradus<br>Et in templum tot ascensus<br>Parva puella graditur.                             | 10 b. Devovere hanc parentes<br>In divinis mancipantes,<br>Statim votum statuitur.                                 |
| 11 a. Haec puella scandit templum,<br>Hoc in altum constitutum<br>Vera Dei ecclesia.                                    | 11 b. Veneratur domum Dei,<br>Efficitur templum Dei<br>Adhuc in infantia.                                          |
| 12 a. In ascensu demonstratur<br>Via, per quam ascendatur<br>Ad caeli palatia.                                          | 12 b. Ergo surgat et sequatur<br>Istam viam, qui moratur<br>In mundi miseria.                                      |
| 13 a. Ingreditur sanctum templum,<br>Quae futura Dei templum,<br>Altissimi, summi regis.                                | 13 b. Intrat templum virginale,<br>Nuuquam visum est aequale,<br>Quod construxit manus<br>patris.                  |
| 14 a. Neque propter flos odorem<br>Suum, non perdit decorem,<br>Cum odor emittitur;                                     | 14 b. Neque propter creatorem<br>Virginitatis candorem<br>Non perdit, cum nascitur.                                |
| 15 a. O Maria, mater munda,<br>A peccato nos emunda,<br>Gratia tua repleat;                                             | 15 b. Munda templum nostri cor-<br>dis,<br>Nil rancoris nec livoris<br>In ipso remaneat.                           |
| 16 a. In hac die mox tuorum<br>Munda templa servulorum,<br>Sint munda habitacula;                                       | 16 b. Fac, sint corda nostra templa,<br>Cum sint lata satis ampla,<br>Sint pura tabernacula.                       |
| 17 a. Gloriosa virgo, mater,<br>Tu quae prima, non est alter<br>Nec aequalis, sed arbiter<br>Inter Christum et fideles; | 17 b. Vide artus fatiscentes,<br>Serva servos titubantes<br>Et in salo fluctuantes,<br>In pelago navigantes.       |
| 18 a. Esto maris nova stella,<br>Dum conturbat nos procella,<br>Apud Christum interpella<br>Pro nobis in periculo.      | 18 b. Fluctus surgunt magni maris,<br>Nos conducat stella maris<br>Ad portum securitatis<br>Confracto gubernaculo. |
| 19 a. Virgo, mater singularis,<br>Quanta laude sublimaris,<br>Quanto fulges praeconio!                                  | 19 b. Mox concepta consecraris,<br>Consecrata praeservaris<br>Dei fulta auxilio.                                   |

- 20 a. O tu mater creatoris,  
Funde preces cunctis horis,  
Ut post istud saeculum,
- 20 b. Post cursum huius laboris  
Beatis iungamur choris  
Supernorum civium.

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Angabe: „Auctor N. Hamelius Victorinus“ und der Jahreszahl 1574. — 9a, 2 Intra. — Der Reim beschränkt sich in dieser wie durchweg in allen Sequenzen des wortreichen und einer oft mehr als dunklen Sprache sich bedienenden Autors auf die Schlußsilbe. — Betreffs Begründung, warum so namenlos schlechte Reimereien dieses Victoriners hier Aufnahme fanden, vgl. Vorwort, S. 8 ff.

337. De Visitatione E.M.V.

- 1 a. Ave, sponsa deitatis,  
Maria, fons pietatis,  
Angelorum gloria;
- 1 b. Ave, felix et beata,  
Sacerdotis sponsa grata,  
Quorum iuga sterilia.
- 2 a. Fugit aetas iuventutis,  
Venit tempus senectutis;  
Redit aetas iuvenilis,  
In utrisque fit virilis,  
Tolluntur opprobria;
- 2 b. Clausa vulva, ne sit partus,  
Qui spe quondam destitutus,  
Aperitur, et fit partus;  
In utrisque est iuventus,  
Auferuntur ludibria.
- 3 a. Fidem praebet oraculo  
Laetabunda et nuntio,  
Festina prae gaudio  
Perrexit in montibus.
- 3 b. Ubi mansit tribus tunc  
mensibus,  
Delectatur suis conspectibus,  
Statim rediit in propriis  
sedibus.
- 4 a. In publico festinabat  
Et tumultus abhorrebat  
Atque turbas fugiebat.
- 4 b. Maturate properabat,  
Extra pedem vix trahebat  
Nec a domo recedebat.
- 5 a. Venit maior ad minorem,  
Venit hera ad ancillam,  
Mater Dei ad matrem pro-  
phetae;
- 5 b. A maiore visitatur,  
Et minori obsequitur,  
Servit ista tunc ancillae.
- 6 a. Benedicta inter mulieres,  
Benedicta super omnes,  
Benedicta divina pignora;
- 6 b. Benedictus ventris fructus,  
Benedictus eius partus,  
Benedicta talia viscera.
- 7 a. Mater vocem prior audit,  
Et virtutem puer sentit,  
Dum Messiam tunc praesensit,
- 7 b. Gratulatur nondum loquens,  
Iam adplaudit adhuc infans,  
Ubi aetas deficit.
- 8 a. Ut venator sentit feram  
Longe fere venientem,  
Sic agnovit hunc praesentem;
- 8 b. Adhuc iacens sic inclusus  
Est virtute odoratus,  
Ibi sensit praesentiam.

- |                                                                                                                |                                                                                                                           |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 9 a. Ubi vates egregius<br>Illud hausit profundius<br>Secretum mysterium,                                      | 9 b. Et parente acutiva<br>Illo non est perfectiva,<br>Dum movet tripudium.                                               |
| 10 a. Parvus miles<br>regem salutabat,<br>Virgo regem<br>in alvo gestabat<br>Inter artas<br>ventris angustias. | 10 b. Pater portat<br>grave pondus,<br>Virgo gestat<br>leve onus<br>Nec patitur<br>naturae pressuras.                     |
| 11 a. Non est pondus corpus gravens,<br>Sed est onus leve portans,<br>Quae portantem<br>portat omnia.          | 11 b. Visitavit tunc cognatam<br>Et habebat hanc germanam;<br>Quam ut novit impraegnatam<br>Virtute magnifica:            |
| 12 a. „Unde venit mater Dei,<br>Mater regis altissimi?“<br>Magna est laetitia.                                 | 12 b. „Qua gratia quove dono<br>Ingreditur haec in domo,<br>Ubi parva familia?“                                           |
| 13 a. Dum visitat, visitatur,<br>Dum salutat, salutatur,<br>Salutata resalutat<br>Honestis amplexibus.         | 13 b. Sacra miscent colloquia,<br>Verba conferunt dulcia<br>Et divina eloquia<br>De rebus sublimibus.                     |
| 14 a. Admiremur novitatem<br>Et naturae dignitatem,<br>Magnam quoque maiestatem,<br>Fructum magnum allatura.   | 14 b. Nam sterilis est longaeva<br>Et in brevi paritura,<br>Virgo mater conceptura<br>Fusa mirante natura.                |
| 15 a. Anna parit supra tempus,<br>Illud vere Dei opus<br>Et est nobis mirabile.                                | 15 b. Virgo parit nec est laesa,<br>Manet virgo sed intacta,<br>Et est opus laudabile.                                    |
| 16 a. Est ut thronus Salomonis,<br>Velut vellus Gedeonis,<br>Terra nunquam exarata,                            | 16 b. Rubus ardens, non com-<br>burens,<br>Hortus clausus et conclusus,<br>Porta clausa obserata.                         |
| 17 a. Eva prius<br>noverca posteris,<br>Illa mater salvatoris,<br>Ista mater praecursoris;                     | 17 b. Prima parens nobis luctum<br>Sed secunda vitae fructum<br>Haec gaudium<br>in ortu infantis.                         |
| 18 a. Sitis nostrum salutare,<br>Ob meritum singulare<br>Harum matrum visitare<br>Dono tuae gratiae,           | 18 b. Nunc apparens ventris fru-<br>ctus,<br>Nobis inter mundi fluctus<br>Sis via, dux et conductus<br>Virtute potentiae. |

19 a. Visitare nos digneris,  
Nos, si placet, consoleris;  
In adversis confortetur,  
Nec de nobis vindicetur  
Tua fulti clementia,

19 b. Sicut quondam visitasti  
Hanc germanam, quam ama-  
sti,  
Obsequium impendisti  
Et a malis protexisti,  
Tua referta gratia.

Collect. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16 Cod. Parisin. 14872. — Mit der Chiffre des Auctors. — 13b, 4 Et rebus. — Wie in dieser Sequenz (Str. 3 u. 11), so werden wir noch öfter beobachten, dafs Strophe und Gegenstrophe in der Verszahl differieren, ganz abgesehen vom ungleichen Rhythmus (Str. 5, 10, 17).

338. De sancta Anna.

1 a. Ecce, tempus opportunum,  
Convenimus nos in unum,  
Ut in laude conditoris  
Impendamus vires cordis.

1 b. Nequit satis admirari  
Mens humana nec profari,  
Quanta laude prosequenda  
Mater matris salvatoris.

2 a. Anna, regum progenies  
Et sacerdotum series,  
In te virtutum species,  
Sola mater sine pari;

2 b. Infecunda pro tempore,  
Prope marcescens corpore,  
Toto soluta vigore  
Dono plena singulari.

3 a. Ex regali stirpe nata,  
Coniugio copulata,  
Consecuta tres maritos,

3 b. Et ex illa prole sancta  
A saeculis inaudita  
Fructus conferens optimos.

4 a. Anna mater, mater Anna,  
Sunt tua dona magna,  
Anna sonat gratiam;

4 b. Tota facta gratiosa,  
Super omnes speciosa,  
Magnam ferens laetitiam.

5 a. Haec in domo per vicenos  
Cum marito vixit annos  
Sine fructu coniugii,

5 b. Néque cessat a divinis,  
Tota perfusa lacrimis  
Audit quaestus opprobrii.

6 a. Bona sua conferebat,  
Tripharie dividebat,  
Partem templo et egenis,

6 b. Partem suae familiae  
Reservabant, inopiae  
Servis suis domesticis.

7 a. Et, sterilis quae non erat,  
Paritura maledictam  
Lex antiqua praedicabat,

7 b. Non ultricem manum suam  
Porrigebat in naturam,  
In peccato saeviebat.

8 a. Caelestis nuntius,  
Cuius vultus angelicus,  
Qui missus caelitus  
Reddit certam de nuntio:

8 b. Concipies et paries  
Nec similem reperies  
Sic decretum consilio.

- |                                                                                                              |                                                                                                                |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 9 a. Annis Anna parit gnatam<br>Super omnes singularem,<br>Quod miratur lex naturae,                         | 9 b. Et miratur totus mundus<br>Matris Annae ex Ioachim<br>Super partum geniturae.                             |
| 10 a. Quae quondam sterilis,<br>Est modo fertilis<br>Dans fructum optimum.                                   | 10 b. Visitavit terram sanctam<br>Et replente foetu totam<br>Terra dedit fructum suum.                         |
| 11 a. Anna parit tres filias,<br>Illa vocat has Marias,<br>Offert fructus primitias<br>In divinum obsequium. | 11 b. Unus, bini et quaterni<br>Mundo nati et renati<br>Per ipsarum sanctarumque<br>Mariarum conubium.         |
| 12 a. Prima Christum, altera<br>Iacobum maiorem, Barsabam<br>Iustum cum Simone Iudam,                        | 12 b. Tertia parit mater<br>Ioannem volucrem<br>Iacobumque maiorem.                                            |
| 13 a. O nobile collegium<br>Est sanctarum consortium<br>Et sororum sacrum trium,<br>Quarum nomen est Maria.  | 13 b. Est Maria stella maris<br>Sedans fluctus tempestatis,<br>Iungat regno claritatis<br>Post tanta suspiria. |
| 14 a. Elisabeth, Sara, Rachel,<br>Anna matres, quae steriles<br>Pepererunt mirabiles.                        | 14 b. Non ablatus erat partus,<br>Sed dilatus, modo datus,<br>Prodierunt nobiles.                              |
| 15 a. Radix Anna, virga virgo,<br>Flos est Christus in hoc mundo,<br>Quem novimus profluxisse,               | 15 b. Radix Iesse coepit esse,<br>Gaudet mundus recepisse<br>Talem florem de radice.                           |
| 16 a. O sorores vos germanae,<br>Custodite sero. mane,<br>Ne facinus tam immane<br>Patiamur in futuro,       | 16 b. Ubi mors est sine vita,<br>Poena gravis infinita,<br>Afflictio infinita,<br>Nulla quies a tormento.      |
| 17 a. Alma parens, mater Anna,<br>Mater pia et benigna,<br>Iuva tuis precibus,                               | 17 b. Nos in mundo tam naufrago<br>Sine tuo praesidio<br>Agitamur in fluctibus.                                |
| 18 a. Anna, parens matris Christi,<br>Ante Deum iube sisti<br>Post mundi naufragia,                          | 18 b. Et miseris donet opem,<br>Sempiternam det requiem<br>Per tua suffragia.                                  |
| 19 a. Mater matris Christi,<br>Ex hoc mundo tristi<br>Post hanc vitam caeli<br>Ducas ad atria,               | 19 b. Ubi sine nocte dies<br>Et ex toto meridies,<br>Ubi quies et gloria.                                      |

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Angabe: „Auctor N. Hamelius Victorinus“. — 1b, 1 Neque satis. — 18 a, 1 parens mater Christi. — Strophe 15 a ist gleichlautend mit Str. 6 a in Nr. 336.

339. De sancta Apollonia.

- |                                                                                                                    |                                                                                                                  |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Admiremur recolentes,<br>Huius festum venerantes<br>Gloriosae virginis.                                       | 1 b. Toto corde, pari mente<br>Convertamus nos repente<br>In amorem certaminis.                                  |
| 2 a. Huius dies tam festiva,<br>In qua nobis primitiva<br>Redeunt sollemnia.                                       | 2 b. Haec est virgo tam insignis,<br>Cuius virtus mirabilis<br>Nobilis per omnia.                                |
| 3 a. Haec ter senos agens annos<br>Fugit sinus iam paternos,<br>Applicat Bisantium;                                | 3 b. Hanc suscepit tunc matrona,<br>Cuius nomen est Melota,<br>Ob furores gentilium.                             |
| 4 a. Quam videns Cyrillus totus<br>Est turbatus, neque vigor ullus<br>Nil remansit tunc virium;                    | 4 b. Totus raptus in amorem,<br>Totus captus in furorem,<br>Talem videns tunc decorem<br>Et dilexit hanc nimium. |
| 5 a. Offert multa, spondet plura<br>Periturus peritura,<br>Sed vilescunt omnia.                                    | 5 b. Omne mundi ornamentum<br>Reputavit velut lutum,<br>Munera regalia.                                          |
| 6 a. Tunc Cyrillus se contemptum<br>Videns trahit ad tormentum,<br>Dicens esse christianam.                        | 6 b. Illa Christum profitetur<br>Neque deos reveretur,<br>Habens intus mentem<br>sanam.                          |
| 7 a. In horrendo carcere<br>Ingreditur intrepide,<br>Ubi tandem confortatur<br>Angelico solacio.                   | 7 b. Post in templum deducitur<br>Et in sacrum conspuitur,<br>Ubi fulta reperitur<br>Divino praesidio.           |
| 8 a. Hanc sex lustris<br>ieiunam diebus<br>Praeses iubet<br>stare conspectibus<br>Atque duris<br>caedi verberibus. | 8 b. A molari<br>dentes excutiunt,<br>Huius sanctae<br>labia praescindunt<br>Post tergum<br>revinctis manibus.   |
| 9 a. Suspenditur eculeo<br>Toto mirante populo,<br>Praeses iubet concremari;                                       | 9 b. Duris loris attrahitur<br>Et a tortore flagellatur<br>Neque potest commutari.                               |
| 10 a. Orat virgo<br>devotis precibus,<br>Fundit preces<br>pro cunctis civibus:<br>In adversis<br>sperans solacium  | 10 b. Si quis memor<br>sit sui nominis,<br>Patiatur<br>dolorem capitis<br>Simul atque<br>laborem dentium;        |

- |                                                                                                                            |                                                                                                                          |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>11 a. Si fulguris,<br/>vel aquae, vel ignis,<br/>Aut si guttae,<br/>sive vermis<br/>Patiatur<br/>incendium.</p>         | <p>11 b. Vox de caelo<br/>audita repente:<br/>„Quae orasti<br/>satis ingenue,<br/>Exauditur<br/>tuum suffragium.“</p>    |
| <p>12 a. Illa statim<br/>elapsa manibus<br/>In acribus<br/>prorupit ignibus,<br/>Continuo<br/>flamma dispergitur;</p>      | <p>12 b. Flamma furens<br/>praesentes adurens<br/>Et in flammam<br/>ultra proiciens,<br/>Non uritur<br/>. . . . .</p>    |
| <p>13 a. Ingens fulgur emicuit,<br/>Terra gravis contremuit,<br/>Pars populi<br/>diversa teritur.</p>                      | <p>13 b. Tunc Cyrillus mente captus<br/>Furit, currit ut insanus<br/>Et a vero<br/>alienus moritur.</p>                  |
| <p>14 a. Corpus datur praeda brutis<br/>Canibusque, lupis, ursis<br/>Laniandum praesentatur<br/>Nec tamen discerpitur.</p> | <p>14 b. Defertur ad litus maris,<br/>Quod suscepit apta navis,<br/>A Melota occultatur,<br/>Et in cista reconditur.</p> |
| <p>15 a. Nautae putant<br/>inesse thesaurum,<br/>Soporatus<br/>mergunt in profundum,<br/>Qui servantur incolumes.</p>      | <p>15 b. Surgit inde<br/>horrida tempestas,<br/>Illa caelum<br/>commovet et undas,<br/>Sic spe manserunt inanes.</p>     |
| <p>16 a. Montem Tabor ascendentes<br/>Ibi corpus referentes<br/>Parant locum quiescenti;</p>                               | <p>16 b. Ibi multa fiunt mira<br/>Et praeclara miracula,<br/>Vota redduntur numini.</p>                                  |

Collect. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Chiffre des Autors. — 6a, 2 Illam trahit. — 10b, 4 Simul et. — 12a, 2 illapsa. — 13b, 4 emoritur. — 14b, 3 oculatur. — 14b, 4 in costa. — Diese Sequenz ist umgearbeitet im Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87; Cod. Classen. 360 (139. 5. S) in folgender Weise:

- |                                                                                         |                                                                                          |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Admiremur recolentes,<br/>Diem festum venerantes,<br/>Gloriosae virginis.</p>   | <p>1 b. Toto corde, pari mente<br/>Convertamus nos repente<br/>Ob laudem certaminis.</p> |
| <p>2 a. Erat longaevae aetatis,<br/>Fugit actus voluptatis,<br/>Applicat Bisantium.</p> | <p>2 b. Tunc suscepit hanc devota<br/>Dulcis matrona Melota<br/>Ob furores gentium.</p>  |



- |                                                                                        |                                                                                       |
|----------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------|
| 3 a. Totus turbatus Cyrillus,<br>Neque vigor mansit ullus<br>Neque quidquam virium;    | 3 b. Ille raptus in amorem<br>Videns corporis decorem<br>Hanc dilexit nimium.         |
| 4 a. Offert multa, spondet plura<br>Periturus peritura,<br>Sed vilescunt omnia;        | 4 b. Omne mundi ornamentum<br>Spernit, aurum et argentum,<br>Munera regalia.          |
| 5 a. Iste videns se contemptum<br>Illam trahit ad tormentum,<br>Proclamat christianam. | 5 b. Et haec Christum profitetur<br>Neque deos veneretur,<br>Habebat mentem sanam.    |
| 6 a. Post tricenos astat dies,<br>Laeta remansit facies,<br>Et graviter caeditur.      | 6 b. A molari excutiunt<br>Dentes, labia feriunt,<br>Post tergum praecingitur.        |
| 7 a. Orat, ut memor nominis<br>Recipiat vim numinis<br>In dolore dentium.              | 7 b. Prosilivit se in ignem,<br>Admirantur rem insignem,<br>Currrens ad incendium.    |
| 8 a. Rogus saevit in praesentes,<br>Flammas emittit ardentis,<br>Pars populi teritur.  | 8 b. Corpus datur praeda brutis<br>Canibusque, ursis, lupis<br>Nec tamen discerpitur. |
| 9 a. Montem Tabor ascendentes,<br>Ibi corpus deferentes<br>Locum parant vigni;         | 9 b. Ubi fiunt miracula<br>Vocata prece sedula<br>Pro gloria Domini.                  |

340. De sancta Barbara.

- |                                                                                                                                     |                                                                                                                                  |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Gaude, turba fidelium,<br>Quam de stirpe traxit gentilium<br>Et in novum iunxit collegium<br>De gente barbarica.               | 1 b. Gaude, felix et beata,<br>Gaude, urbs Nicomedia,<br>Qua triumphat agonista<br>De viris victoria.                            |
| 2 a. Pater tradit edocendam<br>Et in sacris imbuendam,<br>In qua fidem catholicam<br>Novit ab infantia.                             | 2 b. Virgo beata Barbara,<br>Gemma caeli pretiosa,<br>Sponsa Christi speciosa,<br>Dioscori filia.                                |
| 3 a. Ut agnovit pater saevus,<br>Fremet tamquam leo dirus,<br>Illam iubet custodiri;                                                | 3 b. Quam agnoscit christianam,<br>Martiano illudendam<br>Statim mandat nuntiari.                                                |
| 4 a. Haec in arta<br>turri retruditur,<br>Puella venusta,<br>decora facie;                                                          | 4 b. Quae a multis<br>adamatur,<br>Sed a nullo<br>contacta homine.                                                               |
| 5 a. Templum ingreditur,<br>Videns simulacra:<br>„Quid haec volunt, inquit,<br>Ista deaurata,<br>Quorum materia<br>Luto composita?” | 5 b. Nam homo de terra<br>Trahit originem,<br>Nec caelum nec aer<br>Nec aqua a se sunt,<br>Sed summus artifex<br>Creat universa. |

- |                                                                                                                        |                                                                                                                    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 6 a. Si quondam dii nostri<br>fuerunt homines<br>Et sic ita nati,<br>nobis sunt aequales;                              | 6 b. Neque divinitas<br>coepit nec desinit,<br>Quae semper idem est<br>nec facit similes."                         |
| 7 a. Haec artificibus<br>Amplas tres fenestras<br>Praecipit fieri;                                                     | 7 b. Statim ipsa videt<br>Furore nimio<br>Patrem commoveri.                                                        |
| 8 a. Tres fenestrae<br>terram illuminant,<br>Per quas orbis<br>obscura rutilant,<br>Sic per eas<br>cuncta manifestant; | 8 b. Tres fenestrae<br>trina divinitas,<br>Quarum est par<br>et aequa maiestas;<br>Per quam<br>elementa refulgent, |
| 9 a. Quid de fide trinitatis<br>Et virtute unitatis<br>Et de Deo, quae sit notitia;                                    | 9 b. Est trina unitas<br>Et una trinitas,<br>Trinus in personis,<br>Una essentia.                                  |
| 10 a. Tres sunt unum in natura,<br>Neque minor una tribus,<br>Quibus est una deitas;                                   | 10 b. Habet una, quod alia,<br>Neque maius, neque minus,<br>Cuius est aequa maiestas.                              |
| 11 a. Ut in sole, ut in unda,<br>Ut in pomo, ut in rosa,<br>In se semper sunt unita;                                   | 11 b. Neque sol sine radio,<br>Neque flumen sine rivo,<br>Semper manent indistincta.                               |
| 12 a. Me nescire hic posse fateor,<br>Quam qui videt, cuncta videt,<br>Quam videre summa felicitas.                    | 12 b. Quid sint unum, quid sint tria,<br>Quid unitas, quid trinitas,<br>Sola novit divinitas.                      |
| 13 a. Praeses iubet hanc adduci<br>Et taurinis nervis laniari<br>Et per corpus<br>respergi sanguine.                   | 13 b. Pater saevus comis trahit<br>Cum catenis<br>et clave retrahit<br>Taetro clausa carcere.                      |
| 14 a. Per urbem trahitur<br>mirante populo,<br>Flagris atteritur<br>in hoc spectaculo<br>Nudata corpore.               | 14 b. Caelestis nuntius<br>assistit protinus,<br>Hanc vestit angelus<br>data sibi veste.                           |
| 15 a. Qui operis<br>tu caelum nubibus,<br>Tu, qui terram<br>decoras fructibus,<br>Protege nos<br>ab his insultibus;    | 15 b. Operias<br>criminum defectus<br>Et in huius<br>tot mundi conflictus<br>Libera nos<br>ab his tumultibus.      |

- |                                                                                                                                            |                                                                                                                                              |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>16 a. Ne permittas<br/>saevire tyrannos<br/>Et virtute<br/>confunde superbos,<br/>Virgo, custodi nos<br/>a gente barbara.</p>           | <p>16 b. In capite<br/>malleo tunditur,<br/>In mamillis<br/>acriter teritur,<br/>Per latera ista<br/>percutitur Barbara.</p>                 |
| <p>17 a. Vox de caelo repente cecidit:<br/>Veni pulchra, veni laeta,<br/>Veni, coronaberis;</p>                                            | <p>17 b. Per labores, per tormenta,<br/>Per tot mala insueta<br/>Sponsum agnum sequeris.</p>                                                 |
| <p>18 a. Quod postulas, impetrasti,<br/>Nec a vero recessisti<br/>Et strenue decertasti<br/>In hoc vitae stadio.</p>                       | <p>18 b. Tunc confertur palma victo-<br/>riae,<br/>Honor datur aeternae gloriae,<br/>Quae vicisti fortem potentiae<br/>In tanto proelio.</p> |
| <p>19 a. Haec oravit<br/>petens suffragium;<br/>Qui denegat<br/>nullum obsequium,</p>                                                      | <p>19 b. In adversis<br/>donans remedium<br/>Semper adest<br/>fereus auxilium.</p>                                                           |
| <p>20 a. Si quis memor<br/>sit mei nominis,<br/>Meditetur<br/>opus passionis.<br/>Nos qui sumus<br/>caro atque cinis,<br/>Te precamur,</p> | <p>20 b. Dum venerit<br/>tempus examinis<br/>Et abdita<br/>patebuut hominis,<br/>Ne districti<br/>rigore iudicis<br/>Feriamur.</p>           |
| <p>21 a. Pater furens montem scandit,<br/>Illa sponte collum tendit<br/>Patris ictu caesa pugionis.</p>                                    | <p>21 b. Descendendo fulmen rapit,<br/>Quod nec pulvis ullus mansit<br/>Nec quidquam corporis.</p>                                           |
| <p>22 a. Ave, proles creatoris,<br/>Ave, sponsa redemptoris,<br/>Salve, serva redemptoris,<br/>Angelorum nuntia.</p>                       | <p>22 b. Supplicat nunc chorus iste,<br/>Per Barbaram, pie Christe,<br/>Irasci nobis desiste,<br/>Qui es vera venia.</p>                     |

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Chiffre des Autors und der Jahreszahl 1574. — 10 b, 3 aequalis. — 13 b, 1 comes. — 16 b, 6 beata Barbara. — 21 a, 2 collem. — 22 a, 3 statt redemptoris (cfr. 22 a, 2) ist sanctificatoris zu vermuten.

### 341. De sancto Blasio.

- |                                                                                             |                                                                                         |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Psallat mundus corde mundo,<br/>Iucundemur in hoc mundo,<br/>Laetetur ecclesia;</p> | <p>1 b. Vox caura nostri chori<br/>Laudes promat conditori,<br/>Qui disponit omnia.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                         |                                                                                                         |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Hic Blasius vocitatus<br>Vere blandus est vocatus,<br>Blanda profert eloquia;                      | 2 b. Blandus verbo, blandus<br>signis,<br>Blandus vita et insignis<br>Blanda profert colloquia.         |
| 3 a. Cultu morum adornatus<br>In Sebaste praesentatus<br>Apicem promeruit;                              | 3 b. Fugit mundum timens mor-<br>tem,<br>Poenam videns tam acerbam<br>Corpus occidi timuit.             |
| 4 a. Latitabat in speluncis<br>Et in antris tenebrosis<br>Fugiens martyrium.                            | 4 b. Caelestis nuntius<br>Venit velocius<br>Ferens consilium.                                           |
| 5 a. Ad hunc aves veniebant<br>Neque tamen recedebant,<br>Obsequuntur imperio;                          | 5 b. Aves pastum afferebant,<br>Sanctum senem nutriebant<br>Latitantem tugurio.                         |
| 6 a. Ire iubet et recedunt,<br>Stare mandat, acquiescunt,<br>Mancipantur obsequio.                      | 6 b. Ad hunc ferae confluebant,<br>Incolumes recedebant<br>Huius beneficio.                             |
| 7. Si qua fera condolebat<br>Ad hunc cito fugiebat<br>Consecuta remedium.                               |                                                                                                         |
| 8 a. Dum venatur, canes latrant,<br>Circumdantes antrum clamant,<br>Ut victores capta praeda;           | 8 b. Quod mirantur venatores,<br>Bestiarum praedatores,<br>Et videntur niti frustra.                    |
| 9 a. Intranst servi in speluncam,<br>Senem vident consedentem<br>In medio bestiarum,                    | 9 b. Neque possunt contingere<br>Neque ultra accedere<br>Propter coetum tot ferarum.                    |
| 10 a. Videt lupum venientem<br>Et in porcum saevientem,<br>Tunc femina contristatur;                    | 10 b. Lupus rapax rapit praedam<br>Et insurgit contra feram,<br>Illi mortem comminatur.                 |
| 11 a. Orat sibi porcum reddi<br>Et in manus suas tradi.<br>Mulieris verba ridet:                        | 11 b. Ne tristeris ullo modo,<br>Tibi lupus continuo<br>Scrofam vivam sanam<br>reddet.                  |
| 12 a. Mactat porcum et occidit,<br>Membra in frusta concidit<br>Condolens miseriae,                     | 12 b. Non ingrata tanto bono<br>Partem offert sancto viro<br>Ligato in carcere.                         |
| 13 a. Praeses iubet hunc astare,<br>Cito trina adolere<br>Atque deos adorare,<br>Quos colit gentilitas. | 13 b. De carcere egreditur,<br>In conspectu statuitur,<br>Et non illum deterruit<br>Poenarum acerbitas. |

- |                                                                                                                                           |                                                                                                                                         |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 14 a. Sublevatur eculeo,<br>Cruciaturo miro modo,<br>Duris loris constringitur.                                                           | 14 b. Neque timet comminantes,<br>Dura verba proferentes,<br>Nec movetur nec turbatur.                                                  |
| 15 a. Sed ferreis pectinibus<br>Et asperis verberibus<br>Corpus eius atteritur;                                                           | 15 b. Manat sanguis circumquaque<br>Parte fluens ex utraque,<br>Nec a fide dimovetur.                                                   |
| 16 a. In profundo liquidarum<br>Corpus mergitur aquarum,<br>Neque tamen submergitur.                                                      | 16 b. Stagnum signat signo crucis,<br>Tamquam terra immobilis<br>Aqua manet; plebs mira-<br>tur.                                        |
| 17 a. Qui patitur nunc languorem,<br>Meditetur passionem,<br>Levabit dolorem gutturis;                                                    | 17 b. Si qua vitae infirmitas<br>Sive mundi calamitas,<br>Solamen praestabit mi-<br>seris.                                              |
| 18 a. Lictor vibrat tunc mucronem,<br>Martyr effundit cruorem,<br>Salutaris victima.                                                      | 18 b. Post labores et conflictus,<br>Post dolores et anfractus<br>Caelos conscendit anima.                                              |
| 19 a. Esto custos tui gregis,<br>Ne declinet viam legis,<br>Sed sequatur legem regis,<br>Tandem regnet cum beatis<br>Post mundi pericula; | 19 b. Esto praesens, o patrone,<br>Desolatis in agone,<br>Esto noster intercessor,<br>Vere martyr et confessor,<br>Per aeterna saecula. |

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Angabe: „Auctor N. Hamelius Victorinus“. — 18a, 2 Statim martyr. — 18b, 3 Felix caelos. — Auch dieser Sequenz hat der Ravennate cine Umarbeitung und kürzere Fassung angeeideihen lassen; sic lautet im bezeichneten Cod. Classen. 360:

- |                                                                                    |                                                                                           |
|------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Psallat chorus corde mundo,<br>Iucundemur in hoc mundo,<br>Laetetur ecclesia. | 1 b. Vox canora nostri chori<br>Laudes promat conditori,<br>Qui creavit omnia.            |
| 2 a. Hic Blasius vocitatus,<br>Vere blandus est vocatus<br>Blanda dans eloquia;    | 2 b. Blandus verbis, blandus signis,<br>Blandus vita et insignis,<br>Dulcis ad colloquia. |
| 3 a. Cultu morum adornatus<br>In Sebaste praesulatus<br>Apicem promeruit.          | 3 b. Fugit mundum timens mortem,<br>In speluncae intrat portam,<br>In antris occuluit.    |
| 4 a. Ad hunc ferae confluebant<br>Et ab illo recedebant<br>Iubente imperio,        | 4 b. Sanitatem capiebant<br>Et pabulum adferebant<br>Latenti turgurio.                    |
| 5 a. Videt lupum venientem<br>Et in porcum sacvientem<br>Femina, contristatur;     | 5 b. Lupus rapax rapit feram,<br>Adelamantem audit heram,<br>Bestia depraedatur.          |

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                 |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>6 a. Dum quis piscem inescaret,<br/>Infixa spina turbaret,<br/>Ante sanctum ducitur.</p> <p>7 a. Praesul iubet huuc astare,<br/>Deos vanos adorare,<br/>Quos colit gentilitas.</p> <p>8 a. Atrociter cruciatur,<br/>Eculeo sublevatur,<br/>Duris loris stringitur;</p> <p>9 a. In profundis gurgitibus<br/>Membra exponunt fluctibus,<br/>Neque tamen mergitur.</p> <p>10 a. Lictor vibravit mucronem,<br/>Statim effudit cruorem<br/>Salutaris victima.</p> | <p>6 b. Semimortuus iacitur,<br/>Morbo gutturis solvitur,<br/>Puer sanus redditur.</p> <p>7 b. Constanter deos respuit,<br/>Neque illum deterruit<br/>Poenarum acerbitas.</p> <p>8 b. Sed ferreis pectinibus<br/>Et asperis verberibus<br/>Corpus eius feritur.</p> <p>9 b. Signo crucis signat stagnum,<br/>Aqua stabat; factum magnum,<br/>Virtus Dei noscitur.</p> <p>10 b. Cum duobus infantibus<br/>Detruncatis capitibus<br/>Felix scandit anima.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

342. De sancta Caecilia.

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Gaude, Sion, et laetare,<br/>Plaude, turba, iucundare<br/>Sollemni laetitia.</p> <p>2 a. Virgo peccati nescia<br/>Neque sceleris conscia<br/>Refugit libidinem;</p> <p>3 a. Pulchra, prudens et illustris,<br/>Generosa, percelebris<br/>Nobili prosapia.</p> <p>4 a. Horis scripturas diurnis<br/>Simul etiam nocturnis<br/>Gerebat in pectore,</p> <p>5 a. Nupta venit<br/>in publicum<br/>Iuxta carnem<br/>habens cilicium,<br/>Nullum quaerens<br/>extra solacium;</p> <p>6 a. Organis cantantibus<br/>Atque modulantibus,<br/>Una vox psallentibus,<br/>Ut verbis utar:</p> <p>7 a. Vacat Deo semper orans,<br/>Cuius corpus pallore tabescens,<br/>Et sic hostis evincitur;</p> | <p>1 b. Gaudet mundus mundam vi-<br/>dens,<br/>Quae immunda abiciens<br/>Repletur munditia.</p> <p>2 b. Quam videns Valerianus,<br/>Mente captus ut insanus,<br/>Amat pulchritudinem.</p> <p>3 b. Ex consensu fit amborum,<br/>Sic voluntas est parentum.<br/>Duxerunt conubium.</p> <p>4 b. Nec a precibus assiduīs<br/>Nec cessabat a divinis,<br/>Tota rapta in amore.</p> <p>5 b. Extra tamen<br/>auratis vestibus<br/>Haec incedit,<br/>compta monilibus,<br/>Dissimulans<br/>humanum gaudium.</p> <p>6 b. Fiat cor mundum<br/>Et corpus purum,<br/>Immaculatum,<br/>Ut non confundar.</p> <p>7 b. Ieiuniis biduanis<br/>Nec non minus triduanis<br/>Eius corpus atteritur.</p> |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                 |                                                                                                               |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 8 a. Caelestis nuntius<br>Assistit propius,<br>Servatorque carnis<br>turbavit intestinum,                       | 8 b. Corpus habet illibatum<br>Et a nullo violatum,<br>Ab angelo custoditum.                                  |
| 9 a. Languet amans, cubat lecto,<br>Dumque iacet cubili secreto,<br>Revelat mysterium:                          | 9 b. Est mihi divinitus,<br>Inquit, datum caelitus<br>Sicut verbum angelicum.                                 |
| 10 a. Si sit amor verus, amans<br>Nil committas sicut amens,<br>Sed sis amator vigilans,<br>Cavens detestabile; | 10 b. Tunc ostensurus gloriam<br>Tibi promittens aeternam,<br>Sine fine permansuram,<br>Opus admirabile.      |
| 11 a. Caecus amans hanc amavit,<br>Hunc amare recusavit,<br>Sibi poscens alterum:                               | 11 b. „Sponsus meus est in caelo,<br>Hic habere sponsum nolo<br>Edocta per angelum.“                          |
| 12 a. In sepulcro latitantem<br>Et tyrannum fugientem<br>Invenit Urbanum;                                       | 12 b. Mortem sibi molientem<br>Et in cunctis trepidantem<br>Effugit profanum.                                 |
| 13 a. Quem videns Urbanus<br>Factus est humanus<br>In sponsum humilem,                                          | 13 b. Missumque divinitus<br>Agnovit titubantem<br>Iuvenem fragilem.                                          |
| 14 a. Seminatore casti consilii<br>Et largitor tanti mysterii,<br>Seminum suscipe fructus,                      | 14 b. Quos seminas in virgine,<br>Incognita ab homine,<br>Divinos accipe partus.                              |
| 15 a. Serva Dei, Caecilia,<br>Deservit cum familia<br>Aeterna poscens atria.                                    | 15 b. Aduncatur eculeo,<br>Ut apis alveario<br>Non indigens auxilio.                                          |
| 16 a. Sponsum habens ut leonem,<br>Quem sustinebat ferocem,<br>Cuius mores in amorem<br>Nititur inflectere;     | 16 b. Sicut ovis, sicut agnus<br>Immutatur inconsultus,<br>Qui in cunctis est modestus,<br>Potuit convertere. |
| 17 a. Ecce, senex repente venit<br>Habens librum aurata litera;                                                 | 17 b. Sic ita fatur: unus Deus,<br>Una fides, unum baptisma.                                                  |
| 18 a. Affert coronas<br>De caelo latas,<br>Flore vernantes<br>A caelo magno,                                    | 18 b. Rosas candentes<br>Et albescentes,<br>Nunquam marcentes<br>A Deo summo.                                 |
| 19 a. Tu pudoris signaculum,<br>Tu candoris es liliū,                                                           | 19 b. Tu decoris ornamentum,<br>Castitatis es sigillum.                                                       |

- 20 a. Tu vitro purior,  
Nive candidior,
- 20 b. Luna splendidior  
Et sole clarior.
- 21 a. Dum aurora finem daret  
Depulsa caligine noctis,
- 21 b. Sic fatur: Eia, milites  
Christi, arma sumite lucis.
- 22 a. Operibus tenebrosis  
Opus succedat virtutis,  
Peius cedat optimo,
- 22 b. Testea conficere,  
Aurea recipere  
Pretiosius pessimo.
- 23 a. O flos iuventutis  
Et opus virtutis,  
Amittere vitam!
- 23 b. Non iuventus amittitur,  
Sed amissa reperitur;  
Appetere mortem
- 24 a. Vitam viventibus,  
Non vitam mortuis,  
Sed mortem mortuis  
commutat in vitam.
- 24 b. Tu mortis minister  
Et non vitae dator,  
Vitam potes  
auferre praesentem.
- 25 a. Est mihi felicitas  
Et aeterna iucunditas  
Vitam offerre iugulo;
- 25 b. Est mihi miseria  
Et magna calamitas  
Vivere in saeculo.
- 26 a. Sic tua potestas,  
Virtus et maiestas  
Sicut ventus evanescit;
- 26 b. Si pungatur uter acu  
Et calore solvitur gelu,  
Sic honor deficit.
- 27 a. Quidquid in se cernitur  
Rigidum, incurvatur,  
Redit ad nihilum,  
Sic rigor deperit;
- 27 b. Sic honor mundanus  
Est omnino vanus,  
Sicut unda fluit.
- 28 a. In bulliente balneo  
Non patitur, incenditur,  
Et in ferventi dolio  
Invenit remedium.
- 28 b. Non adurit calor ignis,  
Neque nocet vis ardoris,  
Neque sentit vim doloris  
Habens refrigerium.
- 29 a. Ibi virgo  
capite punitur,  
Sed iam laeta  
tota efficitur  
Consummato proelio.
- 29 b. Ibi virtus  
fit divina,  
Cum plebs videt  
tanta mira  
In tanto supplicio.
- 30 a. Trina vice  
extendit brachium,  
Neque potest  
contra consilium  
Hanc ferire.
- 30 b. Nam lex iubet  
non ultra progredi,  
Et voluit  
sic ita fieri,  
Hanc manere.



- |                                                                                                                         |                                                                                                                                       |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>31 a. Te precamur nos errantes,<br/>Rege gressus vacillantes,<br/>Nos qui sumus impotentes<br/>In lacu miseriae;</p> | <p>31 b. Nos speramus in futuro,<br/>Defende nos a maligno,<br/>Praebe manum, offer opem,<br/>Nos perducas ad regnum<br/>gloriae.</p> |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. —  
Mit der Chiffre des Auctors. — Nach 8a, 1 folgt noch: *custosque corporis.* —  
27 a, 2 Rigitur incurvatur.

343. De s. Carlomagno Rege.

- |                                                                                             |                                                                                                  |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Gratuletur totus orbis,<br/>Et sollemnis ista nobis<br/>Dies sit laetitiae;</p>     | <p>1 b. Felix ortus, felix partus,<br/>Nunquam talis est auditus,<br/>Nascitur rex Franciae,</p> |
| <p>2 a. Hic Carolus rex terrenus,<br/>Imperator egregius,<br/>Bellicosus pro populo,</p>    | <p>2 b. Totus erat catholicus,<br/>In armis erat strenuus,<br/>Quos servat a periculo.</p>       |
| <p>3 a. Claris ortus natalibus<br/>Carolus, fortis viribus<br/>Et fortior virtutibus,</p>   | <p>3 b. Nationes extraneas<br/>Et atroces vicit Turcas<br/>Cum tantis infidelibus.</p>           |
| <p>4 a. Magnanimus imperator,<br/>Qui Gallorum est defensor,<br/>Multa suis conferebat.</p> | <p>4 b. Et barbaros Sarazenos,<br/>Aethiopes, Africanos<br/>Baptizari faciebat.</p>              |
| <p>5 a. Sarazenos, Aethiopes,<br/>Africanos, Arabicos,<br/>Persas vicit atque Turcas,</p>   | <p>5 b. Et feroces incredulos<br/>Mutavit in christianos<br/>Legionum tot catervas.</p>          |
| <p>6 a. Enses, tela, gladios,<br/>Exerantes vibrat cultros<br/>Contra hostes infideles;</p> | <p>6 b. Est devicta barbaries<br/>Et barbarorum rabies,<br/>Et devicit tot acies.</p>            |
| <p>7 a. Egregius imperator,<br/>Exercitus moderator,<br/>Palnam defert victoriae;</p>       | <p>7 b. Mille centenos barbaros<br/>Et feroces Sarazenos<br/>Vicit ductor militiae.</p>          |
| <p>8 a. Nationes barbaricas<br/>Et immites domat Turcas<br/>Armatorum praesidio;</p>        | <p>8 b. Hispaniam, Gallatiam<br/>Commutavit christianam<br/>Cum divino auxilio.</p>              |
| <p>9 a. Prece regis ante Deum<br/>Ruunt statim in profundum<br/>Urbis superba moenia;</p>   | <p>9 b. Tunc pagani perierunt,<br/>Muratas urbes amittunt<br/>Cum tota familia.</p>              |

- |                                                                                                                       |                                                                                                                     |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 10 a. His auditis est commota<br>Illa terra barbarica,<br>Sponte facta sub tributo ;                                  | 10 b. Pollicentur baptizari,<br>Iubent dona huic offerri<br>Auro misso cum legato.                                  |
| 11 a. Hastae ramis virentibus<br>Frondent sumptis radicibus,<br>Decoratae corticibus.                                 | 11 b. Sed milia quater dena<br>Morte privantur acerba,<br>Inseruntur martyribus.                                    |
| 12 a. Sollicite custoditur,<br>Ab armatis protegitur<br>Tanto fultus praesidio,                                       | 12 b. Protectores et custodes<br>Et ad caput et ad pedes<br>Sub noctis silentio.                                    |
| 13 a. Tantis factis excubiis<br>Quaterdeni in vigiliis<br>Stant, bis deni laeva, dextra ;                             | 13 b. Quo labore conservatur,<br>Neve damnus patiatur<br>Regis vita misera.                                         |
| 14 a. Sed in somnis apparuit,<br>Mundare locum monuit<br>Ab omni spurcitia.                                           | 14 b. Statim iubet rex mundari<br>Et ibi preces offerri<br>Cum summa reverentia.                                    |
| 15 a. Venerandus Iacobus,<br>Hispaniae apostolus,<br>Regem monet et hortatur ;                                        | 15 b. Sepulturae mundant locum,<br>Peregrinis dant aditum,<br>Ubi sanctus deprecatur.                               |
| 16 a. De peccato perpetrato,<br>Ne fieret in aperto,<br>Fundit preces Aegidius ;                                      | 16 b. Dicens esse condonatum<br>Et ex toto iam remissum<br>De caelo venit nuntius.                                  |
| 17 a. Dum pro rege supplicatur,<br>Quo commisso premebatur,<br>Precibus sancti solvitur ;                             | 17 b. Impetravit, quod optabat,<br>Scelus istud confundebat,<br>Quod in Deum admittitur.                            |
| 18 a. Quod fateri rex veretur<br>Scelus, scire promeretur ;<br>Christus ei revelavit<br>Scelus, quod rex perpetravit. | 18 b. Nam altari dum astaret<br>Dumque missam celebraret,<br>De supernis carta missa<br>Regis pandit huic commissa. |
| 19 a. Hic horrendae rei reum<br>Videns crimen apud Deum                                                               | 19 b. Iam pro rege supplex orat,<br>Cuius culpam non ignorat.                                                       |
| 20 a. Nepos Rolandus moritur<br>Et lanceis configitur<br>Vera Christi victima.                                        | 20 b. Propagator tunc fidei<br>Semper egit causam Dei,<br>Caelos conscendit anima.                                  |
| 21 a. O Carole bellicose,<br>Huius vitae tenebrosae<br>Pertimemus pericula ;                                          | 21 b. Fortes simus in adversis<br>Et humiles in prosperis<br>Per vitae curricula.                                   |

- |                                                                                                  |                                                                                             |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>22 a. Post labores et sudores,<br/>Post conflictus pretiosam<br/>Resolutus est in mortem;</p> | <p>22 b. Ubi tandem cum beatiss<br/>Et in regno deitatis<br/>Luce[m] videt sempiternam.</p> |
| <p>23 a. Cui rex regum mundum<br/>Regnum donavit terrenum<br/>In hoc vitae stadio,</p>           | <p>23 b. Et de regno temporali<br/>Hunc in regno triumphali<br/>Sublimavit solio.</p>       |
| <p>24 a. Ubi non vita mortalis,<br/>Sed ibi vita vitalis,<br/>Ubi reges coronantur,</p>          | <p>24 b. Ubi secunda requies,<br/>Ubi sine nocte dies,<br/>Ubi dnces laureantur.</p>        |

Collect. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Chiffre des Auctors u. der Jahreszahl 1575. — 1a, 3 Dies est. — 18 b, 4 Regi. — Eine Überarbeitung dieser Sequenz ist die in Bd. XLII der Anal. Hymn. unter Nr. 261 mitgeteilt. Letztere hätte ihren Platz in dieser Anmerkung finden sollen.

#### 344. De s. Guilielmo Archiepiscopo.

- |                                                                                                    |                                                                                                |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Gaudeat plebs Biturica<br/>Nova proferens cantica,<br/>Nova cordis praeconia.</p>          | <p>1 b. Glorietur mundus totus,<br/>Ut acervus conglobatus<br/>Decantet cum melodia.</p>       |
| <p>2 a. Ex nobili prosapia<br/>Et honesta familia<br/>Generatus est Gillelmus.</p>                 | <p>2 b. Hic praeditus est virtute,<br/>Decoratus sanctitate,<br/>Super omnes magnanimus.</p>   |
| <p>3 a. Archipraesul Bituricus<br/>Verus Dei est amicus,<br/>Electus cum sententia.</p>            | <p>3 b. Una vocum fit voluntas<br/>Et consensus aequalitas<br/>Cum summa concordia.</p>        |
| <p>4 a. Bis effectus canonicus<br/>Post haec factus est monachus,<br/>Praesul nrbis Bituricae.</p> | <p>4 b. Inter perfectos electus,<br/>Virtutibus adornatus<br/>Honoratur mirifice.</p>          |
| <p>5 a. Videt clerum litigantem<br/>In diversa distrahentem,<br/>Turbatur conscientia;</p>         | <p>5 b. Fugit mundum blandientem,<br/>Plebs invenit latitantem<br/>Cum magna patientia.</p>    |
| <p>6 a. A teneris fugit mundum,<br/>Fugit vanum et obscenum<br/>Et claustrali sub clausura;</p>    | <p>6 b. Claustro clausus et reclusus<br/>Et a mundo est abstrusus,<br/>Refugiens peritura.</p> |
| <p>7 a. Clarus mundo et celebris<br/>Tamquam lumen in tenebris<br/>Refulget in ecclesia.</p>       | <p>7 b. Cleri confundit errores<br/>Neque veretur terrores,<br/>Quos minatur malitia.</p>      |

- |                                                                                                                        |                                                                                                         |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 8 a. Moderator est ovibus,<br>Verus custos Dei gregis,<br>Curam gerens ovium;                                          | 8 b. Est in sacris exauditus,<br>Sanctitate sublimatus<br>Pro salute omnium,                            |
| 9 a. Non elatus in honore<br>Curam gerens in timore;<br>Plebs miratur Biturica.                                        | 9 b. In divinis totus raptus,<br>Vultum Dei contemplatus<br>Dona confert pacifica.                      |
| 10 a. Servat claustrum hic rigorem,<br>Nil retrahit ob honorem<br>Sicut in observantia.                                | 10 b. Cilicina veste tectus<br>Super carnem amictus<br>Vivit in parcimonia.                             |
| 11 a. Iubet corpus hinc transferri,<br>Cum fratribus sepeliri<br>Et non in hac ecclesia.                               | 11 b. Nec a suis vult abesse,<br>Sed cum illis semper esse<br>In aeterna [memoria].                     |
| 12 a. Plebs amata intrat templum,<br>Remoratur iuxta bustum<br>Et cum arta custodia.                                   | 12 b. At monachi accedentes,<br>Contingere non audentes,<br>Cedunt cum verecundia.                      |
| 13 a. Omnis sexus omnis aetas,<br>Quibus inest maturitas<br>Audit mortem antistitis.                                   | 13 b. Fama volat circumquaque<br>Parte fluens ex utraque<br>Per plateas civitatis.                      |
| 14 a. Et in cunis vagientes<br>Matres relinquunt infantes<br>Tota currit vicinia,                                      | 14 b. Ad tumulum properantes,<br>Manus pedes osculantes<br>Cum magna reverentia.                        |
| 15 a. Dum convenit totus clerus,<br>Globus ignis est demissus<br>Instar stellae coruscantis;                           | 15 b. Hora fere dimidia<br>Luce perfusus nimia<br>Percipit vim sanctitatis.                             |
| 16 a. Est leprosis munda cutis,<br>Gressus rectos confert claudis<br>Et auditum reddit surdis,<br>Effugantur daemonia; | 16 b. Hydropisis propulsatur,<br>Paralysis mox curatur,<br>Et debilis sospitatur,<br>Sanantur animalia. |
| 17 a. O Guillelme, cleri gemma,<br>Cum praesulum turba summa<br>In his serva temporibus,                               | 17 b. Dum blanditur prosperitas,<br>Ne nos frangat adversitas,<br>In his tantis turbinibus.             |
| 18 a. Dum volvitur mundi rota,<br>Mala premunt insueta,<br>Nulla vitae stabilitas,                                     | 18 b. Tempus vitae constitutum,<br>Nobis detur post terminum<br>Sempiterna felicitas.                   |

Collect. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Chiffre des Auctors und der Jahreszahl 1575. — 16 a, 1 Et. — 16 a, 3 redit. — Die Umarbeitung dieser Sequenz im Cod. Classen. 360 lautet:

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1a. Gaudeat plebs Biturica<br/>Nova profereus cantica,<br/>Sanctorum praeconia.</p> <p>2a. Ex nobili prosapia<br/>Et insigni familia<br/>Generatur Guillermus;</p> <p>3a. Canonicus bis effectus,<br/>Post hoc monachus perfectus<br/>Laudatur mirifice;</p> <p>4a. Servabat claustrum vigorem<br/>Nec laxatur ob honorem,<br/>Ut in observantia;</p> <p>5a. Iubet corpus inhumandum<br/>Et alio transferendum<br/>Ab illa ecclesia,</p> <p>6a. Intrat templum plebs armata,<br/>Iuxta bustum remorata<br/>Servat cum custodia;</p> <p>7a. Et in cunis vagientes<br/>Matres relinquunt infantes,<br/>Accurrit vicinia,</p> <p>8a. Ad funus clerus insignis<br/>Veniens descendit ignis<br/>Instar stellae fulgentis;</p> <p>9a. Et leprosi mundabantur,<br/>Mox claudi gradiebantur,<br/>Aures aperiebantur,<br/>Fugantur daemonia.</p> <p>10a. O Guillelme, cleri gemma,<br/>Qui praesulum factus stemma,<br/>His serva temporibus,</p> <p>11a. A terrenis sit remota,<br/>Ubi vita est commota<br/>Et nulla stabilitas;</p> | <p>1b. Adunetur totus clerus,<br/>Christo fidelis et verus<br/>Cantet cum melodia.</p> <p>2b. Hic praeditus est virtute,<br/>Florebat in iuventute<br/>Magnus et magnanimus.</p> <p>3b. Inter multos est electus,<br/>Ad praesulatum proventus<br/>Tunc urbis Bituricae.</p> <p>4b. Cilicina veste tectus,<br/>Vilis cultus et abiectus<br/>Vixit in penuria.</p> <p>5b. Nec a suis vult abesse,<br/>Sed cum illis semper esse<br/>Aeterna memoria.</p> <p>6b. At monachi accedentes,<br/>Contingere non audentes,<br/>Redeunt ad propria.</p> <p>7b. Ad tumulum properantes,<br/>Manus, pedes osculantes<br/>Magna reverentia.</p> <p>8b. Hora fere dimidia<br/>Resplenduit lux nimia<br/>Super caput iacentis.</p> <p>9b. Hydropisis propulsatur,<br/>Et paralysis curatur,<br/>Tunc debilis sospitatur,<br/>Sanantur per omnia.</p> <p>10b. Dum blanditur prosperitas,<br/>Ne nos frangat adversitas<br/>In tantis turbinibus.</p> <p>11b. Termino nostro transacto<br/>Et cursu vitae peracto<br/>Donetur felicitas.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

345. De s. Iohanne Baptista.

- |                                                                                                                                                                                                                |                                                                                                                                                                                                             |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1a. Ecce, dies triumphalis,<br/>In qua nobis est natalis<br/>Summi regis praecursoris;<br/>Dies est laetitiae.</p> <p>2a. Ortus tanti praecursoris<br/>Multos movet et motoris<br/>Iuncta est laetitia;</p> | <p>1b. Nos hanc diem veneremus<br/>Et natalem admiremur,<br/>In qua omnes gloriemur<br/>De virtute prophetiae.</p> <p>2b. Non est nostrae facultatis<br/>Virum tantae dignitatis<br/>Laudare per omnia;</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                 |                                                                                                        |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 3 a. Neque potest mens humana<br>Enarrare tanta mira,<br>Qualis sit in gloria;                                  | 3 b. Haeret lingua iam palato<br>Neque valet in aperto<br>Promere mysteria.                            |
| 4 a. Tanta fuit probitatis<br>Nullus maior, nec aequalis<br>Unquam visus est in terris.                         | 4 b. Mirabilis sanctitate<br>Sanctior[que] universis,<br>Cuius merces est in caelis.                   |
| 5 a. Quod nec potest voce fari,<br>Negat aetas tunc proferri,<br>Gestu futura nuntiat;                          | 5 b. Signomonstrat redemptorem,<br>Quem futurum salvatorem<br>Isaias cecinerat.                        |
| 6 a. Hi venturum praecedentes,<br>Praecedentem subsequentes,<br>Clausa pandunt mysteria;                        | 6 b. Hic praesentem, hi futurum<br>Illum esse rediturum;<br>Iudicabit tunc omnia.                      |
| 7 a. Hunc prophetae prophetarunt,<br>Hunc venturum praedixerunt<br>Nuntiare Messiam;                            | 7 b. Qui propheta credebatur,<br>Plusquam propheta profatur,<br>Manifestat praesentiam.                |
| 8 a. Pater mutus pugillarem<br>Petit, scribit singularem<br>Natum esse filium;                                  | 8 b. Culpa ligat, fides solvit,<br>Mater parit, pater credit,<br>Dicens esse paranympum.               |
| 9 a. Non est partus hic ablati,<br>Sed dilatus, modo datus;<br>Reviviscit nunc senectus.                        | 9 b. Nondum loquens iam exsultat,<br>Nondum natus iam prophetat,<br>Exhorrescit hoc iuventus.          |
| 10 a. Adhuc clausus alvo plaudens,<br>Mox in gestu sic exsultans<br>Pro tanta laetitia;                         | 10 b. Sermo venit salutantis,<br>Plaudit gestus tunc infantis<br>Messiae praesentia.                   |
| 11 a. In aetate puerili<br>Sensu vicens praesubtili<br>Factus est cultor eremi.                                 | 11 b. Doces alta, clausa pandis,<br>Osserata modo solvis,<br>Tu propheta regis summi.                  |
| 12 a. Est Iohannes mundo natus,<br>Mundi fugit apparatus<br>Et in Christo est renatus,<br>Sicut lex praecinuit. | 12 b. Intrans mundum fugit mun-<br>dum,<br>Quem agnovit, hunc im-<br>mundum,<br>Ubi pedem cito trahit. |
| 13 a. Occultatur et in mandra<br>Nec moratur mundum intra,<br>Inter feras vitam agit.                           | 13 b. Latitabat in speluncis<br>Et in antris tenebrosis,<br>Tota vita sic permansit.                   |
| 14 a. In ferarum<br>latebat tenebris<br>Et squalentis<br>eremi latebris,<br>Est exemplar paenitentis;           | 14 b. Ad hunc currit<br>tunc multorum<br>Tot concursus<br>populorum<br>Audire vocem salutis.           |

- 15 a. Est hirsutus et pilosus  
Et incultus et pannosus,  
Vili tectus tegmine,
- 15 b. Circa lumbos zona cinctus,  
Circa renes est praecinctus,  
Rudi vinctus ligamine.
- 16 a. Et de setis camelorum  
Et corio bubalorum  
Sibi confecit amictum;
- 16 b. Et tunicas atque vestes  
Sibi parabat agrestes  
Propter mundi hunc con-  
temptum.
- 17 a. Et de cibis locustarum  
In ardore adustarum —  
Nec delectus est escarum —  
Sumpsit in edulium;
- 17 b. Mel silvestre, lac agreste  
Cibum sumpsit manifeste,  
Potus parvus et modeste  
Ad vitae subsidium.
- 18 a. Lautae fugit obsonium  
Mensae, fugit apparatus,  
Et humanum consortium  
A Iohanne contemnitur.
- 18 b. Fugit dapes egregias  
Et epulas regias  
Velut immunditias  
Totus obliviscitur.
- 19 a. Antra petit inter rupes,  
Inter saxa, inter montes  
Verus eremicola;
- 19 b. Atque rudes inter casas  
Latitabat et condensas  
Iohannes christicola.
- 20 a. Totus mortuus cum mundo,  
Mortuus mundus est in illo,  
Totus vivens erat Christo;
- 20 b. In se mortuus Christo vivens,  
Mortem cum vita commutans,  
Christus vivebat in ipso.
- 21 a. Vox clamantis in deserto  
Cunctis est in manifesto,  
Clamans clamore raucescit.
- 21 b. Rectos gressus et semitas  
Domino parare vias  
Sicut propheta praedicat.
- 22 a. Vox, quae transit tamquam  
nulla,  
Cito fugit tamquam umbra,  
Ille vero verbum manens.
- 22 b. Sit in nobis verbum, quod est,  
Quod mutari nunquam potest,  
Nunquam in se deficiens.
- 23 a. Verbum istud carnem sumens  
Non est illud pertransiens,  
Sed est istud perseverans;
- 23 b. Sit in nobis  
delicta condonans,  
Ad gaudia  
post vitam perducens.
- 24 a. Non lux iste, sed lucerna,  
Non sol lucens, sed aurora  
Solis ortum praeveniens.
- 24 b. Ille iubar summi regis  
Et praecursor novae legis  
Lucem diei nuntians.
- 25 a. Non ferentibus splendorem  
Christus praemisit lucernam,  
Iubar lucis vitae solem.
- 25 b. In tenebris assuetus  
Ob praeclaram noster visus  
Est obtusus ante lucem.
- 26 a. Dum baptizat, baptizatur,  
Dum expurgat, expurgatur  
Vi purgantis omnia;
- 26 b. Dum baptizat Christum extra,  
Baptizatur servus intra;  
Magna sunt mysteria.

- |                                                                                                         |                                                                                                     |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 27 a. Nunc debeo baptizari<br>A te, vero expurgari,<br>Tu qui mundas me immundum;                       | 27 b. Et immunda in me mundans<br>Et obscaena quaeque lavans<br>De immundo redde mundum.            |
| 28 a. Fons inundans,<br>Sis redundans,<br>Fons de fonte fundens,                                        | 28 b. Corda nostra replens,<br>Dura nostra fugans<br>Et tua dona donans.                            |
| 29 a. Ille fons est,<br>iste vero rivus,<br>Sit in nobis<br>modo continuus;                             | 29 b. Eius fluxus<br>nobis perpetuus<br>Nec arescens,<br>sed sit assiduus.                          |
| 30 a. Sanctum Dei hunc verticem<br>Tibi datur<br>tangendi facultas;                                     | 30 b. Promptus esto et paratus,<br>Nunc concedit<br>divina maiestas.                                |
| 31 a. Non sum dignus nec minora,<br>Immo minus me minora,<br>Visu solo aspicere,                        | 31 b. Nec cervicem neque calceos,<br>Immo minus, neque pedes<br>Sola manu contingere.               |
| 32 a. Minister egregius,<br>Quo non est humilior,<br>Impendit circa Dominum<br>Servitutis obsequium.    | 32 b. In se quanto abiectior,<br>Tanto factus est dignior,<br>Quo se servum<br>Clamabat indignum.   |
| 33 a. Arguebat hic doctores<br>Vocans legis transgressores<br>Genimina viperarum;                       | 33 b. Dum venerit furor irae,<br>Dabit flammas tunc sentire,<br>Tempus erit tenebrarum.             |
| 34 a. Arguebat hic Herodem<br>Nec veretur hunc eundem<br>Nec commotus ob furorem<br>Regis et adulterae. | 34 b. Nullum palpat veritas,<br>Ne fiat iniquitas,<br>Sed servetur aequitas,<br>Nititur convertere. |
| 35 a. O meretrix impudica,<br>Quare facta inimica<br>Iusti cruorem effundis?                            | 35 b. Cur naturae iura solvis<br>Et animae atque famae<br>Discrimen incurris?                       |
| 36 a. Iura solvis coniugati,<br>Contra legem coniugii<br>Ascendisti in cubile.                          | 36 b. Tui fratris in uxorem<br>Cur sic agis rem obscaenam,<br>Opus detestabile?                     |
| 37 a. Nulla lege tibi licet,<br>Immo magis tibi decet<br>Vitare adulteram;                              | 37 b. Nullum tibi commercium,<br>Sed omnino fugiendum<br>Amplexari concubinam.                      |



- |                                                                                                                              |                                                                                                                              |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>38 a. Adhortatur; sed puella<br/>Petit dari in scultella,<br/>Dum saltavit intra aulam,<br/>Caput Iohannis Baptistae;</p> | <p>38 b. Sed in sanctum debacchatur<br/>Insidias et molitur,<br/>Herodias tunc nititur<br/>Sic incesta retorquere.</p>       |
| <p>39 a. Rex Herodes furibundus,<br/>Quod miratur totus muudus,<br/>Propter factum detestandum,</p>                          | <p>39 b. Statim mandat per ministrum<br/>Caput eius auferendum,<br/>Ut solveret iusiurandum.</p>                             |
| <p>40 a. Imponitur caput disco,<br/>Quod afferre iubet cito,<br/>Et ut vivus iudicatur,<br/>Cuius vultus non mutatur.</p>    | <p>40 b. Rex tyrannus contristatur<br/>Et ex voto commovetur,<br/>Tanto commisso peracto<br/>Expavescit, exturbatur.</p>     |
| <p>41 a. In aspectu terret gentes,<br/>Conturbantur corda, inentes<br/>Tanto peracto scelere;</p>                            | <p>41 b. Clamat sanguis sine voce<br/>Et quod iustus fert iniuste<br/>Propter scelus adulterae.</p>                          |
| <p>42 a. O lucerna mundo lucens,<br/>Nos ad veram lucem ducens<br/>Obvolutos caligine!</p>                                   | <p>42 b. Lampas mundi, splendor<br/>caeli,<br/>Nos, qui sumus facti caeci,<br/>Tuo lustremur lumine.</p>                     |
| <p>43 a. Te precamur, ut lucernam<br/>Illumines sempiternam<br/>Lucis tuae radio;</p>                                        | <p>43 b. Nos, qui sumus in tenebris,<br/>In obscuris et profundis<br/>Perfruamur praesidio.</p>                              |
| <p>44 a. Caecus mundus quaerens lucem<br/>Te sequatur verum ducem,<br/>Cordis nostri tu tenebras<br/>Hodie illumina;</p>     | <p>44 b. Et laetetur totus mundus,<br/>Qui tamdiu fuit immundus<br/>Et nunc petit, fiat mundus<br/>Fultus gratia divina.</p> |

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Chiffre des Auctors und der Jahreszahl 1574. — 28 a, 3 de fonde fondens. — 28 b, 2 Iura. — 42, 3 Obvoluti. — Zu Str. 12 b vgl. Str. 15 a in der Nicolaus-Sequenz Nr. 249.

### 346. De s. Iacobo Minore.

- |                                                                                              |                                                                                                    |
|----------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Gratulemur in hac die,<br/>Quae est dies laetitiae,<br/>Dies lucet pro tenebris.</p> | <p>1 b. Gratuletur plebs fidelis,<br/>In qua nobis est natalis<br/>Iacobi praecelebris.</p>        |
| <p>2 a. Inter sanctos hunc elegit,<br/>Cuius vita sic refulsit<br/>Sanctior apostolis,</p>   | <p>2 b. Et ab alvo sanctus prodit,<br/>Mater flores tot produxit,<br/>Cuius fructus mirabilis.</p> |

- |                                                                                                            |                                                                                                                       |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 3 a. Iacobus ille iustus<br>Iuste Iustus nominatus,<br>Cuius fulsit mira virtus<br>Iusta reddens iudicia;  | 3 b. Est vocatus posterior<br>Neque potest esse minor<br>Nec ceteris inferior,<br>Est aequalis in gloria.             |
| 4 a. Hic dicitur frater Domni,<br>Cuius vultus est similis<br>Et virtute dissimilis,                       | 4 b. Et huius sancti facies<br>Videbatur effigies<br>Domini salvatoris.                                               |
| 5 a. A primaevo sanctus erat,<br>Documenta sacra dabat<br>Verba sapientiae;                                | 5 b. Cuius virtus, cuius mores<br>Non attraxit in errores<br>Per verba malitiae.                                      |
| 6 a. Propter vitae sanctitatem<br>Atque morum gravitatem<br>Huius fama redolebat,                          | 6 b. Ac populis fidelibus<br>Ora tacta in vestibus<br>Sanitatem conferebat.                                           |
| 7 a. In sanctorum sacra loca<br>Et ingredi sacraria<br>Praeter illum non licebat;                          | 7 b. Huius viri sanctitas<br>Atque morum integritas<br>Sic fieri exposcebat.                                          |
| 8 a. Est a vino abstemius,<br>Ab omnibus alienus,<br>Quidquid sensum mentis<br>vertit.                     | 8 b. Usus fugit carnalium<br>Et carnale obsonium<br>Nunquam iustus mandu-<br>cavit.                                   |
| 9 a. Neque rasis caesariem<br>Antiquum consecrans morem<br>Scultello tonsario.                             | 9 b. Totus raptus in precibus,<br>Habens callos in genibus<br>Sicut in calcaneo.                                      |
| 10 a. Non auratis est indutus,<br>Sed sindone est amictus<br>Coloreque niveo,                              | 10 b. Nec corporis nutrimentis<br>Neque usus est fomentis,<br>Nunquam perfusus oleo.                                  |
| 11 a. A contactu omni purus,<br>Castitate adornatus<br>Carnisque conservator;                              | 11 b. Fugit actus venereos<br>Atque tactus femineos<br>Virginitatis amator.                                           |
| 12 a. Manet carnis integritas<br>Et corporalis castitas<br>Illaesae pudicitiae,                            | 12 b. Nec consensus ullus mentis<br>Nec ad malum est proclivis,<br>Manet recti mens conscia.                          |
| 13 a. Ille iustus per ter denos<br>In Solyma rexit annos,<br>Praesulatus inter summos<br>Apicem promeruit, | 13 b. Fidem tenens christianam,<br>Totam in Christo firmatam,<br>Supra petram roboratam,<br>Nec a fide quis divertit. |
| 14 a. Scandit pinnam templi iustus<br>Praedicare verbum iussus<br>Et ab alto demittitur.                   | 14 b. Graviori lapsu ruit<br>Neque tamen cito perit,<br>Claudus tantum efficitur.                                     |

- |                                                                                                                           |                                                                                                                          |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>15 a. Obruitur lapidibus,<br/>Orat pro lapidantibus<br/>Genu flectit et precatur:</p>                                  | <p>15 b. Dona culpam, dele noxam,<br/>Illis redde innoxiam,<br/>Factum istud remittatur.</p>                             |
| <p>16 a. Hi nesciunt, quid faciunt,<br/>Quando iustos percutiunt;<br/>Cor illorum induratur.</p>                          | <p>16 b. His peccatum ne statuas<br/>Nec vindictam ullam sumas,<br/>Oro supplex, ignoscatur.</p>                         |
| <p>17 a. Fert iniuste iustus poenam,<br/>Et atrocem ferens mortem<br/>Huius crura confringuntur.</p>                      | <p>17 b. Tactus ictu pugionis<br/>Et cum pertica fullonis<br/>Caput eius atteritur.</p>                                  |
| <p>18 a. Post agonum tot sudores,<br/>Post poenarum tot labores,<br/>Tyrannorum tot rigores,<br/>Certamina tot fortia</p> | <p>18 b. Defert palmam laureatam<br/>Post hanc vitam temporalem<br/>Ad gloriam triumphalem<br/>Per angusta vestigia.</p> |
| <p>19 a. Scandit caelos laureatus,<br/>Ubi summus est senatus<br/>Et aeternus principatus,<br/>Perpetua memoria.</p>      | <p>19 b. Tu sis solaris radius,<br/>Ut ascendat liberius<br/>Ad caelos noster animus<br/>Cum felici victoria.</p>        |
| <p>20 a. Esto rivus et canalis,<br/>Ne pereat tunc carnalis,<br/>Homo noster animalis<br/>Perducatur ad gaudia,</p>       | <p>20 b. Ubi nec cras nec hesternum,<br/>Sed est idem hodiernum,<br/>Ubi salus, ubi vita,<br/>Infinita est gloria.</p>   |

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. Mit der Angabe: „Auctor N. Hamelius Victorinus“ und der Jahreszahl 1574. — 7 a, 1 sanctarum. — 15 a. 3 flexit.

### 347. De s. Laurentio Episcopo.

- |                                                                                                |                                                                                                |
|------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Congaudeat plebs pistica<br/>Nova praeferens cantica,<br/>Novum laudis praeconium,</p> | <p>1 b. In natali filii regis;<br/>Natus terra, natus caelis,<br/>Novum ferens tripudium,</p>  |
| <p>2 a. De semine regio,<br/>Ex regali conubio<br/>Generatur Laurentius,</p>                   | <p>2 b. Vir illustris et insignis,<br/>Plus virtute praenobilis,<br/>Quam genere egregius.</p> |
| <p>3 a. Ex regali stirpe natus,<br/>Regis, reginae filius,<br/>Traxerat originem.</p>          | <p>3 b. Laurentius laureatus,<br/>Laureata palma cinctus,<br/>Laureatam defert palmam.</p>     |
| <p>4 a. Hunc elegit inter fratres<br/>Neque tamen illi pares,<br/>Dedicatur in divinis.</p>    | <p>4 b. Spreta domo temporali<br/>Militiae clericali<br/>Scribitur obsequiis.</p>              |

- |                                                                                                |                                                                                             |
|------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------|
| 5 a. Mundiales fugit fastus,<br>Mundi fugit apparatus<br>Spreta mundi militia,                 | 5 b. Et honores fugitivos<br>Et favores plebeios,<br>Spernit vitae felicia.                 |
| 6 a. Dum agitur electio,<br>Loquuntur de Laurentio,<br>Fama fuit notissima;                    | 6 b. Fama volat sancti viri,<br>Qui consentit tunc honori,<br>Res est cunctis gratissima.   |
| 7 a. Fragrat odor sicut myrtus,<br>Famae fulget mira virtus,<br>Dum gerebat candidatum;        | 7 b. Summum esse sacerdotem<br>Nec regalem dignitatem<br>Nec ambivit principatum.           |
| 8 a. Episcopus est electus,<br>Nullo tamen est elatus<br>Honoris fastigio.                     | 8 b. Quondam coetu clericali<br>Primus erat in regali<br>Nutritus palatio.                  |
| 9 a. Plebis aura favorali<br>Cum clamore populari<br>Adclamatur egregio;                       | 9 b. Consequenter est mutatus,<br>Potestate sublimatus<br>Felici commercio.                 |
| 10 a. Moderator est ovilis,<br>Verus custos Dei gregis,<br>Curam gerens ovium;                 | 10 b. Est in sacris eruditus,<br>Sanctitate sublimatus<br>Pro salute omnium.                |
| 11 a. Cum genere sit regalis,<br>Est ovibus socialis,<br>Nullo elatus honore;                  | 11 b. Cum sit primus, fit ultimus,<br>Est cum grege commoratus,<br>Quasi unus fit de grege. |
| 12 a. Intrat templum cito stultus,<br>Conturbatus ut insanus;<br>Tunc percussit hunc flagello, | 12 b. Sollemnia dum ageret,<br>Et letale vulnus infert<br>Toto mirante populo.              |
| 13 a. Lympham petit sibi dari,<br>Statim videtur sanari<br>Nullo sacro intermisso,             | 13 b. Obsequium sic aequalem<br>Martyribus sanctis parem<br>Credens se praestare Deo.       |
| 14 a. Daemonia comprimebat,<br>Aegrotantes mox curabat,<br>Sanitates conferebat;               | 14 b. Fluctus maris compescebat,<br>Virtutibus coruscabat,<br>Haec precibus impetrabat.     |
| 15 a. Quinquennio stat in busto,<br>Qui latebat in angusto,<br>Manet corpus incorruptum        | 15 b. Nec solutum est iuncturis,<br>Fragrat odor sicut turis;<br>Factum istud inauditum.    |
| 16 a. Ad sepulcrum confugiunt<br>Et languescentes adeunt<br>Requirentes auxilium;              | 16 b. Caecus videt, surdus audit,<br>Mutus fatur, linguam solvit,<br>Consequentes remedium. |

- |                                                                                         |                                                                                            |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------|
| 17 a. Et incedit recte claudus,<br>Currit, saltat sicut cervus<br>Reparatis viribus;    | 17 b. Et naufragis portus datur,<br>Spes amissa restauratur<br>Huius viri virtutibus.      |
| 18 a. Et leprosis munda cutis,<br>Et sanatur paralysis,<br>Effugantur daemonia.         | 18 b. Et defunctis vita datur,<br>Et debilis sospitatur<br>Et sanatur per omnia.           |
| 19 a. O Laurenti, cleri gemma,<br>Cum praesulum turba summa<br>In his serva temporibus, | 19 b. Dum blanditur prosperitas,<br>Ne nos frangat adversitas<br>In his tantis turbinibus. |
| 20 a. Dum volvitur mundi rota,<br>Mala premunt insueta,<br>Nulla vitae stabilitas,      | 20 b. Tempus vitae constitutum,<br>Nobis detur post terminum<br>Sempiterna felicitas.      |

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Angabe: „Auctor N. Hamelius Victorinus“ und der Jahreszahl 1574. — 11 b, 2 Commoratus est cum grege. — 19 a, 1 clara gemma. — Die 3 Schlusstrophen sind fast wörtlich gleich jenen in der Sequenz „Gaudet plebs Biturica“ (Nr. 344).

#### 348. De sancta Margareta.

- |                                                                                                                               |                                                                                                                               |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Ecce, dies attollenda,<br>Dies votis prosequenda,<br>Dies plena laetitia.                                                | 1 b. Nos hanc diem veneremur,<br>In qua sanctae praestolemur<br>Virginis suffragia.                                           |
| 2 a. Haec beata Margareta,<br>Generosa stirpe nata,<br>Gratiosa pollens vita,<br>Dotata dulcedine.                            | 2 b. Hanc praefectus adamavit,<br>Eam sibi accersivit,<br>Sociari [hanc] voluit<br>Visa pulchritudine:                        |
| 3 a. Si libera, in uxorem,<br>Si ancilla, concubinam,<br>Sic mea permaneat;                                                   | 3 b. Si nobilis et virilis,<br>Aut si condicio vilis,<br>Si utrumque habeat.                                                  |
| 4 a. Tunc praefectus Olybrius<br>Est turbatus ut ebrius,<br>Meditatur ut acrius<br>Praefurens insania.                        | 4 b. Illa Christum profitetur,<br>Ipsa palmam promeretur<br>Nec carcerem reveretur<br>Firmata constantia.                     |
| 5 a. Statim iubet hanc recludi,<br>Duris loris mox vinciri<br>Atque eam cruciari<br>Et in arta detineri<br>Carceris custodia. | 5 b. Non consentit adorare<br>Neque diis deservire;<br>Sicque iubet laniari<br>Eiusque membra torqueri;<br>Magna est insania. |

- |                                                                                                                      |                                                                                                                               |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 6 a. Mortem Christus non renuit,<br>Pro me mori sic voluit,<br>Sua morte vitam dedit,<br>Quod diu desidero;          | 6 b. Eius amore accensa<br>Caritate inflammata,<br>In affectu tota rapta<br>Prae amore ardeo.                                 |
| 7 a. Nec se capit Olybrius<br>Et a mente alienus<br>Meditatur liberius<br>Videns pulchritudinem.                     | 7 b. Hanc videntes flagellari<br>Sic deflebant cruciari<br>Et decore spoliari<br>Sanctam Dei virginem.                        |
| 8 a. In eculeo levatur<br>Atque dire sauciatur<br>Et acriter flagellatur,<br>Nititur consummari.                     | 8 b. Ferreis pectinibus<br>Iussit caram omnibus<br>Et duris verberibus<br>Sanctam laniari.                                    |
| 9 a. Manat sanguis circumquaque<br>Parte fluens ex utraque<br>Velut unda, velut rivus,<br>Sicut prorumpens fluvius.  | 9 b. Ipsam videns laniari<br>Nec a fide dimoveri<br>Neque tamen immutari,<br>Sic torquetur acrius.                            |
| 10 a. O quale consilium!<br>Nolo vestrum consortium<br>Recedite et abite;<br>Est perversa monitio.                   | 10 b. Haec, inquit, laniatio<br>Est corporis afflictio,<br>Et carnis cruciatio<br>Est animae salvatio.                        |
| 11 a. O canis impudens,<br>Dire leo frendens!<br>Para aculeos<br>Et dentes ferreos<br>In sanctam virginem;           | 11 b. Vires tuas enervasti,<br>Robur tuum confregisti,<br>In certando defecisti<br>Neque tamen potuisti<br>Evincere fragilem. |
| 12 a. Sterne, daemon tu superbe,<br>Cur insurgis tam acerbe,<br>Qui feminam non vicisti,<br>Cuius virtutem sensisti? | 12 b. Statim miser evanescit,<br>Postquam abire concessit<br>Virgo, nam divina victus<br>Est virtute inimicus.                |
| 13 a. Caput premit haec draconis<br>Et in procinctu agonis<br>Percussus ictu mucronis,<br>Toto prostratus corpore.   | 13 b. Videt humi procumbentem,<br>Sternit pede haec iacentem,<br>Hanc vorare cupientem;<br>Toto confractus vulnere.           |
| 14 a. Statim efficitur<br>Secura puella,<br>In se laetabunda<br>De hac victoria,<br>Quae fortem vicerat.             | 14 b. Principem vicerat<br>Virtute divina<br>Nec posse valuit<br>Virtute humana,<br>Ministrum superat.                        |

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                               |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>15 a. In horreudo carcere<br/>Tandem virgo misere<br/>Ingreditur libere,<br/>Mira refulget claritas.</p> <p>16 a. Beata virgo facibus<br/>Ustulatur ardentibus,<br/>Ne aeternis ignibus<br/>Cremetur in futuro.</p> <p>17 a. In dolio gelidarum<br/>Corpus ponitur aquarum,<br/>Dolor crescat quo poenarum,<br/>Tormenta sustineat.</p> <p>18 a. Pro salute sua orat<br/>Et pro perversis supplicat,<br/>Ut signis memor nominis<br/>Seutiat vim numinis;</p> <p>19 a. Dolor partus suae prolis<br/>Gravat artus genetricis,<br/>Incutit suspiria;</p> <p>20 a. Memor esto nostrae sortis,<br/>Dum venerit hora mortis,<br/>Ne noceat noster hostis,<br/>Astra petat spiritus.</p> <p>21 a. Lictor vibrat gladium,<br/>Martyr offert iugulum<br/>Aeternum quaerens epulum<br/>In caelesti gloria,</p> | <p>15 b. Certat virgo cum dracone;<br/>Superatur in agone<br/>Et vincitur a virgine<br/>Draconis crudelitas.</p> <p>16 b. Aufer motus insurgentes<br/>Nostrae carnis prurientes,<br/>Ne patiantur ardores<br/>In alio saeculo.</p> <p>17 b. Egreditur sana,<br/>Tunc tremuit terra,<br/>Plebs incredula<br/>Ut fidem habeat.</p> <p>18 b. Nullus a te expellatur,<br/>Immo magis adiuvetur<br/>Virtute tui luminis,<br/>Redeat incolumis.</p> <p>19 b. Se sentiat liberatam,<br/>Ab ouere absolutam<br/>Post tanta martyria.</p> <p>20 b. De profundo vitiorum<br/>Duc ad regna beatorum,<br/>Et in coetu electorum<br/>Conquiescat animus.</p> <p>21 b. Ubi quies, ubi vita.<br/>Ubi cuncta sunt unita<br/>In gloria infinita<br/>In sempiterna saecula.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. —  
Mit der Chiffre des Auctors und der Jahreszahl 1574. — Str. 3b ist ganz  
unverständlich. — 8a, 4 Abnitur. — 16a, 3 sq. cremetur ignibus.

### 349. De saucto Nicolao.

- |                                                                                                                                                                                                                                      |                                                                                                                                                                                                                                             |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Ecce, dies perennalis,<br/>Dies ista triumphalis,<br/>In qua status clericalis<br/>Exsultat cum laudibus;</p> <p>2 a. Angelicae potestates<br/>Et Seraphin legiones<br/>Caritate ardescentes,<br/>Vos orate pro omnibus.</p> | <p>1 b. Adest tempus opportuum,<br/>De nubilo fit serenum,<br/>Tempus istud fit iucundum,<br/>Expenditur in precibus.</p> <p>2 b. Vos, agmina caelestium,<br/>Beatorum spirituum,<br/>Chorus dominantium,<br/>Pulsate vestris precibus.</p> |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                                  |                                                                                                                                               |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 3 a. Nunc coetus apostolici<br>Patriarchaeque incuudi,<br>Confessores et martyres,<br>Adeste nobis supplices;                                    | 3 b. Chorus sacrarum virginum<br>Beatorumque omnium<br>Civium, simus heredes<br>Supernorumque consortes.                                      |
| 4 a. Properate nunc, lactentes,<br>Currat iuventus, impubes<br>Et tremuli, tardi senes,<br>Dum vivitis in vigore,                                | 4 b. Omnis sexus, omnis aetas,<br>Quibus inest maturitas,<br>Ut laudes eius debitas<br>Concinat omni tempore.                                 |
| 5 a. Argolici recensentes,<br>Eius mira referentes,<br>Laudes sancti depromentes,<br>Praelara beneficia.                                         | 5 b. Neque vox est neque sensus,<br>Nullae vires, nullum corpus,<br>Neque valet huius opus<br>Laudare per omnia.                              |
| 6 a. Coenobitae, regulares<br>Et vos omnes saeculares,<br>Et ne sitis singulares<br>Psallentes cum melodia.                                      | 6 b. Adunetur totus chorus,<br>Noster coetus sit decorus,<br>Et concentus sit sonorus,<br>Cantet cum laetitia.                                |
| 7 a. Nobilibus natalibus<br>Praenobilis, parentibus,<br>Nobilior virtutibus,<br>Ex nobili prosapia;                                              | 7 b. Clarus per progenitores,<br>Claruit per sacros mores,<br>Mundi fugit tunc favores<br>Adhuc in infantia.                                  |
| 8 a. Iuxta nomen Nicolai<br>Gloriosa laus populi,<br>Victoria inimici.                                                                           | 8 b. Laus in terra, laus in mari,<br>Laudes ferat conditori,<br>Qui factus est sine pari.                                                     |
| 9 a. Nicolaus mirificus,<br>Mira gerens munificus,<br>Erga omnes beneficus,<br>Conferens beneficia.                                              | 9 b. Miris miranda succedunt,<br>Mirabiles laudes crescunt,<br>Dum virtutes percipiunt<br>Tota mirante Graecia.                               |
| 10 a. Res est nova, res insignis,<br>Quod stat rectus, non declinis,<br>Tamquam firmus et stabilis<br>Et videtur immobilis<br>Adhuc in infantia. | 10 b. Vagit infans, sed vagitus<br>Nunquam talis est auditus,<br>In balneo stat erectus<br>Tamquam pueriam perfectus,<br>Dei repletus gratia. |
| 11 a. Bina die hebdomada<br>Carnis portat incommoda<br>Et substrabit alimenta<br>In hac vita misera.                                             | 11 b. Ille parum laute pastus,<br>Tota die sic ieiunus,<br>Ab ubere abstemius<br>In aetate tenera.                                            |
| 12 a. Et in cunis vagientem<br>Videt natum, blandientem,<br>Voce gestu adplaudentem<br>Cum summa laetitia.                                       | 12 b. Lascivias pueriles<br>Devitabat inutiles,<br>Fugit actus juveniles<br>Hic in adulescentia.                                              |



- 13 a. Totus raptus in amorem  
Meditatur legem sanctam,  
Non humanam, sed divinam,  
Et cum omni prophetia.
- 13 b. Sed maturitate morum  
Tempus vivebat aetatum,  
Quod miratur clericorum  
Coetus super omnia.
- 14 a. A primaevo inventutis  
Fugit actus vanitatis,  
It per viam paupertatis  
Ad alta fastigia.
- 14 b. Parentibus iam defunctis  
Confert sua mox egenis  
Et egenus cum beatis  
Pervenit ad caelestia.
- 15 a. Servus Dei fugit mundum,  
Quem agnovit, hunc timendum,  
Fugit vanum et obscaenum,  
Ubi pedem cito trahit.
- 15 b. Sed lucerna mundo lucens,  
Cunctis veram lucem prae-  
bens,  
Sub modio lumen ponens  
Occultari non potuit.
- 16 a. Et immensum pondus auri  
Sanctus offert genitori,  
Ne puellae lupanari  
Maritentur infamia.
- 16 b. Adest cunctis ferens opem,  
Palmas tendit ad inopem,  
Nec fastiditus pauperem  
Propulsatur inopia.
- 17 a. Refulgentes tres puellas,  
Venustate decoratas,  
Super omnes speciosas  
Servat a calumnia;
- 17 b. Atque thoro coniugali  
Coniunguntur maritali  
Dato dono spiritali  
Pontificis gratia.
- 18 a. Statim fugit incognitus  
Dispensator Nicolaus  
Insequentem fugientem,  
Quem agnovit mox praesentem.
- 18 b. Vide, inquit, ne loquaris,  
Quamdiu hac vita moraris,  
Ne te cunctis efferaris;  
Laudem effugit humanam.
- 19 a. Summum patrem exorabant,  
Continue flagitabant  
Et precibus hunc pulsabant  
Fundendo preces supplices.
- 19 b. Servum Dei Nicolaum,  
Praesentantem in atrium,  
In divinum mysterium  
Elegere pontifices.
- 20 a. Neque aura favorali  
Nec tumultu populari,  
Divinitus clericali  
Ascribitur officio.
- 20 b. Nec pretio, nec precibus  
Eligitur ab omnibus,  
Non humano, sed divino  
Praeficitur indicio.
- 21 a. Ante fores invenerunt,  
Eius nomen mox inquirunt,  
Praestolantem cognoverunt  
Nullo tamen indicante.
- 21 b. Nicolaus sum humilis,  
Servus vestrae sanctitatis,  
Verus cultor trinitatis,  
Corde, voce praedicante.
- 22 a. Hunc elegit inter plures  
Pontifices coaequales  
Neque tamen inaequales,  
Hunc ascivit super omnes;
- 22 b. Propter morum gravitatem  
Provectus in pontificem,  
Sublimatus in apicem  
Stolam meretur duplicem.

- 23 a. In precibus vigilabat,  
Fame corpus atterebat  
Et feminas evitabat,  
Quasi pestem fugiebat.
- 23 b. Ignorantes admonebat  
Et inopes defendebat,  
Delinquentes arguebat,  
Probos semper confovebat.
- 24 a. Quondam nautae fluctuantes  
Inter fluctuum turbines,  
Saevitiam patientes  
Naufragantur in pelago;
- 24 b. Sed valida est tempestas,  
Caelum commovit et undas,  
Inter fluctus et procellas  
Resolvuntur a naufrago.
- 25 a. Inundantes fluunt aquae,  
Et phaselum pulsant undae,  
Propelluntur aliunde,  
Circumfertur omni vento;
- 25 b. Pellunt undae, repelluntur,  
Pulsant aquae, propulsantur,  
Fere rates submerguntur,  
Nulla quies a tormento.
- 26 a. Cuncta mortem intentabant,  
Vitam morte commutabant,  
Anchorae deficiebant,  
Expectantes naufragium;
- 26 b. In rupibus conquassantur,  
Gurgitibus obruntur,  
Circumquaque agitantur,  
Promittentes excidium.
- 27 a. Intumescunt fluctus maris,  
Conturbatur statim navis  
Et iactatur tot procellis,  
Iam de vita desperatur.
- 27 b. In abyssu fit descensus,  
Mox in alto fit ascensus,  
Praestolatnr interitus,  
Praeter mortem nil speratur.
- 28 a. Et contractis in antennis,  
Ruptis velis, armamentis,  
Est amissa spes salutis,  
Praestolantes auxilium.
- 28 b. Illos iuvat in precibus,  
Fractis remis rudentibus,  
Una voce clamantibus  
Praesens adest dicens:  
assum.
- 29 a. Sancte pater, siste gradum,  
Nostrum ne fugas aspectum,  
Praebe nobis te benignum,  
Te vocamus, exaudi nos.
- 29 b. Te videre cupivimus,  
Laudes tuas audivimus,  
Toto corde diligimus  
Libera nos tribulatos.
- 30 a. Gloriose Nicolae,  
Nunc a malis nos abstrahe,  
Affer opem, manu trabe,  
Dnm sumus in miseria.
- 30 b. Mala nocent, immo prosunt,  
Et adversa nos comprimunt,  
Ad te redire compellunt  
Ob salutis remedia.
- 31 a. Statim unda famulante,  
Illo navi imperante,  
Nauta portum applicante  
Per Dei clementiam,
- 31 b. Salva nave et mercibus  
Cum tot salvis hominibus  
Invocatus in precibus,  
Agnoverunt praesentiam.
- 32 a. Caelum fit serenius  
Et mare tranquillius,  
Naves currunt velocius,  
Cedit fragor et tempestas;
- 32 b. Aequoreos latices  
Laeti nautae persulcantes,  
Statim portum subeuntes,  
Subsequitur serenitas.

- |                                                                                                                         |                                                                                                                       |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 33 a. Seges aegra negat victum<br>Et subtrahit alimentum,<br>Tollit victus supplementum,<br>Plebs vertitur in lamentum; | 33 b. Ecce, naves adveniunt,<br>In portu classes relinquunt,<br>Tendunt iter per devium,<br>Per pelagus tam immensum. |
| 34 a. Nautae ventis vela dabant<br>Et ad portum applicabant<br>Et ad litus properabant<br>Disponente clementia.         | 34 b. In portu Adriatico<br>Oneratae sunt tritico<br>Rates cum magno classico<br>Ad vitae subsidia.                   |
| 35 a. Date centenos modios<br>Et implete cito coros,<br>Fames premit tot populos,<br>Relevetur penuria.                 | 35 b. Non audemus, sancte pater,<br>Mensuram dedit minister,<br>Ad Bisantium augustana<br>Remetimur stipendia.        |
| 36 a. Ego vobis polliceor<br>Minoratum non exactor,<br>Nec rigidus erit censor,<br>Mensuratum inveniet;                 | 36 b. Sed far alit per tres annos<br>Civitatis tot populos,<br>Multos confovit egenos,<br>Pro tempore sufficiet.      |
| 37 a. Adest cultor trinitatis<br>Et amator paupertatis<br>Nicolaus pontifex;                                            | 37 b. Vita, salus et levamen,<br>Maestis adest sublevamen,<br>Nostrae salutis opifex.                                 |
| 38 a. Nam cohortes et phalangas,<br>Legionum tot catervas<br>Non veretur sanctus, eas<br>Et lictorem aggreditur.        | 38 b. O impie ac crudelis,<br>Vultum nostrum non videbis,<br>Vide, ne tu moriaris.<br>Incepto comprimitur.            |
| 39 a. O perversi vos iudices,<br>Tres iuvenes innocentes<br>Condemnastis ut nocentes,<br>Sunt immunes a crimine,        | 39 b. Hos iuvenes condemnatos<br>Incolumes et illaesos,<br>Statim vitae restitutos<br>Sine ullo discrimine.           |
| 40 a. Non mucrone conterritus<br>Et audacter est ingressus<br>Et cum velata facie<br>Et cum deixo poplite.              | 40 b. Nemo audet tunc mutire<br>Neque possunt contraire,<br>Cuius vultum nec videre,<br>Salvantur a pontifice.        |
| 41 a. Ecce, pater clericorum,<br>Normamorum, lux doctorum,<br>Duc ad regnum electorum<br>Post tanta pericula.           | 41 b. Huius vitae post laborem,<br>Quam quaesivit pretiosam,<br>Resolutus est in mortem<br>Post mundi curricula.      |
| 42 a. Et ex tumba marmorea<br>Atque crypta lapidea<br>Sacrum resudat liquorem<br>Sanans ac cunctis languorem.           | 42 b. Languor fugit ac dolore<br>Sospes redit ex languore,<br>Vivit in eius odore,<br>Dum talem sensit dulcorem.      |

- |                                                                                                                                                                                  |                                                                                                                                                                               |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>43 a. Accurramus in odorem,<br/>Praegustemus hinc saporem,<br/>Rapiamur in amorem;<br/>Vitam confert aeternam.</p>                                                            | <p>43 b. Civis, hospes, peregrinus<br/>Illic venit, extraneus,<br/>Quisquis accedit infirmus,<br/>Consequitur sanitatem.</p>                                                  |
| <p>44 a. Statim caecis visns datur,<br/>Surdus auditus redditur,<br/>Claudis gressus instauratur,<br/>Paralysis effugatur;</p>                                                   | <p>44 b. Ubi multa fiunt mira<br/>Et miranda miracula,<br/>Nec inanis revertitur,<br/>Ubi sanitas redditur.</p>                                                               |
| <p>45 a. Sed Bareses quaterdenos<br/>Cum septeno mittunt servos,<br/>Afferentes membra sancta<br/>In oleo natantia.</p>                                                          | <p>45 b. A capite fons olei,<br/>A pedibus fons lymphati,<br/>Ut unguenta suavia<br/>Profluunt redolentia.</p>                                                                |
| <p>46 a. Nicolae, sacerdotum<br/>Honor, decus es praesulum,<br/>Rege totum hunc conventum,<br/>Ne ducatur ad tormentum,<br/>Sed per tuum interventum<br/>Solvatur a miseria.</p> | <p>46 b. Vide artus fatiscentes<br/>Et sanie defluentes,<br/>Morbos nostros languescentes<br/>Et in salo fluctuantes,<br/>Tempestates patientes<br/>Et in arcta custodia.</p> |
| <p>47 a. Opportunus esto portus,<br/>Ne submergat statim pontus,<br/>Sed ducatur exercitus,<br/>Ubi summus est senatus,<br/>Coronetur laureatus<br/>In caelesti patria.</p>      | <p>47 b. Ubi salus, ubi vita,<br/>Ubi spes est reposita<br/>Et praemia custodita,<br/>Ubi bona stabilita<br/>Semper erunt infinita.<br/>Ubi quies et gloria.</p>              |
| <p>48 a. Ubi non vita mortalis,<br/>Sed ibi vita vitalis,<br/>Ubi vita immortalis<br/>Et regio aeternalis<br/>Cum summa laetitia,</p>                                            | <p>48 b. Ut fruamur summo bono,<br/>Ubi bonum sine damno,<br/>Malum versum est in bono,<br/>Ne damnemur cum profano<br/>In aeterna miseria.</p>                               |
| <p>49 a. Gloriosus episcopus,<br/>Qui peregit bonum opus,<br/>Securus scandit atria,</p>                                                                                         | <p>49 b. Ubi Deum in lumine<br/>Et in supremo culmine<br/>Nunc videt in essentia.</p>                                                                                         |

Collectan. ms. Victorinum. saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Aufschrift: „Auctor Fr. N. Hamelius; prosa de s. Nicolao“ und mit der Jahreszahl 1574. — Zu 15 a, 1 sqq. vgl. Str. 12b in der Johannes-Sequenz Nr. 345. — 35 b, 3 augustana. — Nach 49 a, 2 folgt noch „Servus Dei Nicolaus“.

### 350. De sancta Syria.

- |                                                                                    |                                                                                    |
|------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Tuba Sion iucundetur,<br/>Et iucunde moduletur<br/>Clerus in ecclesia;</p> | <p>1 b. Hac in die sponsa Dei<br/>Summae datur requiei<br/>Summa cum laetitia.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------|

- |                                                                                                                                            |                                                                                                                                        |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 2 a. Virgo beata Syria<br>Caeli transit ad secreta<br>Felici victoria,                                                                     | 2 b. Cuius ope refulget Scotia,<br>Stet in fide, crescat in gratia<br>Consequatur caelorum prae-<br>mia.                               |
| 3 a. Laus est ista triumphalis,<br>Forma lucis aeternalis<br>Et exemplar gloriae.                                                          | 3 b. Dies felix, dies laeta,<br>Qua beata Margareta<br>Mater Fiacrii, Syriae.                                                          |
| 4 a. Natos praebes infecundis<br>Servatis mysteriis.                                                                                       | 4 b. Iracundis pacem unis<br>Et in morte subvenis.                                                                                     |
| 5 a. Hydropisis, stranguria,<br>Lapis, febris, hernia,                                                                                     | 5 b. Surditas, pestis, scoria,<br>Caecitas, glaucomia,                                                                                 |
| 6 a. Amentia, dementia,<br>Paralysis, furia.                                                                                               | 6 b. Intercus, renes, dysuria.<br>Gutta, spasma, ftiria,                                                                               |
| 7 a. Gravella, fluxus, vesica.<br>Corpora malis nexa                                                                                       | 7 b. Sanabuntur prece tua,<br>Precamur voce una:                                                                                       |
| 8 a. O beata tu Syria,<br>Morborum medicina.                                                                                               | 8 b. Post corpora dissoluta<br>Perduc nos ad aeterna.                                                                                  |
| 9 a. Sis morborum medicamen,<br>Fessis esto sublevamen.<br>Tribulatis adiuvamen,<br>[Atque] maestis consolamen;                            | 9 b. Lapsis detur solacium,<br>Desperatis spei spatium;<br>Esto nobis refugium<br>Adversus hostem impium.                              |
| 10 a. O Syria, virgo pura,<br>Regia Scotiae filia,<br>Sancti Fiacrii soror,                                                                | 10 b. Tu es stella eximia,<br>Praefulgens virginum gemma,<br>Campaniae laus et honor.                                                  |
| 11 a. Ad sepulcrum confugiunt<br>Tuum populi et sumunt<br>Sanitatis remedium;                                                              | 11 b. Omnium plena virtutum<br>Medicina aegrotorum<br>Fer miseris auxilium.                                                            |
| 12 a. Praepotens es miraculis<br>Omnium auxiliatrix,<br>Sis infirmis advocata;                                                             | 12 b. Sis cunctis clemens et pia<br>In corpore et anima,<br>Ut possideamus regna.                                                      |
| 13 a. Vas electum, vas honoris,<br>Incorrupti flos odoris,<br>Angelorum grata choris,<br>Honestatis et pudoris<br>Formam praesta saeculis. | 13 b. Palma fruens triumphali,<br>Flore vernans virginali,<br>Nos indignos speciali<br>Fac sanctorum generali<br>Vel subscribi titulo. |

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Chiffre des Auctors. — 4 a, 1 praebet. — 6 b, 2 tiria. — 9 a, 4 consolatio. — 9 b, 2 sperandi spatium. — Str. 4—8 incl. sind entlehnt der Sequenz „Ecclesia narrat tua“ (Anal. Hymn. XLII. Nr. 326).

351. De sancto Victore.

- |                                                                                                                          |                                                                                                                           |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Admiretur Massilica<br>Plebs, fidelis, catholica,<br>Nova depromens cantica<br>In Victoris praeconium.              | 1 b. Gaude, domus Victorina,<br>Tua refulget doctrina,<br>Quod miratur Parisina,<br>Quae est prima urbs urbium.           |
| 2 a. Res est nobis mirabilis,<br>Is, qui quondam spectabilis,<br>Factus est despicibilis;<br>Factum est execrabile.      | 2 b. Huius tanta nobilitas<br>Ac tanti viri probitas<br>Et in gestis sagacitas<br>Tulit factum mirabile.                  |
| 3 a. O infelix Massilia,<br>Tu infausta es patria,<br>In te facta crudelia;<br>Patrem tuum occidisti.                    | 3 b. Non vereris protectorem<br>Accusare sanctiorem,<br>Hunc custodem et tutorem<br>Dignum morte iudicasti.               |
| 4 a. Scelus istud est horrendum,<br>Scelus, inquam, non dicendum<br>Nec populis enarrandum,<br>Quod patravit Massilia.   | 4 b. Patrem suum condemnavit<br>Et patronum iudicavit<br>Quique urbem expurgavit<br>Ab omni spurcitia.                    |
| 5 a. Vir insignis et illustris,<br>Potens mundo, percelebris,<br>Qui pugnavit tantis lustris,<br>Iam securus de praemio; | 5 b. Pugnat pugnam ut expertus,<br>Certat certum non incertus<br>Et, qui Christum est secutus,<br>Palmam defert de bravo. |
| 6 a. Agonista nulli cedens,<br>In proelio gentes domans<br>Et fortiter dextra pugnans<br>Neque cedit in sinistra.        | 6 b. Ille Christum profitetur,<br>Ipse palmam promeretur<br>Nec tyrannum reveretur,<br>Dum decertat in palaestra.         |
| 7 a. Sanctus Victor est invictus,<br>Qui poenarum tulit ictus,<br>Inter mundi tot conflictus<br>Admirante Massilia.      | 7 b. Post tot plagas, post tot ictus<br>Semivivus est relictus,<br>Iam morti victor addictus<br>Suspirat ad praemia.      |
| 8 a. Terroribus nec tormentis<br>Conturbatur status mentis,<br>Nec movetur blandimentis,<br>Perstat in constantia.       | 8 b. Praeses furit in Victorem,<br>Christus sancto dat vigorem;<br>In hunc exercet furorem<br>Cum magna infamia.          |
| 9 a. Pede prosternit statuam<br>Nec adoravit luteam,<br>Fugat idololatriam<br>Cum stabili fiducia.                       | 9 b. Hic in pede detruncatur,<br>Dum in terra propulsatur,<br>Statim praeses admiratur<br>Nec se capit prae furia.        |

- |                                                                                                                          |                                                                                                                         |
|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 10 a. Solo stratus, equis tractus,<br>In stipite colligatus,<br>Duris loris coartatus<br>Suspirat ad praeium.            | 10 b. Audit Christum consolantem,<br>Iniurias patientem<br>Et tormenta sufferentem,<br>Statim dicens: Ecce, assum.      |
| 11 a. Hic raptus a patibulo<br>Recluditur ergastulo,<br>Retruditur diluculo<br>Iam in arta custodia.                     | 11 b. Prelo pressus a molari<br>Iubet caput amputari<br>Et cum laude singulari<br>Caeli conscendit atria.               |
| 12 a. Moriendo mortem vicit,<br>Ubi vitam acquisivit<br>Et cum Christo semper vivit,<br>Cum beatis in gloria.            | 12 b. Perdit victum temporalem<br>Habiturus aeternalem,<br>Flammam fugit infernalem,<br>Ubi gravis miseria.             |
| 13 a. Qui pro Christo moriturus<br>In aeternum est victurus,<br>Et cum Christo regnaturus<br>Cum perenni laetitia.       | 13 b. Qui pro mundo moriturus<br>Est cum mundo periturus.<br>Talem finem habiturus<br>Moritur in tristitia.             |
| 14 a. Qui pro Christo est occisus,<br>Ille mori mundo visus,<br>Sed cum Christo est confisus,<br>Iam percipit caelestia. | 14 b. Qui pro mundo est occisus,<br>Victus remanet confusus<br>Et a mundo est illusus,<br>Statim perit cum gloria.      |
| 15 a. Is apparet mundo victus,<br>Qui pro Christo est convictus,<br>Immo remanet invictus,<br>Iam vivit nec emoritur.    | 15 b. Veneretur hic patronus,<br>Quem caelestis habet thronus,<br>Ad orandum assit pronus,<br>Promptus in auxilio.      |
| 16 a. Huius vitae post certamen<br>Largiatur adiuvamen,<br>Sit afflictis consolamen,<br>Maestis consolatio.              | 16 b. Claudis gressus revertitur,<br>Lux caecis restituitur,<br>Aegris salus effunditur,<br>Effugantur daemonia.        |
| 17 a. Mortuis vita redditur,<br>Mutis lingua resolvitur,<br>Hydropisis consumitur,<br>Restaurantur per omnia.            | 17 b. Omnis utriusque sexus,<br>Quem constringit culpae<br>nexus,<br>Qui languore est complexus,<br>Tua cupit vestigia. |
| 18 a. Victor, modo sublimaris<br>Et cum Christo gloriaris,<br>Super omnes nunc laudaris<br>In caelesti curia.            | 18 b. Tu insignis, Victor, miles,<br>Pertulisti poenas viles,<br>Respice nos imbecilles<br>In hac mundi miseria.        |
| 19 a. Verus miles eras, Victor,<br>Verus fidci professor,<br>Trinitatis verus cultor,<br>Veritatis mens conscia.         | 19 b. Bene, Victor, tu certasti<br>Et agonem consummasti<br>Neque fidem denegasti<br>In tam gravi certamine.            |

- |                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                 |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>20 a. Palma tibi datur laeta,<br/>Cui tot mala iusneta,<br/>Tu, qui fortis es athleta,<br/>In Christi gaudes lumine.</p>                                 | <p>20 b. Sic ubique victor es,<br/>Caelo, terra potens es.<br/>Tibi iure nomen est<br/>Victor a victoria.</p>                                   |
| <p>21 a. Super celsa ductus, Victor,<br/>Qui in bello factus victor,<br/>Modo noster sis conductor,<br/>Ductor ad caelestia.</p>                            | <p>21 b. Victorinos nos perducas,<br/>Et ad regnum nos conducas,<br/>Post hanc vitam nos deducas,<br/>Ubi tribunal gloriae.</p>                 |
| <p>22 a. O quam felix dies ista,<br/>Qua triumphat agonista,<br/>O quam vera, quam sollennis,<br/>In qua Victor ad perennis<br/>Aulae conscendit atria;</p> | <p>22 b. Ubi nec cras nec hesternum,<br/>Sed est idem hodiernum,<br/>Ubi salus, ubi vita,<br/>Ubi pax est infinita,<br/>Ubi Deus est omnia.</p> |

Collectan. ms. Victorinum saec. [13. 15.] 16. Cod. Parisin. 14872. — Mit der Angabe: „Auctor Fr. N. Hamelius“ und der Jahreszahl 1575. — 4 b, 1 condemnavit. — 8 b, 4 Et cum. — 9 a, 3 idolatriam; dies ist freilich die meist vorkommende Form. — 14 a, 2 Ille mortuus mundo. — Zu Str. 15 a scheint eine Gegenstrophe, die im 4. Verse auf -itur endigt, zu fehlen. Bis zur Strophe 21 b ist nämlich von hier ab der Reim der Schlussverse gestört. Ebenso scheint nach 21 b aus gleichem Grunde eine Halbstrophe zu fehlen. — Im übrigen erscheint diese Sequenz als die beste unter den sehr minderwertigen Dichtungen des Victoriners Hamelius. — Alle Sequenzen dieses Auctors, soweit sie im Cod. Parisin. 14872 sich vorfinden, sind hiermit zum Abdruck gelangt. Von den Sequenzen des Anonymus Ravennatensis, welche auf einer noch niedrigeren Stufe stehen, bringe ich im Folgenden nur einige wenige Proben, von denen es ohnehin zweifelhaft bleibt, ob sie Originaldichtungen oder Umarbeitungen sind.



## II. Specimina quaedam Sequentiarum Anonymi Ravennatensis.

### 352. De sancto Ambrosio.

- |                                                                                           |                                                                                                     |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Summus praesul<br>Mediolanensis,<br>Ambrosius,<br>laudibus immensis<br>Decoratur.    | 1 b. Generatur<br>patre Ambrosio;<br>Tunc natalis<br>dies cum gaudio<br>Celebratur.                 |
| 2 a. Cum in cunis<br>parvulus iaceret,<br>Volitantes<br>apes conspiceret,<br>Admiratur;   | 2 b. Favis mellis<br>scripturae futurus<br>Arrianam<br>doctrinam victurus<br>Praesignatur.          |
| 3 a. Vox infantis<br>clamat in aperto<br>Conferendam<br>cathedram experto<br>Et honorem.  | 3 b. Grandis honor,<br>sed est grave pondus;<br>Non ponderat<br>magnam curam mundus<br>Nec laborem. |
| 4 a. Membra carnis<br>frangit ieiunio<br>Demptis festis<br>et cibo nimio<br>Abstinebat.   | 4 b. Pro captivis<br>ille redimendis<br>Vasa sacra<br>pro censu solvendis<br>Exponebat.             |
| 5 a. Clericorum<br>accitus in sortem<br>Dum fugeret,<br>quaesitus ad portam<br>Invenitur. | 5 b. Hi parabant<br>illi insidias,<br>Per angustas<br>et per latas vias<br>Inquiritur.              |

- |                                                                                             |                                                                                              |
|---------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------|
| 6 a. Multas noctes<br>insomnes ducebat,<br>Manu sua<br>codices scribebat<br>Vir perfectus;  | 6 b. Caelestia<br>totus anhelabat,<br>In divinis<br>intentus vacabat<br>Intellectus.         |
| 7 a. Ingemiscit<br>videns pullulare<br>Malum ingens<br>et lucrum amarae<br>Vanitatis.       | 7 b. Minuitur<br>nulla inopia,<br>Satiatur<br>non rerum copia<br>In praelatis.               |
| 8 a. Honoratus<br>ille Vercellensis<br>Illum vidit<br>manibus expansis<br>Ad superna.       | 8 b. Per hunc sacra<br>offertur hostia<br>Et caelestis<br>illi patet via<br>Ad aeterna.      |
| 9 a. Sacro fonte<br>abluti infantes<br>Hunc sedentem<br>in sede videntes<br>Admirantur,     | 9 b. Ascendentem<br>digito monstrantes,<br>Et non posse<br>videre parentes<br>Contristantur. |
| 10 a. Vitae diem<br>ultimum praescivit<br>Et victurus<br>ad regnum transivit<br>Claritatis. | 10 b. Pretiosam<br>solutus in mortem<br>Numeratur<br>in sanctorum sortem<br>Cum beatis.      |

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. S).

### 353. In Translatione s. Augustini.

- |                                                                                   |                                                                               |
|-----------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Summus praesul Hipponensis,<br>Civitatis Tagastensis<br>Augustinus pontifex, | 1 b. Sacris edoctus literis<br>Nomen vitae dat posteris<br>Scientiae artifex. |
| 2 a. Plebs Affrica flagellatur<br>Per barbaros, cruciatur<br>Armis et incendio;   | 2 b. Nulli sexui parcentes<br>Et omnia devastantes<br>Extremo excidio.        |
| 3 a. Post haec Hipponem venerunt,<br>Manu forti obsederunt<br>Castella et moenia. | 3 b. Sunt exsules a patria,<br>Qui tulerunt incendia<br>In magna angustia.    |
| 4 a. Et sub tali miseria<br>Augustini mens anxia<br>Maerore afficitur.            | 4 b. Hic gladio trucidatos<br>Videt, alios fugatos,<br>Prae dolore moritur.   |

- |                                                                                         |                                                                                   |
|-----------------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------|
| 5 a. Finitis novem mensibus<br>Urbs capitur cum civibus,<br>A Gothis devastatur.        | 5 b. Sanctum corpus sepelitur,<br>In ecclesia ponitur,<br>A turbis honoratur.     |
| 6 a. Lugbrandus Longuoberdorum<br>Ob impetum barbarorum<br>Iubet a Sardinia             | 6 b. Huius corpus hinc transferri,<br>Alio loco transferri<br>Magna reverentia.   |
| 7 a. Laetitiam rex immensam<br>Habet, cum ad Ianuensem<br>Civitatem venerunt.           | 7 b. Adcurrit tota civitas,<br>Fit populis hilaritas,<br>Turbae obviaverunt.      |
| 8 a. Votum vovit rex fidelis:<br>Per hunc, qui regnat in caelis,<br>Si duci permiseris, | 8 b. Dabo urbem Ticinensem,<br>Ante annum, ante mensem<br>Ibi honoraberis.        |
| 9 a. Et adventum audientes<br>Papienses venientes<br>Maximo cum gaudio                  | 9 b. Corpus sanctum osculantur<br>Et oculis contemplantur<br>Magno cum tripudio.  |
| 10 a. Magne pater Augustine,<br>Praeceptor legis divinae,<br>Amator paupertatis,        | 10 b. Effice tuis meritis<br>Laxatis nostris debitis<br>Vivamus cum beatis.       |
| 11 a. Nos transferat ad superna,<br>Ubi vera est lucerna<br>Et summa laetitia.          | 11 b. Ex hoc mundo transferamur<br>Et ad caelum perducamur,<br>Ubi pax et gloria. |

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. 8).

### 354. De sancta Cunegunde.

- |                                                                              |                                                                                |
|------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Est dies ista celebris,<br>In qua sexus muliebris<br>Egit mirabilia.    | 1 b. Virtus non est feminina,<br>Qua triumphavit regina<br>De viris victoria.  |
| 2 a. Nupta virgo Cunegundis<br>Infecunda cum fecundis<br>Refugit consortia.  | 2 b. Plus probatur virginitas,<br>Quam probata fecunditas<br>Inter matrimonia. |
| 3 a. Libere massam conscendit,<br>Veritatem apprehendit<br>Visa innocentia.  | 3 b. Maria virgo salvavit,<br>A suspicione purgavit,<br>Ab omni infamia.       |
| 4 a. Amplexus vitat viriles,<br>Inhonestos actus viles,<br>Opera voluptatis. | 4 b. Fugit copulam carnalem<br>In sociam maritalem<br>Vinculo castitatis.      |

- |                                                                                      |                                                                                     |
|--------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------|
| 5 a. Rarum inter coniugatos<br>In cubili congregatos<br>Sine carnis opere.           | 5 b. Illa quondam maledicta,<br>Modo ista benedicta<br>Sociali foedere.             |
| 6 a. Nupta terram adimplevit,<br>Innupta caelum complevit,<br>Suadetur castitas.     | 6 b. In caelo fiunt nuptiae,<br>Sponsae verae ecclesiae<br>Ubi est fecunditas.      |
| 7 a. Propter regnum se castrantes<br>Neque prolem expectantes<br>Caelibes evaserunt. | 7 b. Cupiunt esse steriles,<br>Ut sint in caelo fertiles,<br>Virgines permanserunt. |
| 8 a. Matres parvulos gestantes<br>Et in grabatis portantes<br>Requirunt remedia.     | 8 b. Statim languentes sanantur<br>De sospitate laetantur,<br>Redeunt ad propria.   |

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. 8).

### 355. De sancta Eulalia.

- |                                                                                   |                                                                                   |
|-----------------------------------------------------------------------------------|-----------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Nascitur de Barcinona<br>Iuvenula pulchra. bona,<br>De magna Hispania.       | 1 b. Martyr virgo Eulalia,<br>Non humilior alia,<br>Pertulit supplicia.           |
| 2 a. Annis tribus super decem<br>Praeparavit se ad necem,<br>Patitur crudelia.    | 2 b. Mala malus inhumanus<br>Auget, furit Dacianns<br>Prae cordis vesania.        |
| 3 a. Primo nodosis fustibus<br>Ex arbore cum stirpibus<br>Raptis nuda caeditur;   | 3 b. Et super lectum ferreum<br>Corpus tenerum, carneum,<br>Nudatum extenditur.   |
| 4 a. Oleum mammis funditur,<br>In calce viva ponitur<br>Graviter cruciatur.       | 4 b. Plumbum manus exurebat,<br>Fundens dolorem reddebat,<br>Virgo non urebatur.  |
| 5 a. De fragmentis testularum<br>Augetur dolor plagarum,<br>Corpus huius raditur. | 5 b. Haec beata immobilis,<br>Firma manet et stabilis<br>In cunctis efficitur.    |
| 6 a. Post tot plagas et verbera<br>Sanantur sua vulnera<br>Sine medicamine.       | 6 b. In carcere est reclusa,<br>Ubi protinus perfusa<br>De superno lumine.        |
| 7 a. In poenis dixit „gaudeo“,<br>Dum calcem miscent oleo,<br>Deliniunt vulnera.  | 7 b. Ponunt in ignem ardentem,<br>In fornacem consummantem,<br>Feriunt per latera |

- |                                                                                            |                                                                                      |
|--------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>8 a. Et per totam civitatem<br/>Toto corpore nudatam<br/>Ducunt cum infamia.</p>        | <p>8 b. Tunc fideles animantur,<br/>Ad martyrium moventur<br/>Visa patientia.</p>    |
| <p>9 a. Tandem percussa gladio<br/>Caelos scandit cum gaudio<br/>Ascendens ad aethera;</p> | <p>9 b. Sicut columba candida<br/>Anima transit splendida<br/>Super alta sidera.</p> |

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. S.).

356. De ss. Fusca et Maura.

- |                                                                                           |                                                                                                |
|-------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Collaudemus constantiam,<br/>Martyrum patientiam,<br/>Sacra sint sollemnia.</p>   | <p>1 b. Agamus festum perennem,<br/>Quo Fusca apud Ravennam<br/>Patitur supplicia.</p>         |
| <p>2 a. Annis quinque supra decem<br/>Ista concupivit necem<br/>Pro aeterna gloria.</p>   | <p>2 b. Haec nutrici revelavit<br/>Secreta, manifestavit,<br/>Quid in conscientia.</p>         |
| <p>3 a. Unda lavit baptismatis,<br/>Et unctione chrismatis<br/>Perfusa solidatur.</p>     | <p>3 b. Flagris asperis caeditur,<br/>In carcerem reducitur,<br/>Et victus denegatur.</p>      |
| <p>4 a. Nititur hanc revocare<br/>Pater et mentem mutare<br/>A sua firmitate;</p>         | <p>4 b. Pater ferire voluit,<br/>Mater se interposuit<br/>Commota pietate.</p>                 |
| <p>5 a. Mater demulcet loquelis<br/>Cum matronis et puellis<br/>Per blanda colloquia.</p> | <p>5 b. Nec minis nec blandimentis<br/>Commutatur robur mentis,<br/>Firmatur constantia.</p>   |
| <p>6 a. Ministri vident orantem<br/>Et angelum assistentem,<br/>Territi redierunt.</p>    | <p>6 b. Christianas profitentur<br/>Et idola detestantur,<br/>Morte se obtulerunt.</p>         |
| <p>7 a. Maura rogat carnificem,<br/>Suam auferat cervicem,<br/>Et statim percutitur;</p>  | <p>7 b. Percussa ferro necatur,<br/>Vitam per mortem mercatur,<br/>Per latus transfoditur.</p> |
| <p>8 a. Guttur offerunt lictori<br/>Nec ad horam timent mori<br/>Pro Dei iustitia.</p>    | <p>8 b. Nautae noctu rapientes<br/>Harum corpora portantes<br/>Terra procul alia.</p>          |
| <p>9 a. Actis annorum circulis<br/>A gentilibus populis<br/>Populatur patria.</p>         | <p>9 b. Transferunt ad Venetiam:<br/>Ob corporum praesentiam<br/>Habetur memoria.</p>          |

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. S.).

357. De sancto Herminigildo.

- |                                                                                                    |                                                                                                    |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Levigildus<br>rex Wisigotarum<br>Gentem, trucem<br>more bestiarum,<br>Subiecit imperio.       | 1 b. Summi regis<br>Sigiberti natam,<br>Quam filius<br>babuerat gratam,<br>Iunxerat conubio.       |
| 2 a. Episcopum<br>mittit Arianum,<br>Confitetur<br>esse Christianum,<br>Negat sacrificia.          | 2 b. Iste regnum<br>terrenum despexit,<br>Ad caelestem<br>patriam evexit<br>Mentem ad caelestia.   |
| 3 a. Rex promissis<br>non potest flectere<br>Neque minis<br>animum vertere<br>Firmatum constantia. | 3 b. Pater regno<br>terreno privavit,<br>Collum ferro<br>manus adligavit<br>In arcta custodia.     |
| 4 a. Festo Paschae<br>superveniente<br>Ariano<br>ad hunc accedente,<br>Qui hostiam obtulit,        | 4 b. Si de manu<br>sacra perciperet,<br>Sic gratiam<br>patris reciperet;<br>Sed exire compulit.    |
| 5 a. Et securi<br>caput confringentes<br>Sic corpori<br>vitam auferentes,<br>Meruit caelestia.     | 5 b. Et lampades<br>nocte accenduntur,<br>Angelicae<br>voces audiuntur<br>Dulci cum melodia.       |
| 6 a. Hic de morte<br>nati paenituit<br>Et in corde<br>plurimum doluit<br>Magna cum maestitia.      | 6 b. Nam Richardus<br>non sequitur patrem,<br>Sed in fide<br>imitatur fratrem<br>Relicta perfidia. |
| 7 a. Dumque granum<br>in terram cecidit,<br>Magnam messem<br>populo reddidit<br>In maxima copia.   | 7 b. Sic, dum regis<br>filius moritur,<br>Gens barbara<br>fidem amplectitur<br>Tota cum provincia. |
| 8 a. Moriamur<br>in vita peccatis,<br>Resurgentes<br>simus cum beatis<br>Post vitae curricula.     | 8 b. Caro nostra<br>tandem moritura,<br>Qua mortua<br>resurget victura<br>Per aeterna saecula.     |

358. De sancto Ignatio.

- |                                                                                                   |                                                                                                        |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| 1 a. Summus praesul<br>est Antiochenus<br>Eloquio<br>gravis et amoenus,<br>Anhelat caelestia.     | 1 a. Tertius post<br>Petrum apostolum<br>Pro meritis<br>acquisivit polum<br>Et loca sublimia.          |
| 2 a. Ignatius,<br>divinus deifer,<br>Praedicando<br>factus est legifer<br>Docens evangelia.       | 2 b. Iste fuit<br>Iohannis auditor,<br>Secretorum<br>factus est creditor,<br>Cognovit mysteria.        |
| 3 a. Hic sacerdos<br>statim efficitur,<br>Praesul urbis<br>posthac elegitur<br>Communi sententia. | 3 b. Epistolas<br>multas destinabat<br>Et ad fidem<br>multos invitabat<br>Divina scientia.             |
| 4 a. Et a loco<br>Romam perducitur,<br>Vinculatus<br>plurima patitur<br>Pro Dei iustitia.         | 4 b. Comitatur<br>decem leopardis,<br>Ad torquendum<br>non est viris tardis<br>Datus pro custodia.     |
| 5 a. Hic in cippo<br>ferreis ligatur,<br>Per triduum<br>fame cruciatur,<br>Maxima penuria;        | 5 b. Et in dorso<br>plumbatis feritur,<br>Per latera<br>ungulis caeditur;<br>Magna fit iniuria.        |
| 6 a. Super prunas<br>nudus ambulavit<br>Neque plantas<br>pedum ustulavit,<br>Nulla fit adustio.   | 6 b. Ignis ardens,<br>non aqua bulliens,<br>Intrepide<br>tormenta patiens<br>Cunctis admiratio.        |
| 7 a. Hic leones<br>saevos provocabat,<br>Ad vorandum<br>illos invitabat,<br>Fit praeda leonibus.  | 7 b. Ignatium<br>tunc praefocaverunt,<br>Nullatenus<br>carnem tetigerunt<br>Omnibus mirantibus.        |
| 8 a. „Sicut panis<br>molitus dentibus<br>Bestiarum<br>sic molar morsibus<br>Salutaris victima;    | 8 b. Ego Christi<br>sum purum frumentum,<br>Venter ferae<br>erit monumentum,<br>Mors poenarum ultima.“ |

- |                                                                                                                                                     |                                                                                                                                                   |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>9 a. Nomen Iesu<br/>         inscriptum literis<br/>         Hoc in corde<br/>         esse in aureis,<br/>         Ut dixit, invenerunt;</p>    | <p>9 b. Curiosi<br/>         scrutari volentes,<br/>         Per medium<br/>         corpus dissecantes<br/>         Sic esse cognoverunt.</p>    |
| <p>10 a. Christiani<br/>         corpus auferentes,<br/>         Hi permittunt<br/>         non contradicentes,<br/>         Terra procul alia.</p> | <p>10 b. Postquam tulit<br/>         dura certamina,<br/>         Coniungitur<br/>         inter tot agmina<br/>         Sanctorum in gloria.</p> |

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. 8).

359. De sancta Lucia.

- |                                                                                                                                                          |                                                                                                                                                              |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>1 a. Pange praeconia<br/>         Beatae Luciae,<br/>         Assunt sollemnia<br/>         Summae laetitiae,<br/>         Plebs tota laetetur.</p>   | <p>1 b. Urbs Syracusana,<br/>         Nobilis civitas,<br/>         Quam vexat vesana<br/>         Morbi infirmitas,<br/>         Per te sublevetur.</p>     |
| <p>2 a. Ad bustum sanatur<br/>         Sanguinis fluvio,<br/>         Sanitas donatur<br/>         A Dei filio,<br/>         Quaternis vexata.</p>       | <p>2 b. Si tu credideris<br/>         Fudisse cruorem,<br/>         Mater, sanaberis<br/>         Per meam sororem<br/>         A morbo levata.</p>          |
| <p>3 a. Verbis seductricis<br/>         Iuvenis movetur,<br/>         Suasu nutricis.<br/>         Ut bonum speretur,<br/>         Docet commercium.</p> | <p>3 b. Facile seductus<br/>         Ad bonum ducitur,<br/>         Sperat esse fructus,<br/>         Ibi decipitur<br/>         Auctor vendentium.</p>      |
| <p>4 a. Novit fallaciam,<br/>         Vocavit insanam,<br/>         Dicit stultitiam<br/>         Spernere humanam<br/>         Mundi voluptatem.</p>    | <p>4 b. Legem Augustanam<br/>         Virgo contempserat<br/>         Et se christianam<br/>         Esse clamaverat<br/>         Servans castitatem.</p>    |
| <p>5 a. Illaesa castitas<br/>         Manet in virgine,<br/>         Probata puritas<br/>         In hoc certamine<br/>         A Deo servatur.</p>      | <p>5 b. Columna firmata,<br/>         Velut mons stabilis,<br/>         Non est commutata,<br/>         Sed immutabilis,<br/>         Ne virgo trahatur.</p> |



- |                                                                                                                       |                                                                                                                          |
|-----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>6 a. Vires iumentorum<br/>Nec maleficia<br/>Paria brutorum<br/>Et veneficia<br/>Unquam nocuerunt.</p>              | <p>6 b. Oleum funditur<br/>Nec adurit ignis,<br/>Resina ponitur,<br/>Res facta insignis,<br/>Picem addiderunt.</p>       |
| <p>7 a. Largitur egenis,<br/>Quas habebat, opes,<br/>Donans alienis<br/>Fovebat inopes<br/>Sua substantia.</p>        | <p>7 b. Mundi blandimenta,<br/>Terrena munera<br/>Tamquam purgamenta<br/>Argenti pondera<br/>Spernit praesentia.</p>     |
| <p>8 a. Percussa gladio<br/>Mansit semiviva,<br/>Exsultat gaudio<br/>Futura conviva<br/>Aeternae gloriae.</p>         | <p>8 b. Clerus accersitus<br/>Affert sacramenta,<br/>Ascendit caelitus<br/>Post tot detrimenta<br/>Regnum laetitiae.</p> |
| <p>9 a. Lucia lucida,<br/>Omnibus relucens,<br/>Tamquam lux fulgida<br/>Nos ad lucem ducens,<br/>Ubi lux aeterna.</p> | <p>9 b. Lumen in lumine<br/>Videns in gloria,<br/>In caeli culmine,<br/>Ubi laetitia<br/>Et pax sempiterna.</p>          |

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. 8).

### 360. De sancto Vitali.

#### 1. Virtutes paschalis agni depromant servi sui,

- |                                                                                              |                                                                                                  |
|----------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>2 a. Vitalis et Valeriae,<br/>Pari qui sub serie<br/>Mundo genuere<br/>binos fratres.</p> | <p>2 b. Horum primus Protasius,<br/>Alius Gervasius<br/>Sunt natura [atque]<br/>forma pares.</p> |
| <p>3 a. Vitalis militans<br/>consul Neronis capitur,</p>                                     | <p>3 b. Qui tunc cum Paulino<br/>in Ravennam transmittitur.</p>                                  |
| <p>4 a. Ursicinus hinc vexatur,<br/>Quem Vitalis<br/>fide solidatur,</p>                     | <p>4 b. Voce cuius Ursicinus<br/>Se confert ad<br/>tormenta benignus.</p>                        |
| <p>5 a. Vocatus Vitalis<br/>a Paulino consulari</p>                                          | <p>5 b. Renuens idolis<br/>cum Paulino differt fari.</p>                                         |
| <p>6 a. Paulinus ministris palam<br/>Iussit torqueri<br/>sanctum Vitalem.</p>                | <p>6 b. Specu datur submergio,<br/>Sacerdotisque<br/>consilio.</p>                               |

7 a. Saevo captus incendio,  
Sacerdos sub impio  
Fluctu, daemonio  
Astu mergitur.

7 b. Post caeditur Valeria  
Linquens sacrificia,  
Quae sunt, Silvania  
Neci traditur.

8. Vitalis et Valeriae  
Duc nos in acie  
Nobisque, pie rex,  
miserere.

Sequent. ms. Ravennatense anni 1585—87. Cod. Classen. 360 (139. 5. 8). — Der Anfang bekundet die Anlehnung an die Sequenz auf die hl. *Genovefa*, welche auf gleiche Weise anhebt (Anal. VIII, Nr. 170) und die nur in französischen Quellen sich vorzufinden scheint. Dieses bestätigt die Annahme, daß der Schreiber und Verfasser vorliegender Sequenz ein Franzose ist, während der Inhalt der Sequenz darauf hindeutet, daß der Verfasser in Ravenna lebte. — Melodie natürlich: „*Victimae paschali*“ mit Verdoppelung der mittleren Strophen.

---

## Berichtigungen.

S. 9, Z. 18 v. o. l. *Frater* st. *Fracter*.

Nr. 44, Anm. 1. *Eia turma* st. *Eia turmina*.

Nr. 103, Str. 2 b, 2 l. *plaudant* st. *laudant*.

Nr. 258, Str. 2 a, 3 l. *Otilliae* st. *Otillae*.

Nr. 323 ist identisch mit Nr. 362 im Bande XL. Weil Bannister den Anfang der Sequenz „*Laus Deo patri*“ las statt „*Laudes Deo patri*“, bemerkte ich anfangs nicht die Identität der beiden Sequenzen.

---

## Register.

|                                         | Seite |                                     | Seite |
|-----------------------------------------|-------|-------------------------------------|-------|
| Ad altaris sacramenta . . .             | 295   | Celebretur dies ista   Qua . . .    | 160   |
| Ad caeleste praemium . . .              | 46    | Celsum carmen puris ex . . .        | 230   |
| Adest dies decora . . .                 | 202   | Chorus uoster pronat voces . . .    | 53    |
| Adest dies specialis . . .              | 192   | Christe Iesu Domine . . .           | 83    |
| Adest hodie festum nobis . . .          | 57    | Christiauae virginis . . .          | 92    |
| Adest Marthae sollemnium . . .          | 208   | Christo laudes concinamus . . .     | 30    |
| Adest nobis venerandus . . .            | 252   | Clara claris   Sata prodit . . .    | 114   |
| Ad honorem patris Maglorii . . .        | 193   | Clara dies et insignis . . .        | 231   |
| Ad honorem salvatoris   Mens . . .      | 118   | Cogis linguam fari laudes . . .     | 91    |
| Ad honorem summi regis . . .            | 114   | Collaudemus constantiam . . .       | 343   |
| Ad honorem trinitatis   De . . .        | 54    | Concentu melodiae . . .             | 22    |
| Ad honorem triunitatis   Refulget . . . | 108   | Concinna voce modulemur . . .       | 175   |
| Ad laudem omnipotentis . . .            | 75    | Confessorem venerandum . . .        | 189   |
| Admiremur recolescentes . . .           | 305   | Confessoris egregii . . .           | 85    |
| Admiretur Massilica . . .               | 336   | Confessoris incliti . . .           | 249   |
| Ad palmam huius virginis . . .          | 177   | Confessorum regi Christo . . .      | 109   |
| Ad tanti patris studia . . .            | 221   | Congaudet plebs pistica . . .       | 325   |
| Adunetur totus chorus . . .             | 299   | Congaudent angelorum chori . . .    | 43    |
| Alleluia   Deus quoniam . . .           | 101   | Congaudentes exsultemus   Et . . .  | 221   |
| Alleluia   Praefulgida dicit . . .      | 191   | Contio trabeata   Agmiuibus . . .   | 21    |
| Alma benigne Deus pietate . . .         | 262   |                                     |       |
| Alma parens Anna gaude . . .            | 41    | Dei per Patricium . . .             | 235   |
| Alme mundi creator . . .                | 295   | Deo detur laus aeterua . . .        | 242   |
| Almi colamus Eucharii . . .             | 127   | De profundis proclamemus . . .      | 280   |
| Angele qui meus es custos . . .         | 40    | Diem festum celebremus . . .        | 181   |
| Archi-summi-praesulis . . .             | 214   | Dies adest gloriosa   Marthae . . . | 207   |
| Arte metri prosis tonis . . .           | 229   | Dies festiva dies sancta . . .      | 257   |
| Ascendamus ad honestum . . .            | 170   | Divino balsamo   Mundus . . .       | 13    |
| Audi virgo Barbara . . .                | 63    | Donatur miles laurea . . .          | 134   |
| Ave felix Katharina . . .               | 180   |                                     |       |
| Ave praeclara mater Anna . . .          | 44    | Ecce dies attollenda . . .          | 327   |
| Ave sponsa deitatis . . .               | 301   | Ecce dies perennalis . . .          | 329   |
| Ave virgo generosa . . .                | 65    | Ecce dies triumphalis . . .         | 319   |
| Ave virgo martyr Christi . . .          | 64    | Ecce pulchra   Canorum . . .        | 225   |
| Ave virgo praegnans prole . . .         | 6     | Ecce tempus opportunum . . .        | 303   |
| Ave virgo quam beatam . . .             | 15    | Ecclesiae doctor Ciceronis . . .    | 149   |
|                                         |       | Edoctus Dei flamine . . .           | 288   |
| Beata es tua iam dicta . . .            | 66    | Egredia sponsa Christi . . .        | 70    |
| Benedictus   Decantat in . . .          | 83    | Eia carissimi agamus . . .          | 163   |
|                                         |       | Eia celebremus hodie . . .          | 246   |
| Caeli nardus   Fragrat signis . . .     | 86    | Eia qualis est et quantus . . .     | 227   |

|                                              | Seite      |                                           | Seite      |
|----------------------------------------------|------------|-------------------------------------------|------------|
| Eia recolamus carmina . . . . .              | 209        | Hodiernae lux diei   In qua . . . . .     | 25         |
| Eia septem fratrum . . . . .                 | 130        | Hodiernae lux diei   Nobis . . . . .      | 58         |
| Eia summe sator . . . . .                    | 159        | Honor et gaudium . . . . .                | 100        |
| Eia voce praedicemus . . . . .               | 52         | Hos Deo dignis attollat . . . . .         | 236        |
| Electum Eligium . . . . .                    | 117        | Hos saepius visitavit . . . . .           | 110        |
| Est dies ista celebris . . . . .             | 341        | Huius diei clara sollemnia . . . . .      | 195        |
| Est hic panis gloriosus . . . . .            | 14         | Huius festi collaudetur . . . . .         | 154        |
| Evangelistam Iohannem . . . . .              | 161        | Hymnum canat plebs iucunda . . . . .      | 253        |
| Exaltemus Ieronimi . . . . .                 | 148        |                                           |            |
| Ex arcano pietatis . . . . .                 | 206        | Iu caelesti mansione . . . . .            | 7          |
| Excitetur plebs devota . . . . .             | 211        | Inclite rex regum . . . . .               | 255        |
| Ex lumine fit radius . . . . .               | 125        | In concordi melodia . . . . .             | 233        |
| Exsultet felix Graecia . . . . .             | 26         | In honore Viviani . . . . .               | 289        |
| Exsurgat totus aemiphonus . . . . .          | 204        | In peccatis qui dormiunt . . . . .        | 110        |
|                                              |            | In praesenti incolatu . . . . .           | 270        |
| <b>Fecundatur virginitas . . . . .</b>       | <b>176</b> | In Samsone Deo sit gloria . . . . .       | 251        |
| Felix Eliphi caelestis . . . . .             | 121        | Insigne praeconium . . . . .              | 171        |
| Festus est nobis hodie . . . . .             | 244        | Inter mira salvatoris . . . . .           | 187        |
| Fuit quondam Melitena . . . . .              | 136        | In vestitu deaurato . . . . .             | 111        |
| Fundatur in sapphiris . . . . .              | 272        | Invictum Christi militem . . . . .        | 95         |
|                                              |            | In voce angelica . . . . .                | 63         |
| <b>Gabrieli nuntio Regis . . . . .</b>       | <b>135</b> | Iohannis evangelistae . . . . .           | 164        |
| Gaudeamus exultantes . . . . .               | 93         | Isti duac sunt olivae . . . . .           | 244        |
| Gaudeat plebs Biturica . . . . .             | 317        | Iubilemus Christo melos . . . . .         | 199        |
| Gaude Christi ecclesia . . . . .             | 284        | Iucundare mente tota . . . . .            | 142        |
| Gaude gemma praelatorum . . . . .            | 271        | Iucundare plebs Corboliensis . . . . .    | 141        |
| Gaude mater ecclesia   Recolens . . . . .    | 150        | Iucundare Sion canticis . . . . .         | 146        |
| Gaude mater ecclesia   Tali . . . . .        | 258        | Iucundemur senes . . . . .                | 88         |
| Gaude miles martyr gaude . . . . .           | 138        | Iucundetur in hac die . . . . .           | 269        |
| Gaude plebs Autrica . . . . .                | 239        | Iucundum sit eulogium . . . . .           | 260        |
| Gaude plebs nunc Pictavensis . . . . .       | 189        | Iuliane inclite . . . . .                 | 169        |
| Gaude Sion et laetare   Plaude . . . . .     | 312        |                                           |            |
| Gaude superna civitas   Nova . . . . .       | 194        | <b>Katharinae gloriosae . . . . .</b>     | <b>178</b> |
| Gaudet clemens Dominus . . . . .             | 156        |                                           |            |
| Gaudet orbis et laetatur . . . . .           | 51         | <b>Laetabunda Sion gaude . . . . .</b>    | <b>135</b> |
| Gaude turba fidelium . . . . .               | 307        | Laetabundus   Exsultet fidelis . . . . .  | 99         |
| Gaudia nobis opima . . . . .                 | 243        | Laetabundus   Exsultet virginum . . . . . | 276        |
| Georgius veneretur . . . . .                 | 137        | Laetabundus   Grata voce . . . . .        | 264        |
| Germinabit germen iustum . . . . .           | 139        | Laetabundus   Lamperto . . . . .          | 185        |
| Gloriosum militis Iuliani . . . . .          | 167        | Laetabundus   Moduletur . . . . .         | 61         |
| Gloriose martyr Dei   O Erasme . . . . .     | 123        | Laetabundus   Paulum . . . . .            | 238        |
| Gloriosi praesulis . . . . .                 | 223        | Laetabundus   Sit martyrurum . . . . .    | 264        |
| Gratiarum actio   Sit . . . . .              | 41         | Laetabundus   Te laudat . . . . .         | 179        |
| Gratulemur in hac die . . . . .              | 323        | Laetentur viscera hodie . . . . .         | 169        |
| Gratuletur fidelis populus . . . . .         | 267        | Laetetur ecclesia   Caelestis . . . . .   | 188        |
| Gratuletur plebs fidelis . . . . .           | 256        | Laetetur ecclesia   Sollemoni . . . . .   | 291        |
| Gratuletur totus orbis . . . . .             | 315        | Laudabilem virum . . . . .                | 120        |
| Gratuletur urbs devote . . . . .             | 214        | Laudat Christum plebs . . . . .           | 7          |
|                                              |            | Lauda iustum confessorem . . . . .        | 172        |
| <b>Hac clara die turma festiva . . . . .</b> | <b>130</b> | Laudem dicite christicolae . . . . .      | 277        |
| Hac die festa tota . . . . .                 | 23         | Laudemus omnes Dominum . . . . .          | 50         |
| Hac in die gratulemur . . . . .              | 68         | Laude piissima collaudemus . . . . .      | 157        |
| Haec est dies laude . . . . .                | 196        | Laudes almo Wandalino . . . . .           | 291        |
| Haec festi duplicatio . . . . .              | 216        | Laudes Christo et sancto . . . . .        | 259        |
| Hic est contemptor regnorum . . . . .        | 103        | Laudes Deo concinamus . . . . .           | 237        |
| Hodierna die Christe . . . . .               | 93         | Laudes Deo modulemur . . . . .            | 17         |
| Hodiernae lux diei   Hildewardi . . . . .    | 150        | Laudes Deo nostro concinat . . . . .      | 122        |

|                                           | Seite |                                            | Seite |
|-------------------------------------------|-------|--------------------------------------------|-------|
| Laudes Deo patri et filio . . . . .       | 286   | Pasce Petre oves Christi . . . . .         | 239   |
| Laudes pangamus regi . . . . .            | 293   | Pater noster pastor bonus . . . . .        | 212   |
| Laudes tu cane Deo . . . . .              | 36    | Patris almi ludoci contio . . . . .        | 166   |
| Laudet Christum iam . . . . .             | 210   | Pauper mundo dives caelo . . . . .         | 213   |
| Laudet Dei filium . . . . .               | 285   | Pia voce praedicemus . . . . .             | 52    |
| Laudet Deum salvatorem . . . . .          | 216   | Plaudat orbis et ad caelos . . . . .       | 116   |
| Laudum praeconia   Promat . . . . .       | 69    | Plaude felix et inclita . . . . .          | 220   |
| Laudum praeconia   Solvat . . . . .       | 155   | Plausu chorus incundetur . . . . .         | 72    |
| Laus iucunda   Lamberto . . . . .         | 186   | Plebs ad laudes prompta . . . . .          | 222   |
| Laus Mariae filio . . . . .               | 24    | Plebs fidelis Hermachorae . . . . .        | 144   |
| Legis laxet onera . . . . .               | 184   | Plebs fidelis iucundetur . . . . .         | 115   |
| Levigildus rex Wisigotorum . . . . .      | 344   | Plebs fidelis plaude melis . . . . .       | 106   |
| Lucet fide   Meritis . . . . .            | 180   | Post triumphum summi regis . . . . .       | 265   |
| Lux aeterna beatorum . . . . .            | 18    | Praesulis eximii   Matris . . . . .        | 224   |
| Lyrae cordis   Concordet . . . . .        | 145   | Pretiosa mors sanctorum   In . . . . .     | 218   |
| Lyram tange concrepando . . . . .         | 76    | Psallamus pariter . . . . .                | 292   |
|                                           |       | Psallat chorus laetabundo . . . . .        | 70    |
| <b>M</b> agnaes dies claritatis . . . . . | 45    | Psallat laeta supernorum . . . . .         | 153   |
| Magnum patrem Benedictum . . . . .        | 80    | Psallat mundus corde mundo . . . . .       | 309   |
| Mane pueritiae . . . . .                  | 23    | Psallat vox cuncta . . . . .               | 241   |
| Marthae ingens sanctitas . . . . .        | 210   | Psalle pia contio . . . . .                | 219   |
| Martyr almus Antoninus . . . . .          | 47    | Puer natus est Cyricus . . . . .           | 102   |
| Martyres stabant in agone . . . . .       | 20    | Pulchrae Sion generosa . . . . .           | 131   |
| Martyri Quintino laudes . . . . .         | 245   |                                            |       |
| Martyris praeconio . . . . .              | 188   | <b>Q</b> uasi sol diluculo . . . . .       | 133   |
| Martyris Victoris laudes . . . . .        | 279   | Quem filiae Ierusalem . . . . .            | 56    |
| Mater alma perge trino . . . . .          | 71    | Quem solem invisibilem . . . . .           | 77    |
| Militans ecclesia . . . . .               | 219   |                                            |       |
| Mittit ad virginem   Sanctam . . . . .    | 112   | <b>R</b> ecolamus venerandam . . . . .     | 35    |
|                                           |       | Regem regum invochemus . . . . .           | 151   |
| <b>N</b> ascitur de Barcinona . . . . .   | 355   | Regi Christo iubilemus . . . . .           | 74    |
| Nicolai Myrae laudes . . . . .            | 228   | Remachus vir nobilis . . . . .             | 248   |
| Nicolaum harmoniae . . . . .              | 226   | Rex aeternae pie pater . . . . .           | 19    |
| Nostri patris et pastoris . . . . .       | 213   | Rex optimus et maximus . . . . .           | 75    |
|                                           |       | Rosa novum dans odorem . . . . .           | 263   |
| <b>O</b> b Antonii honorem . . . . .      | 48    |                                            |       |
| O beatae Margaretae . . . . .             | 200   | <b>S</b> acra sacris concinentes . . . . . | 32    |
| O beata Katharina . . . . .               | 179   | Sacrosanctae trinitati . . . . .           | 18    |
| Odradae recolentes laudes . . . . .       | 228   | Sacrum diem attentius . . . . .            | 282   |
| O Iesu Christe ad sancti . . . . .        | 158   | Salus data Galliae . . . . .               | 254   |
| Omnes celeberrimus . . . . .              | 46    | Salutaris veni caris . . . . .             | 132   |
| Omni laude commendanda . . . . .          | 165   | Salvae virginis Mariae . . . . .           | 15    |
| Omnis chorus   Ecclesiae . . . . .        | 28    | salvatorem collaudemus . . . . .           | 152   |
| Omnis homo gaudeat . . . . .              | 283   | Salve Anna veneranda . . . . .             | 42    |
| Omnis mundus   Laetabundus . . . . .      | 183   | Salve dies gloriosa . . . . .              | 281   |
| Omnis spiritus laudet . . . . .           | 275   | Salve dies gloriosae . . . . .             | 16    |
| Optime for et origo . . . . .             | 296   | Salve dies quam sacravit . . . . .         | 27    |
| O quam fix dies iste . . . . .            | 27    | Salve lumen quod ex Mariae . . . . .       | 15    |
| Organa   Plebs pia . . . . .              | 81    | Salve martyr gloriosa . . . . .            | 199   |
| Oris vocis melos demus . . . . .          | 106   | Salve pater Dionysi . . . . .              | 104   |
|                                           |       | Salve rex regum Deus . . . . .             | 140   |
| <b>P</b> angat et exsultet . . . . .      | 174   | Salve rosa claritatis . . . . .            | 113   |
| Pangat hymnum   Udalrici . . . . .        | 271   | Salve rosa martyrum . . . . .              | 66    |
| Pange chorus omnium . . . . .             | 202   | Salve rosa puritatis . . . . .             | 7     |
| Pange praeconia   Beatae . . . . .        | 346   | Sanctae matris Elisabeth . . . . .         | 121   |
| Pantaleonis gloriosus . . . . .           | 234   | Sancte Dei pontifex   Sis . . . . .        | 261   |
| Patri concentu trium . . . . .            | 184   | Sancte Paule merita . . . . .              | 237   |

|                                          | Seite |                                      | Seite |
|------------------------------------------|-------|--------------------------------------|-------|
| Sancte sanctorum vita . . . . .          | 247   | Ulphiae gloriam . . . . .            | 274   |
| Sancti festa confessoris . . . . .       | 87    | Universi iubilemus . . . . .         | 273   |
| Sancti praesulis   Colentes . . . . .    | 119   | Urbs beata Sion gaude . . . . .      | 198   |
| Sanctorum antistitum . . . . .           | 225   | Ut sequamur pari zelo . . . . .      | 20    |
| Sator summe   Praeconia . . . . .        | 156   |                                      |       |
| Septem sanctos veneremur . . . . .       | 99    | Valentino qui valenter . . . . .     | 277   |
| Sidus clarum   Fulget . . . . .          | 98    | Vale solidum mundi . . . . .         | 72    |
| Signiferi discipula . . . . .            | 96    | Veni Christe caelitus . . . . .      | 103   |
| Silvam in silvis colere . . . . .        | 192   | Veni Costi filia . . . . .           | 182   |
| Sit tibi laus et honor doni . . . . .    | 294   | Veni sancte spiritus   Per . . . . . | 217   |
| Sollemni vos induite . . . . .           | 190   | Veni virgo Barbara . . . . .         | 63    |
| Sollemnizet clei   schola . . . . .      | 60    | Verbi vere substantivi . . . . .     | 162   |
| Solum gaude caelum plaude . . . . .      | 124   | Verbum bonum nuntiatur . . . . .     | 44    |
| Sonet vox ecclesiae . . . . .            | 82    | Verbum bonum personemus   Quo        |       |
| Sospitati dedit aegros . . . . .         | 176   | Agnētis . . . . .                    | 34    |
| Sperae labem mundialem . . . . .         | 166   | Verbum bonum personemus   Quo        |       |
| Splendor patris et figura . . . . .      | 55    | Erasmi . . . . .                     | 125   |
| Stephani Gamalielis . . . . .            | 266   | Verbū salutis   Missum . . . . .     | 37    |
| Summi principis sophia . . . . .         | 147   | Verbum Dei incarnatum . . . . .      | 240   |
| Summi regis ierarchia . . . . .          | 105   | Verbum pater eructavit . . . . .     | 245   |
| Summi regis in laude . . . . .           | 250   | Vertex evangelicus . . . . .         | 163   |
| Summus praesul est Antiochenus . . . . . | 345   | Victo mundi lubrico . . . . .        | 89    |
| Summus praesul Hipponensis . . . . .     | 340   | Victori Asia laudes . . . . .        | 87    |
| Summus praesul Mediolanensis . . . . .   | 339   | Vincens ut evinceret . . . . .       | 282   |
| Super mentem exsultemus . . . . .        | 38    | Virginialis turba plaude . . . . .   | 34    |
| Superni patris gratia . . . . .          | 278   | Virginis eximiae   Festum . . . . .  | 266   |
| Surge laudum ad concentus . . . . .      | 197   | Virginis obsequio . . . . .          | 178   |
| Surge Sion iucundare . . . . .           | 152   | Virginitatis lilio . . . . .         | 290   |
|                                          |       | Virgo fortis   Stirpis . . . . .     | 29    |
| Thronus novus fabricatur . . . . .       | 97    | Virtutes paschalis agni . . . . .    | 360   |
| Tibi Christe   Laetus psallat . . . . .  | 145   | Vita fide signis gratum . . . . .    | 134   |
| Titulus memoriae . . . . .               | 201   | Vitus puer cupit sisti . . . . .     | 287   |
| Tradit nobis festivale . . . . .         | 78    | Voce laudis Sion gaude . . . . .     | 62    |
| Trinum Deum in usia . . . . .            | 247   | Vocem laudis exaltemus . . . . .     | 90    |
| Triplici tripudio . . . . .              | 140   | Voto cordis melos demus . . . . .    | 106   |
| Triumphantis militia . . . . .           | 128   | Voto pari gratulemur . . . . .       | 29    |
| Tuba Sion iucundetur . . . . .           | 334   | Vox respondens moribus . . . . .     | 79    |
| Turma gaude puellaris . . . . .          | 33    | Vox resultet novi . . . . .          | 126   |
| Turma plaudit caelica . . . . .          | 59    | Vox te iam nostra . . . . .          | 268   |









• 44 # 10824

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES  
59 QUEEN'S PARK CRESCENT  
TORONTO - 5, CANADA

1 0 8 2 4 .



**GretagMachbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart**

